BUDAPEST

TÖRTÉNETÉNEK OKLEVELES EMLÉKEI

Összeállította

KUMOROVITZ L. BERNAT

HARMADIK KÖTET

(1382 – 1439)

BUDAPEST, 1987

BUDAPESTI TÖRTÉNETI MÚZEUM

ISBN 963–01–8301–3

MONUMENTA DIPLOMATICA CIVITATIS

BUDAPEST

Ad edendum praeparavit:

L. BERNARDUS KUMOROVITZ

TOMUS TERTIUS
(1382—1439)

BUDAPEST, 1987
MUSAEUM HISTORICUM CIVITATIS, BUDAPEST

BUDAPEST

TÖRTÉNETÉNEK OKLEVELES EMLÉKEI

Összeállította

KUMOROVITZ L. BERNÁT

HARMADIK KÖTET

(1382 — 1439)

BUDAPEST, 1987

BUDAPESTI TÖRTÉNETI MÚZEUM

Operi edendo praefuit:
Georgius Székely, rector
Musaei Historici Civitatis
Budapestinensis, socius ordinarius
Academiae Scientiarum Hungaricae

Lector: Doc. dr. Andreas Kubinyi DrSc.

Felelős kiadó:
Székely György, a Budapesti Történeti Múzeum főigazgatója,
a Magyar Tudományos Akadémia rendes tagja

Lektor: Kubinyi András tudományok doktora, docens

AD LECTOREM

Magistratus civitatis Budapestinensis, sedis et capitis Hungariae aperiendos fontes diplomaticos, sine quibus historia Budapestini conscribi nequiit, anno 1911 Desiderio Csánki, directori generali Archivi Nationalis commisit, qui usque ad finem vitae, scilicet anni 1933, operi colligendo vacans collegis praeerat. Magistratus tunc litteras usque ad annum 1301 collectas ab Adalberto Gárdonyi archivario generali civitatis augeri et typo parari iussit, annoque 1936 diplomatarium, quod "Monumenta diplomatica civitatis Budapest I. (1148-1301)" inscribitur, publici iuris fecit. Quod autem opus licet inceptum tantum post bellum anno 1945 finitum pergi poterat, cum magistratus historiam Budapestini conscribi denuo curaret. Quia documenta prius collecta perierunt, Collegium Historiae Budapestinensi Redigendae litteras ex integro colligendas curavit, quibus professor universitatis scientiarum Budapestinensis emeritus Velimirius Mályusz praepositus est. Mályusz socios operis litteras originales medii aevi earumque imagines photographicas in Archivo Nationali asservatas perlustrari iussit, elenchumque monumentorum historiam Budapestini illustrantium conficiendum curavit, dein collegium peritorum instituens opera diplomatarii aggressus est, quod sex voluminibus constare cogitavit. Cuius seriei volumen primum esse Mályusz opus ab Alberto Gárdonyi redactum constituit diplomatariumque totum Monumenta diplomatica civitatis Budapest inscribi voluit. (Vide A. Kubinyi: Budapest története II. p. 39.) Provincia autem mihi data est, ut litteras colligens volumen tertium dicti operis componerem. Sed heu an incepto statim desistitur! Collegium enim Historiae Budapestinensi Redigendae consilio mutato litteras posterius edendas esse censuerunt. Attamen privatus operi incepto vacavi. Inicio decennii septimi huius saeculi, cum praeeram sectioni mediae aetatis investigandae Musaei Historiae Budapestini, permissu Alexandri Tarjányi directoris generalis eius temporis, sociis fretus novis cum collega meo Andrea Kubinyi "Regula" quam edendis fontibus iste composuit, contuli me ad concinnandum volumen tertium. Quod collegium novum brevi discesserunt.

Quod autem aliquando inceperam, ubi socius Academiae Scientiarum Hungaricae, Georgius Székely, director generalis huius temporis Musaei Historiae Budapestini operam navavit, ad effectum tandem perductum est. Operi ergo praetium est id, cui annis vigintiquinque operabar!

Quid contineat volumen istud? Invenies in eo textus integros litterarum regestaque haud plane brevia. Textu integro publicantur: a) litterae magistratuum Budae, Veteris Budae, Pestini, b) litterae civium earundem civitatuum, quae territorium Budapestini hodierni tangunt, litteraeque incolarum villarum, quae aevo medio Budapestini sitae erant, c) litterae collegiorum (exceptis locis credibilibus) ecclesiasticorum et saecularium, personarumque ecclesiasticarum (monialium et clericorum) huius loci, d) privilegia cechalia et ea, quae civitatibus donata sunt, e) sententiae magistri tavarnicorum regalium de causis civium Budae, Veteris Budae et Pestini. Litterae aliae omnes ad territorium mediaevale Budapestini hodierni pertinentes non summatum excerpta sunt. Quae omnia postea litteris ex Archivo Vaticano supplicationum et provisionum praesertim res pecuniarias illustrantibus documentisque quibusdam auxi, a quibus partes nobilium civiumque loca circa territorium Budapestini media aetate habitantium in vita civitatum ostendi possunt. Textus sequendo regulam a Societate Hungariae Historica in ephemeridibus Századok anno 1920 publicatam et pro modulo mutatam edidi. Regesta verbis litterarum composui. Apparatum criticum regestaque litteras praecedentia sermone commentationum historicarum Latine conscribendarum confeci. Index rerum nominumque tantum maximi momenti indicia historiae demonstrandae in se habet.

L. Bernardus Kumorovitz

1 1382-1387. mart.[1]

Elyzabeth regina Hungarie...universis Iudeis nostris in civitatibus Budensi, Posoniensi, Suproniensi, de Tyrnauia et Albensi et aliis commorantibus...Intelleximus, quod Nycolaus Zambo, magister tauarnicorum regalium, quosdam ex vobis tam in detentione personarum, quam in ablatione rerum indebite perturbasset contra vestram libertatem; super quo fidelitati vestre...reginali damus sub edicto, quatenus ammodo inantea ipsi Nycolao Zambo tamdiu, quousque lesis et dampnificatis satisfactionem impenderit, congruenter in nullo obedientiam servare debeatis...

ORIG.:Chart. pap. cum vestigio sig. sub textu impressi. Arch. civitatis Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 581. (Sign. ant.: Lad. XX. No. 74.)

[1] Nicolaus Zambo a. 1381. nondum erat magister tavarnicorum regalium. Bártfai Szabó: Pest m. p. 94., nr. 431.; regina Elizabet vero 1387. mart. 31. mortua est. Hóman-Szekfü: Magyar történet. II. Budapest, 1936. p. 329., 664.

2 1383. jan. 28.

(V. Kal. Febr.) Maria...Hungarie...regina...ad univ. not. harum serie volumus pervenire, quod...nos...quandam villam nostram regalem Prewge vocatam more et instar aliarum civitatum nostrarum regalium instituentes...de consensu...domine Elisabeth... genitricis nostre...prelatorumque et baronum nostrorum...consilio (inter caetera) hanc eisdem libertatis, emunitatis et gratie prerogativam duximus annuendam..., ut...iidem... cives et hospites nostri et eorum posteri omnibus hiisdem libertatibus, emunitatibus, gratiis et legibus ac prerogativis potiantur perpetuis temporibus et utantur, quibus cives et hospites civitatis nostre Budensis gaudent potissime et fruuntur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1420. apr. 27. > Mathias I. rex Hung. 1486. mart. 30. COPIA SIMPLEX: Saec. XVII-XVIII. Arch. Nat. Hung. Dl. 6982. - ED.: Katona, Hist. Crit. XI. p. 27-32.; Fejér, CD. X/1. p. 60-65. - REG.: Csaplár, Századok 8 (1874)p. 104-107. - COMMENT.: Csaplár, Századok 8(1874) p. 103-113.

3 Buda, 1383. febr. 15.

(Bude, in Reminisc.) Nos Maria...regina Hungarie...m. comm...., quod frater Michael ord. predicatorum, pro-curator rel. dominarum sanctimonialium de Insula leporum, in personis earundem...exhibuit nobis quasdam litteras patentes condam...Lodovici regis ...Hungarie...genitricis nostri..., supplicans nostre maiestati, ut easdem...litteris nostris...faceremus..., quarum tenor talis est: (Lodovicus rex Hung. 1381. febr. 2.) Nos cupientes supplicationibus...fr. Michaelis...nostre...oblatis maiestati...exauditis..., prefatas litteras...de verbo ad verbum...prelibatis rel. dominabus...et claustri earundem ...presentibus transscribi fecimus...uberiorem ad cautelam...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maiest. simplicis tergo appressi. In dorso manu saec. XV. Layvs Kyral meg hyvtta valakynek olych leule volna, hogy vamot nem adna not. canc est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 4182. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 15., No. 23.)

4 1383. febr. 20.

(X. Kal. Marcy.) Maria...Hungarie...regina...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod vir magnificus dominus Nicolaus de Gara, regni nostri palatinus, fidelis baro noster...nostre declaravit...maiestati, quod quia...nobilis puella Margaretha...filia sua precara, etate licet tenera, vita tamen et moribus, ut etiam nos animo metiri potuimus, divinitus et humanitus circumspecta...in claustro beate virginis gloriose in Veteri Buda

fundato ordinem beatissime Clare virginis, in dominica Reminiscere nunc elapsa[1] nobis ibidem infra missarum solempnia personali existentibus assistentia, devotissime intrasset, ideo ipse, horum consideratione, volens dicto claustro...et per consequens religiosis dominabus in ipso...salvatori omnium devote servientibus... occurrere...donativo, nolendo... filiam suam in possessionibus suis a deo sibi datis prorsus expertem haberi, licet ipsa eisdem pretextu huiusmodi religionis ingressum[a] de regni nostri consuetudine omnino frustraretur, quasdam possessiones suas Dudwagzegh, Zenthmihal et Dombo vocatas in comitatu Posoniensi adiacentes cum omnibus utilitatum earundem integritatibus...eidem claustro...et... religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem, ut premittitur, deo iugiter famulantibus... contulisset...perpetue...possidendas...Nos autem...huiusmodi possessionariam donationem per dictum dominum Nicolaum palatinum annotato claustro et prefatis sanctimonialibus modo quo supra factam, ratam...habendo eidem possessionarie donationi ad...supplicationis ipsius domini Nicolai palatini instantiam...nobis...oblatam de consensu...domine Elizabeth ...regine...genitricis nostre...., prelatorumque et baronum nostrorum consilio...nostrum ...consensum...duximus adhibendum patrocinio presentium mediante, absque tamen preiudicio iuris alieni...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupplicis de filo sericeo rubri coloris pend. In dorso Correcta et collata not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 6987. (Sign. ant.: N. R. A. Mon. Poson. Fasc. 17. No. 30.) - MENT.: a. Nicolaus de Gara regni Hungariae palatinus 1423. mart. 6. Arch. Nat. Hung. Dl. 6988. (Sign. ant.: N.R.A. Mon. Poson. Fasc. 1. No. 8.; b. Nicolaus de Gara Hungariae palatinus 1423. maj. 12. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.298. (Sign. ant.: N. R. A. Mon. Poson. Fasc. 1. No. 9.)

[1] 1383. febr. 15.
[a] recte: ingressus

5 Buda, 1383. mart. 8.

(Bude, in Iudica.) Nos Maria...regina Hungarie...m. c....,quod cum...condam Michael dictus Buldre civis noster Budensis tempore...condam Lodovici regis...eidem genitori nostro in magnis pecuniarum quantitatibus et florenorum summis ratione conductionis et conservationis comitatus Camere salium partium Transiluanarum et aliorum honorum ...debitor fore remansisset, propter quod ipso Michaele de premissis debitis satisfacere non valente, universa bona et hereditates, iura ac possessiones ipsius...in...civitate nostra Budensi et alias...existentes et existentia manibus...genitoris nostri et Camere sue fuissent occupata et confiscate..., idem(que) genitor noster de quodam fundo curie ipsius condam Michaelis penes et iuxta claustrum s. Nicolai confessoris fratrum...predicatorum in civitate nostra Budensi a plaga meridionali existenti nulli tunc fecisset provisionem et sic collatio eiusdem ad nostram fuisset devoluta maiestatem. Nos...consideratis...meritis comitis Nicolai de Zeech iudicis curie nostre..., dictum fundum curie ipsius condam Michaelis dicti Buldre...cum omnibus...pertinentiis..., necnon edificiis lapideis et ligneis in superficie eiusdem existentibus nove donationis nostre titulo...de consensu...domine Elizabet ...regine...genitricis nostre...ac prelatorum et baronum nostrorum consilio...eidem comiti Nicolao et suis heredibus...donamus...iure perpetuo...possidendum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maiest. simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sig. Relatio Nicolai Zambo magistri tavarnicorum not. canc. legitur. In dorso sequentes adnot. manu saec. XV. scriptae inveniuntur: 1. Super donatione possessionum Bechwelg fundi seu curie in Buda habiti; 2. Super domum Budensem; 3. Super domum Budensem. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.189(Arch. famil. Batthyany de Körmend.)- REG.: Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 288., not. 36. (Mendose.)

6 Buda, 1383. mart.17.

(Bude, f. III. p. Ramispalm.) Maria...Hungarie...regina...iudici, iuratis et universis civibus ac hospitibus nostris civitatis nostre Budensis...Cum nos mediantibus aliis litteris nostris exinde confectis[1] quendam fundum curie condam Michaelis dicti Beldre

penes et iuxta claustrum s. Nicolai confessoris fratrum predicatorum in castro nostro Budensi habitum simulcum universis edificiis eiusdem lapideis et ligneis in superficie eiusdem existentibus magnifico viro comiti Nicolao de Zeech iudici curie nostre in perpetuum pro suis...servitiis duxerimus conferendum, fidelitati...vestre...mandamus, quatenus ...predictum comitem Nicolaum in dominium dicti fundi curie (et) edificiorum suorum predictorum iuxta dictam aliarum litterarum nostrarum continentiam statuere et introducere, ac super ipsa statutione litteras vestras eidem dari et emanari facere debeatis libertate et consuetudine vestra requirente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1383. maj. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 100. 190 (Arch. famil. Batthyány de Körmend.)

[1] 1383. mart. 8. (Vide nr. 5.)

7 Buda, 1383. apr. 30.

(Bude, in ascens.)...Capitulo eccl. Budensis comes Nicolaus de Zeech, iudex curie regie...Noveritis, quod quia nos in causa inter religiosas dominas sanctimoniales de castro Budensi beginas actrices...(et) fratrem Wlricum abbatem et conventum de Pilys in causam attractos super facto quarundam portionum seu particularum possessionariarum in possessione Megyer vocata..., scil. cuiusdam sessionis condam comitis Silvestri, ac stagni ac aliarum utilitatum ad eandem sessionem spectantium coram nobis...diutius ventillata, ac pluries ad reambulationem et estimationem transmissa, tam [r]evisis ambarum partium litteralibus instrumentis, quam vero in facies ipsarum possessionariarum portionum unacum...Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudice Comanorum aliisque nonnullis notariis et nobilibus ac magistro Michaele vestro concanonico et testimonio regali et reginali ex mandato personaliter accedendo easdem portiones et iuste et rationabiliter ipsis dominabus de iure pertinuisse et pertinere debere; molendinum autem...abbatis et conventus intra terminos ipsius possessionis Megyer in Qualidis aquis desertum, pro quo scil. predicta iura ipsarum dominarum iidem detinuerunt occupata, adiacere reperimus et rescivimus, eo quod instrumenta,...abbatis et conventus eosdem solum tria molendina in ipsis Calidis aquis et non terras vel alias utilitates prope Budam habuisse explanabant, ex parte autem Bude illud desertum molendinum, in quo olim tres rote volvissent et currissent adiacere manifeste invemimus, in dictis vero portionibus solum unum molendinum existere et ut ibi plura fieri valere, nec etiam prope Budam, nisi in medio termino dicte possessionis infra vineas adiacere conspeximus,...idcirco vestram petimus amititiam..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente magister Paulus litteratus de Tilay homo regius de curia regia...transmissus in crastino festi inventionis sancte crucis[1]...ad facies predictarum portionum possessionariarum... accedendo, easdem...cum suis utilitatibus et pertinentiis...in facie earundem existentibus eisdem dominabus statuat et committat eo iure, quo ipsis dinoscuntur pertinere sub certis signis metalibus, si bono modo fieri poterit, perpetuo possidere...contradictione...abbatis et conventus ac aliorum eo, quod recaptivationi earundem nemo alter preter ipsos contradixerant...non obstante, aliis vero, si quid iuris se habere sperant in eisdem, postmodum, dum volunt, legitime prosequantur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budensis eccl. 1383. máj. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 30.721. (Sign. ant.: Miscellaneorum cista 3., Fasc. 2., No. 1.)

[1] 1383. maj. 4.

8 [1383[1].] maj. 3.

Magistratus civitatis Budensis donationem cuiusdam fundi curiae in castro Budensi habiti a Maria regina Nicolao de Szécs iudici curiae regiae factam ratihabet.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. rubri coloris tergo appressi (3 cm). Arch. Nat. Hung. Dl. 100.190. (Arch. famil. Batthyány de Körmend.). - REG.: Pataki, Bud. Rég. XV (1950). p. 288., not. nr. 36. (Mendose.)

Nos Wluingus filius Nicolai iudex castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Stephanus sartor rufus concivis noster in medium nostri veniendo vice et nomine magnifici viri domini Nicolai de Zeech iudicis curie regie, domini sui, exhibuit nobis quasdam litteras patentes excellentissime principis et domine domine Marie dei gratia regine Hungarie, Dalmacie, Croatie etc(etera), domine nostre naturalis, hunc tenorem continentes: (Vide nr. 6. Maria regina Hung. 1383. mart. 17.) Nos itaque predictis litteris, nobis nomine quo supra presentatis, humiliter et cum obedientia receptis, ipsi domine nostre regine tamquam domino nostro naturali in omnibus obedire volentes, prout ex debito tenemur, presentes litteras nostras in memoriam et perpetuam firmitatem collationis predicte domus, ipsi domino Nicolao modo quo supra facte, duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in festo Inventionis sancte crucis, anno domini supradicto.[1]

[1] 1383. Vide nr. 6. Maria regina Hung. 1383. maj. 17.

9 Visegrád, 1383. maj. 8.

(In Vissegrad, VIII. die oct. Georgii.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum...d.p.m., quod discussionem...cause, quam inter comitem Wluengum iudicem civitatis Budensis actorem..., pro quo Iacobus sartor cum procuratoriis litteris dicte civitatis Budensis astitit et inter magistrum Dionisium filium condam Stephani bani de Lochonch in causam attractum..., pro quo Iohannes dictus Thompus...comparuit, iuxta continentiam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in quibusdam litteris domini Ladislai ducis condam palatini adiudicatoriis contentis in octavis festi beati Georgii martiris[1] facere tenebamur..., ad octavas beati Michaelis archangeli[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. in clausura cum vestigio sig. In dorso: Pro magistro Dionisio filio condam Stephani bani contra comitem Wluengum condam iudicem civitatis Budensis ad octavas festi beati Michaelis archangeli. Prorogatoria. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.112.

[1] 1383. maj. 1.
[2] 1383. oct. 6.

10 1383. maj. 11.

(VIII. die in crast. inv. crucis.) Capitulum eccl. Budensis...ad univ...not. harum serie volumus pervenire, quod nos litteras...comitis Nicolai de Zeech iudicis curie statutorias nobis directas...recepimus in hec verba: (Vide nr. 7. Nicolaus de Szécs iudex curiae regiae 1383. apr. 30.) Nos...petitionibus...iudicis curie [regi]e.., annuentes, unacum... magistro Paulo litterato de Tilay...magistrum Dominicum...concanonicum nostrum... duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi in crastino festi inventionis sancte crucis[1]...ad facies predictarum portionum possessionariarum...accedendo easdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis...eisdem dominabus (beginis de castro Budensi) statuissent...eo iure, quo ipsis dinoscuntur pertinere perpetuo possidere... contradictione ...abbatis et conventus (de Pilisio) ac aliorum quorumlibet...non obstante...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, in plica cum incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 30.727. (Sign. ant.: Miscellaneorum cista 3., Fasc. 2., No. 1.)

[1] 1382. maj. 4.

11 Buda, 1383. jun. 13.

(Bude, sab. p. Barnabe.) Maria...regina Hungarie...Capitulo Budensi...Dicit nobis Thomas filius Pethew de Alag, quod Demetrius filius Cosme de eadem quendam advenam hominem, vidl. Nicolaum filium Emrici de Geche ad...possessionem ipsorum communem Alag vocatam introducendo, unam portionem possessionariam de eadem possessione Alag eidem assignari procurasset...Super quo...fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Emricus filius Pauli de Petry vel Nicolaus filius Andree de Buda aut Paulus filius Georgii de Alberti..., aliis absentibus homo noster...ad ...possessionem Alag accedendo...Demetrium filium Cosme a...Nicolai filii Emrici...in possessionem Alag introductione..., ipsumque Nicolaum filium Emrici in eandem...se intromissione...prohibeat...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budensis eccl. 1383. jun. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 7017. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 32., No. 38.)

12 Buda, 1383. jun. 19.

(Bude, f. VI. a. nat. Ioh. bapt.) Nos Elisabeth... regina Hungarie...consideratis ...meritis...magnifici Stephani bani de Machow, quibus idem...olim regie et nostre maiestatibus studuit complacere et adhuc anhelat...sibi quasdam vineas, olim Petri bani nostri notorii infidelis, Damianmala et Pezzad vocatas, in territorio civitatis nostre Budensis existentes et ad nostras manus...devolutas,...nove nostre donationis titulo duximus... conferendas per ipsum dominum banum et suos heredes...iure perpetuo...habendas...salvis...iuribus alienis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari impresso. In superiore margine Relatio Nicolai de Gara palatini per magistrum Bakow facta not. canc. est scripta. Arch. famil. Erdődy de Galgócz, lad. 94., fasc. 7., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED: Varju, Losonci Bánffy-cs. oklt. I. p. 373-374.

13 1383. jun. 20.

(IV. die f. IV. p. Barnabe.) ...domine...Marie...regine Hungarie...Capit. ecclesie Budensis...Litteras vestre sublimitatis prohibitorias...noveritis nos percepisse...in hec verba: (Vide nr. 11. Maria regina Hung. 1383. jun. 13.) Nos...cum...Nicolao filio Andree (de Buda[1]) ...Franciscum chori ecclesie nostre...clericum...ad...prohibitionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi feria quarta...post festum b. Barnabe apostoli[2] ...ad...possessionem Alag accedendo, ...Demetrium filium Cosme a ...Nicolai filii Emerici in...possessionem Alag introductione ..., ipsumque Nicolaum filium Emrici in eandem portionem possessionariam...se intromissione...prohibuissent...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7017. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 32., No. 28.) - REG.: Bártfai Szabó, Pest m. p. 96.

[1] Vide nr. 11. Maria regina Hung. 1383. jun. 13.
[2] 1383. jun. 17.

14 1383. jun. 24.

(In nat. Ioh. bapt.) Nos capitulum eccl. Budensis m. c., quod discretus vir magister Blasius...concanonicus noster in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda...exhibuit nobis quasdam litteras condam...Lodovici...regis Hungarie...privilegiales petens nos, ut easdem...transscribi faceremus pro eisdem dominabus..., quarum...tenor talis est: (Vide Ludovicus rex Hung. 1365. maj. 20.) Nos...iustis

...magistri Blasii petitionibus...annuentes, pretactas litteras...condam Lodovici regis ...presentibus litteris nostris...inseri...fecimus pro religiosis dominabus prenotatis...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo viridi pend. In dorso manu saec.XV. scripta haec adnot. legitur: Transscriptum capituli Budensis super revocatione gratie cuilibet in solutione tributi dominarum facte. Arch. Nat. Hung. Dl.6874. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 15., No. 23.)

15 Buda, 1383. sept. 5.

(1383. Indict. VI., 5. sept.) Instrumentum iuramenti prestiti per reginales maiestates Hungariae in manibus generosi viri, domini Saraceni Dandulo, ambaxiatoris destinati ad illas super observantia pacis Taurinensis, factae die 7 augusti 1381. in Taurino, secundum formam articuli contenti in ipsa pace. - Actum Budae in castro reginali. Notarius Nicolaus condam Christophori de Rodanis.

ORIG.: Pactorum VI., 42-43. Arch. civit. Venet. - REG.: Ljubic: Listine V. p. 348.

16 1383. sept. 26.

(Sab. a. Michaelis.) Capitulum eccl. Budensis...ad univ...not...volumus pervenire, quod nobilis domina Margaretha...relicta Petri litterati de Pechel, ac domina Banga filia eiusdem, consors...Benedicti dicti Syke, civis de Veteribuda...(et) Anthonius filius Iohannis de Besenew coram nobis personaliter constituti, eedem domine: Margaretha et Banga...confesse extiterunt...in hunc modum, quod ipse directam tertiam partem... possessionis seu terre ipsarum Tyuadarfelde vocate in comitatu Pestiensi, per ipsas ordine iudiciario reobtente, cum omnibus suis...pertinentiis..prenominato Anthonio filio Iohannis et per eum suis heredibus..., tum ob amorem sincere proximitatis eiusdem Anthonii, tum etiam pro aliis...suis beneficiis et expensis per eundem in reobtentione dicte possessionis Tyuadarfelde ipsis factis et exhibitis...contulissent...ex permissione Andree filii Iwan de dicta Pechel et Ladislai filii sui...coram nobis iure perpetuo...possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et sig. de filo viridis et nigri coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 7036. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 198., No. 1.) - REG.: Bártfai Szabó, Pest m. p. 96., nr. 440.

17 1383. nov. 5.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum filium Andreae civem Castri Novi montis Pestiensis medietatem cuiusdam vineae suae, in territorio villae Wrs Naghmal vocato sitae Mathiae filio Michaelis vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. rubri col. tergo appressi. (3,5 cm). Arch. Nat. Hung. Dl. 7044. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1543., No. 7.) - REG.: Wenzel: M.Tört.Tár IV (1857). p.155.

Nos Wluingus filius Nicolai iudex Castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Nicolaus filius Andree concivis noster coram nobis personaliter constitutus quandam mediam vineam suam, cuius alia medietas Mathie filio Michaelis pertinere dinosscitur, in territorio ville Wrs Naghmal vocato, ex opposito vinee Johannis filii Bulchw habitam cum universis utilitatibus pertinentibus ad eandem, de consensu omnium proximorum suorum, nullo contradictore existente, vendidit et tradidit eidem Mathie filio Michaelis et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam pro tredecim florenis per centum plene receptis ab eodem. Assumpsit nichilominus predictus Nicolaus eundem Mathiam suosque heredes secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam propriis suis laboribus et expensis

expedire ab omnibus ratione prenotate medie vinee et universarum utilitatum eiusdem volentibus molestare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in festo sancti Emerici ducis, anno domini M^{mo}CCC^{mo}LXXX^{mo} tertio.

18 Esztergom, 1384.apr. 24.

(Strigonii, in Georgii.) Demetrius...tituli sanctorum quatuor coronatorum presbiter cardinalis, ac s. Strigoniensis ecclesie gubernator perpetuus apostoliceque sedis in regnis Hungarie et Polonie legatus...Nos...ad...corporis et sanguinis...sacramentum Jesu Christi...gerentes affectum...ad laudem, gloriam et honorem...corporis et sanguinis Christi, s. trinitatis..., genitricis dei... Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum ac s. Adalberti patroni nostri...capellam ad latus ecclesie nostre Strigoniensis pro veneratione speciali memorati sacramenti duximus...construendam...(et) ipsi...et eius pro tempore rectori...de...assensu...nostri capituli redditus infrascriptos duximus donandum...vidl. quartas decimarum districtus Boymoch; quartas villarum...Marchal, Busa, Alsovendrefalua, Wasarozterenne, Mohara, Kalnow, Keze, Dra, Zacol, Sclabonia, Saol, Dalay, Kazar, Chitar minoris, Chitar maioris, Tarnouch, Kyrth, Zobor, Loch, Nouak, Zeel, Cheztue, Zugh in maiori Neugrad, quas...Strigoniensis ecclesie archiepiscopi tamquam personales prestimonias...pro suo consueverunt conferre beneplacito voluntatis; necnon quartas tam vini quam bladi ville Ienew in Neugrad minori, ac quartas vinorum provenientium in monte Kelemenchehegh pro mensa panis et potus magistri capelle supradicte salvis remanentibus quartis sacerdotum de insula Leporum, necnon censum quadraginta fl. aureorum ratione porkrehth de domo in monte castri Pestiensis, in vicinitate domorum sanctimonialium de insula Leporum et Iacobi de Ewyŗzygeth situata, nobis singulis annis iuxta locationem litterarum providorum virorum iudicis et iuratorum supradicte[a] montis debitum; domumque nostram in platea iudeorum inter domos magistri Akus filii Stephani filii condam Mykch bani de Prodauiz et G/eorgii/ cantoris Wesprimiensis situatam aliisque possessionibus, iuribus et bonis... Ad cultum nichilominus...divinum...disponimus et presentibus nostris litteris ...constituimus, ut...diebus dominicis de s. trinitate, ...feriis quintis in honore corporis Christi, sabbato de b. Maria...debeant misse decantari, secundis vero feriis una missa pro defunctis legi, tertia, quarta et quinta feriis de tempore occurrenti; festa vero sanctorum Michaelis archangeli et Demetrii martiris per eorum octavas sollempni officio in ipsa capella debent celebrari; adicientes et...statuentes, ut rector memorate capelle continuam residentiam facere debeat. Et si...sepefate capelle facti vel iuris occurrit vacatio..., capit. Strig. eccl....unum ex eis eligant idoneum et simplicem dumtaxat canonicum ad gubernanda et subeunda onera, que superius dinoscuntur numerata, quem sic electum examinandum, instituendum et confirmandum...infra tempus debitum Strigoniensi archiepiscopo vel eius in spiritualibus vicario canonice presentabunt, nullam in eo negligentiam committendo..., prout se eorum labore dignissimo corporis et sanguinis Christi sacramento in extremo iudicii dignos reddere velint gratos et acceptos...

ORIG.: Membr. cum plica et duobus filis sericeis viridis et rubri coloris sigillorum: 1. Demetrii archiepiscopi et 2. Capituli Strigoniensis pend. iam deperditorum. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta Super fundatione et dotatione capelle Corporis Christi, cuius ad nos spectat collatio adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 72., fasc 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a. Demetrius archiep. Strigoniensis 1385. apr. 24. (partim). Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 77., fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b. Copia simplex saec. XVI. in chart. pap. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 72., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér, CD. X/1. p. 159-164. - REG.: Magyar-zsidó oklt. V/1. p. 19. nr. 31.

[a] recte: supradicti

19 1384. jun. 2.

Magistratus civitatis Budensis Demetrium cardinalem Strigoniensis ecclesiae gubernatorem perpetuum domum suam Budae habitam Simoni de Talentis de Bononia civi Budensi pro quadraginta fl. auri vel monetarum aequivalentium rectori capellae in honore Corporis Christi in latere eccl. Strig. aedificatae ratione redditus Burgrecht vocati singulis annis in festo s. Georgii martiris solvendis locasse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento dupplicis sig. de filo sericeo virid.coloris pend. In dorso manu saec. XVI. scripta Vulfingi littera super domum ante monetam in Buda A(nno) 1384. adnot. legitur. - Arch. Nat. Hung. Dl. 7089. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1511. No. 28.) - MENT.: Rupp, Buda-Pest, 157.; Pataki, Bud. Rég. 286., not. 28.

Nos Wuluingus filius Nicolai iudex castri novi montis Pestiensis, Petrus sarptor(!), Iohannes Gleczel, Nicolaus Stoyan, Ladislaus de Vico, Michael Roesler, Vlus Rabensteyner, Michael Nodler, Stephanus Ruebsam, Iohannes litteratus, Ladislaus Wasarus, Brictius filius Nicolai et Iohannes filius Viti tunc iurati castri predicti memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Demetrius tituli sanctorum quatuor coronatorum presbiter cardinalis, sancte Strigoniensis ecclesie gubernator perpetuus et cetera in medium nostri veniendo quandam suam domum, in predicto castro, in vicinitate domorum sanctimonialium de insula leporum et Iacobi de Ewrzigeth habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, nullo penitus contradictore apparente, locavit et assignavit Simoni de Talentis de Bononia, concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam eo modo, quod ipse ac sui posteri, ad quos dicta domus tractu temporis devolvetur, ipsam in decenti et bona structura conservare ac singulis annis et perpetuo ratione redditus Purkrecht dicti quadraginta florenos auri vel monetarum equevalentem[a] ad capellam in honore corporis Christi, in latere dicte Strigoniensis ecclesie edificatam et per consequens rectori eiusdem capelle pro tempore constituto in festo sancti Georgii martiris solvere teneantur; hoc adiecto, quod si processu temporis dictam domum per ignis incendium vel quovis modo alio continget desolari in toto vel in parte, ita quod dictorum florenorum redditus de ipsa non possent exigi et levari, ex tunc prefatus rector ipsorum florenorum redditus de omnibus aliis ipsorum bonis ubicumque habitis exigere et percipere et ipsum Simonem eiusque heredes et posteros ad reedificandam prefatam domum compellere possit. Assumpsit nichilominus idem reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Demetrius cardinalis eundem Simonem ac suos posteros ab omnibus ratione dicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere volentibus suis propriis laboribus et expensis defendere et expedire secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, dictorum tamen quadraginta florenorum auri redditu semper remanente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium presentes concessimus litteras nostras privilegiales dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima post festum Penthecostes, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto.

[a] recte: equivalentem

20 Buda, 1384.jun.5.

(Bude, in Trinit.) Maria...regina Hungarie...iudici, iuratis et universis civibus ...de Posonio...Noveritis, quod mag. Stephanus filius condam Iacobi iudicis et Nicolaus concives vestri suis et vestre universitatis in personis in nostram et...domine Elizabeth ...regine Hung....genitricis nostre...venientes presentiam, nostre supplicarunt maiestati, ut...in medio vestri modum et consuetudinem cambii in mercimonialibus et aliis rebus fiendi...disponere nundinasque seu forum annuale liberum vobis...ad...civitatem nostram Posoniensem concedere dignaremur. Super quibus sic ...universitatis vestre fidelitati respondemus: Quod quia nos...commodo vestro et regnicolarum nostrorum...intendere volumus, ideo habita presentium notitia, unacum aliis...civibus aliarum civitatum nostrarum inibi circumsitarum speciales et maturos habendo tractatus, si nostram maiestatem sic et

eomodo de dispositione premissi cambii et termino celebrationis predicte congregationis per vestras litteras...informabitis, ut huiusmodi constitutio cambii...celebratioque dicte congregationis sine defectu iurium nostrorum regalium, specialiter tricesimalium et absque preiudicio dictarum aliarum civitatum nostrarum et specialiter civitatis nostre Budensis fieri et stabiliri poterunt, extunc supplicationem vestram...ad exauditionis gratiam vestrum admittemus iuxta votum et quicquid in premissis duxeritis faciendum, per vestras litteras efficaces studeatis nos informare...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo impressi. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 416. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér, CD. X/3. p. 11-12.; Id., X/8. p. 137-138. - REG.: Wenzel, M. Tört. Tár IV(1857).p. 155-156.

21 Buda, 1384. jun. 9.

(Bude, in Corp. Chr.) Nos Maria...regina...Hungarie, Dalmatie, Croatie etc (etera) m. comm.,...quod...magister Stephanus filius condam Jacobi iudicis et Nicolaus cives civitatis...Posoniensis suis et universorum civium nostrorum civitatis Posoniensis ...in personis in nostram et domine regine genitricis nostre...venientes in presentiam, nostre declararunt maiestati, quod quia de rebus mercimonialibus forensium seu advenarum hominum, quibus iidem in ipsorum medio cambium facientes vina eorum compararent superflua, tricesima et de vinis per eosdem in eadem civitate comparatis reciperetur, ideo iidem advene et forenses homines...non sic sepe, prout alias, sed raro ad ipsam civitatem ...venirent pro cambio faciendo..., et sic iidem cives nostri damnum per hoc...paterentur ... - supplicantes exinde per nos de remedio provideri...; ideo...eisdem...serie presentium concedimus, ut a data presentium infra integram annualem revolutionem prefati advene et forenses homines de premissis eorum rebus mercimonialibus, necnon de vinis super eisdem rebus ipsorum cambialiter comparatis, tricesimam nostram sic et eo modo solvere debeant, prout ipsi eandem circa tres vel quatuor annos iam proximius elapsos solvere fuerint assueti. Quare vobis fideli nostro Nambusculi (!) de Florentia comiti tricesimarum regni nostri et vicetricesimatori vestro in dicta Posonio constituto... mandamus, quatenus prefatos advenas et forenses homines in exactione tricesime nostre ultra premissam nostram commissionem molestare non debeatis, sed eandem tricesimam de predictis rebus et vinis eo modo recipiatis, prout eadem circa tres vel quatuor annos soluta extitit per eosdem...

ORIG.: Membr. cum vestigio sigilli (sub textu?) appressi. Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.). - ED.: Fejér: CD. X/3. p. 14-15.

22 Buda, 1384. nov. 30.

(In Buda, in Andree.) Nos Lodouicus...archiepiscopus Colochensis et Bachiensis ecclesiarum unitarum m. c. t. pr. signific. quibus exp. universis, quod quia nos...causa studii pro nunc ad regna aliena transire intendamus, de pecuniaque, seu expensis pro predicto negotio nostro sufficientibus indigeamus, ...ob hoc dominium...nostri archiepiscopatus plenarium, demptis instrumentis ipsius ecclesie, que in nostra et capituli nostri potestate ac conservatorio et loco consueto relinquendo per idem capitulum servare ...committimus, viro magnifico, Nicolao de Gara, regni Hungarie palatino...tenendum et gubernandum committere disposuerimus, ideo...possessiones, villas, tenuta, districtus, terras, fenilia, aquas, piscaturas, silvas, nemora, tributa, honores et officiolatus et alias cunctas utilitates, proventus, fructus et redditus...ad nostrum archiepiscopatum spectantia et pertinentes a presenti festo beati Andree apostoli usque quintam revolutionem eiusdem festi annualem in feudum, seu censum annualem...locavimus...palatino prenotato possidere ...eomodo, ut idem...singulis annis singulos sex milia fl. aureorum, duo vidl. milia...in festo beati Georgii[1] et...duo milia...in festo nativitatis beate virginis[2], necnon modo simili duo milia florenorum in festo beati Andree apostoli[3] nobis, in presentia Mauritii filii Pauli, civis de Florentia, mercatoris Budensis, in eadem Buda...persolvere...teneatur..., ipsum ...palatinum nunc super duobus milibus fl. aureorum, quos nobis ad presens persolvisse dinosscitur, vidl. de una predictarum solutionum venturarum expeditum committendo.

Promittimus (insuper), ut si aliquo predictorum annorum malum tempus et caristia evenerit, tunc eidem palatino de debito et solutione predicta huiusmodi anni, ut convenit, alleviationem et relaxationem faciemus...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. annulari quadrangulari rubri coloris de filo sericeo similiter rubri coloris pendenti. Arch. Nat. Hung. Dl. 7350. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1528. No. 4.) - ED.: E. Lederer: A középkori pénzüzletek története Magyarországon. Budapest, 1932, p. 258-259. - COMM.: Eadem, ibidem p. 174.

1
2 Apr. 24.
3 Sept. 8.
Nov. 30.

23 1384. dec. 6.

Magistratus civitatis Budensis Simonem iudeum dictum de Wyssegrad vineam suam, in territorio Stubuch vocato habitam, Simoni dicto Tendler et Elisabeth consorti suae pro decem et septem fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri (35 mm) tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7114. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1543. No. 18.) - ED.: Magyar-zsidó oklt. V/1. p. 19-20. - REG: Wenzel: Budai regeszták. M. Tört. Tár IV. (1857) p. 156.

Nos Wluingus filius Nicolai iudex castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Simon iudeus dictus de Wyssegrad in nostri medio residens coram nobis personaliter comparendo quandam vineam a domina Elizabeth, relicta condam Henrici Surth sibi occasione cuiusdam debiti devolutam, in territorio Stubuh vocato, in vicinitate vinearum Hower pellificis et Vlrici Voldner habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit Simoni dicto Tendler et domine Elizabeth consorti sue, concivibus nostris et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam pro decem et septem florenis per centum plene receptis ab eisdem. Assumpsit nichilominus predictus Simon iudeus predictum Simonem dictum Tendler ac dominam Elizabeth consortem suam suosque heredes secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam propriis suis laboribus et expensis expedire ab omnibus ratione predicte vinee et universarum utilitatum eiusdem volentibus molestare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in festo sancti Nicolai confessoris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXXX^{mo} quarto.

24 Buda, 1385. febr. 3.

(Bude, III. termini Vig. Purific.) Marie..., regine Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) Capitulum ecclesie Budensis... cum vestra serenitas... quasdam litteras privilegiales... per... procuratores nobilium dominarum Elyzabet Andree litterati filii Thomor de Nempti, filii... Nicolai de Wgal et Clare vocatarum, Johannis filii Stephani de Jutas consortum, filie scil. Pauli de Kapul in forma iudicatus curie regie in causa inter easdem... dominas ut actrices ab una, et magistrum Mathiam Byssenum de Nezde ut in causam attractum parte ab altera habita in presentia vestre maiestatis exhibita, et... per ... magistrum Mathiam suspectas... fore assertas ad nostram... probationem, partibus tamen, si vellent, liberam, concordandi annuendo facultatem, destinasset... Tandem... Andreas litteratus et Johannes filius Stephani (cum onere) pro predictis dominabus coniugibus ipsorum, item... magister Mathias Byssenus... parte ab altera nostram adeuntes presentiam proposuerant..., quod ipsi et prenotate... domine... in... eorum causa inter ipsos in presentia... iudicis curie vestre in facto universarum possessionum... condam magistri Pauli de Wgal... ac domorum eiusdem in Albensi, Budensi et Wyssegradiensi

civitatibus existentium..., ipsum emptionis, impignorationis ac acquisitionis titulis contingentium...mote...nostro ac aliorum proborum virorum arbitrio...in presenti...vigilia f. Purific. virg. gloriose[1] in ...ecclesia nostra inter predictas partes super omnibus premissis ...disponeremus, he ambe partes acceptare tenerentur...Instante prescripta vigilia... consedimus...ac examinatis earum iuribus...taliter duximus ordinandum: Possessiones ...ex regia donatione et etiam ex...ex...condam domine Wrsule (consortis sue) collatione prefato Mathie Bisseno iuridice pertinere debere adiudicantes easdem cum...earum utilitatibus..., necnon domo...magistri Pauli in civitate Albensi habita...magistro Mathie Bysseno et suis heredibus...adiudicavimus...possidendas...Et quia idem magister Mathias quandam domum in civitate Budensi habitam per condam... Lodouicum regem adhuc vivente... domina Vrsula consorte sua ablatam fore, sibique pro eadem domo trecentos fl., quemlibet eorum quadraginta grossis computando, per eundem regem solutos extitisse, quandam etiam possessionem... impignoratitiam...condam magistri Pauli ab ipso pro centum fl. redemptam fuisse, de equis equatialibus ...magistri Pauli per ipsum actenus conservatis centum et quinquaginta apud se existere..., pro eo commisimus..., ut ipse magister Mathias pretactos trecentos fl. in additamentum...domus Wyssegradiensis ex aliis utilitatibus...eisdem nobilibus dominabus persolvere teneatur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Maria regina Hung. 1385. maj. 19. Emericus Bubek iudex curiae regiae 1386. maj. 22. - ED.: Hazai okmt. III. p. 225-237., 238-239. Ex Arch. famil. Inkey de Berény, Fasc. 1., No. 15.- COMM.: Pataki: Bud. Rég. XV(195) p. 297., not. 103.

[1] 1385. febr. 1.

25 1385. mart. 9.

(f. V. a. Letare.) Capitulum eccl. Jaurinensis...m. comm., quod fr. Emericus ord. b. Francisci...de claustro b. Marie in civitate Posoniensi constructo...in personis sanctimonialium ord. s. Clare de Veteribuda exhibuit nobis duas bullas...duorum apostolicorum...petens nos, ut tenores earundem...in litteris nostris privilegialibus transcribi... faceremus, quarum tenor (talis est):

a/ Bonifatius (papa VIII.) ...universis abbatissis et conventibus monialium...s. Clare sive s. Damiani seu Minorisse dicantur...indulgemus, ut ad prestationem decimarum...de possessionibus et aliis...bonis vestris...ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum et etiam legatorum et nuntiorum sedis apostolice et quibuslibet taliis et collectis, ac ad exhibendum pedagia, telonia et alias exactiones quibusvis regibus, principibus seu aliis personis secularibus minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis...[1]

b/ Johannes (papa XXII.) ...vobis universis et singulis ad instar...Bonifatii pape VIII...indulgemus, ut ad prestationem decimarum...de possessionibus et aliis...bonis vestris...ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum et etiam legatorum et nuntiorum sedis apostolice minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis...[2]

ORIG.: Membr. cum plica et sig. pend. Bibliotheca Universitatis Budapestinensis Dipl. nr. 27. (Sign. ant.: Fasc. 29. No. 14.)

[1] Dat. Anagnie, V. Non. Jun., pontific. a. II. (1296. jun. 1.)

[2] Avinione, II. Kal. Oct., pontific. a. X. (1325. sept. 30.)

26 1385. mart. 13.

(F. II. p. Letare.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod honeste domine: Clara filia et Barbara...relicta Petri filii Valentini condam hospitis de Veteribuda coram nobis...confesse extiterunt...in hunc modum, quod ipse vineam ipsarum in monte Wrs vocato, in vicinitatibus vinearum Bartholomei sacerdotis et Michaelis dicti Wynchler, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, loco

scil. torcularis ac via ab antiquo consuetis Paulo dicto Wamus, civi de eadem Veteribuda et domine Elene consorti sue pro centum et quinquaginta fl. (cum exp. caut.) vendidissent...iure perpetuo...possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7138. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 37.)

27 Esztergom, 1385. apr. 24.

(Strigony, in Georgii.) Demetrius...tituli sanctorum quatuor coronatorum presb. card., ac...Strigoniensis ecclesie gubernator...apostoliceque sedis in regnis Hungarie et Polonie legatus...Nos...capellam ad latus ecclesie nostre Strigoniensis pro veneratione speciali...(corporis et sanguinis...Iesu Christi) duximus construendam...(et) ipsi... et eius pro tempore rectori...de...assensu...nostri capituli redditus infrascriptos duximus donandum..., videlicet: quartas decimarum districtus Boymoch; quartas villarum... Marchal, Busa, Alsovendrefalua, Vasarozterenne, Mohara, Kalnow, Keze, Dra, Zacol, Sclabonya, Saal, Dalay, Kazaar, Chitar minoris, Chitar maioris, Tharnouch, Kyrth, Zobor, Loch, Nouak, Zeel, Cheztur, Sugh in maiori Neugrad..., necnon quartas vinorum...in monte Kelemenchehegh..., salvis...quartis sacerdotum de Insula leporum, necnon censum quadraginta fl. aureorum ratione pokrehth de domo in monte castri Pestiensis, in vicinitate domorum sanctimonialium de Insula leporum et Iacobi de Ewyrizygeth situate nobis...debitum; domumque nostram in platea iudeorum inter domos magistri Akus filii Stephani filii condam Mykch bani de Prodauiz et G(eorgii) cantoris Wesprimiensis situatam...

ORIG.: Membr. cum plica et sigillis - uno oblongo Demetrii archiepiscopi et altero rotundo capituli Strigoniensis de filis sericeis rubri et viridis coloris pendentibus. In dorso manu saec. XVI. scripta Qualiter donavit capellam Corporis Christi adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 72. fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) Textus fundationem capellae enarrans ex integro respondet numero 18. (Vide priv. Demetrii archiepiscopi 1384. apr. 24. emanatum.)

28 1385. jul. 15.

Magistratus civitatis Budensis Wenczlinum civem Budensem, executorem testamenti condam Vlrici dicti de Vienna, quandam domum Budae habitam, a dicto Vlrico derelictam Nicolao de Gara regni Hung. palatino pro mille et ducentis fl. aureis (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento sigilli duplicis de filo sericeo viol. coloris pend. In dorso manu saec. XV. scripta Littera super domum domini palatini Bude adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7158. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1512. No. 4.) ED.: Hédervári oklt. I. p. 98-99. - MENT.: Rupp, Buda-Pest p. 162.; Pataki, Bud. Rég. p. 282., not. 5.

Nos Wuluingus filius Nicolai iudex castri novi montis Pestiensis, magister Petrus sarptor (!), Iohannes dictus Gleczel, Nicolaus Stoyani, Michael Nodler, Michael Roesler, Ladislaus de Vico, Vlricus Rabensteiner, Stephanus Rubsam, Iohannes litteratus, Henslinus filius Viti, Brictius filius Nicolai et Iohannes filius Thome tunc iurati ipsius castri memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Wernczlinus cognominatus super statuam, concivis noster, executor scilicet ultime dispositionis quondam Vlrici dicti de Vyenna, coram nobis personaliter comparendo quandam domum ab eodem Vlrico derelictam in castro predicto, in vicinitate domorum magistri Michaelis de Hedrehwar et Nicolai dicti Czolneker habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum prefati Vlrici, ymmo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit magnifico viro domino Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici Comanorum et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure ac pacifice possidendam pro mille et ducentis florenis aureis plene habitis et perceptis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Wernczlinus dictum dominum Nicolaum de Gara

palatinum ac suos posteros ab omnibus ratione predicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales dupplicis et authentici sigilli nostri appensione consignatas duximus concedendas. Datum in festo divisionis apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

29 Buda, 1385. oct. 13.

(Bude, VIII. die oct. Michaelis archang.) Nos Nicolaus de Zeech, regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d.p.m., quod disscussionem...cause, quam inter comitem Wluenghum iudicem civitatis Budensis, pro quo Iacobus sartor cum procuratoriis litteris ...civitatis Budensis astitit, et inter magistrum Dionisium, filium condam Stephani bani de Lochonch, in causam attractum...pro quo Iacobus filius Petri cum procuratoriis litteris capituli...Budensis comparuit, iuxta continentiam litterarum...Nicolai de Gara, pridem similiter regni Hungarie palatini prorogatoriarum super factis in...litteris domini Ladislai ducis condam palatini adiudicatoriis contentis in octavis festi beati Michaelis archangeli[1] facere tenebamur, de partium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii...nunc venturas[2] duximus prorogandam...

In dorso: Pro magistro Dionisio filio condam Stephani bani de Loconch contra comitem Vluenghum, iudicem civitatis Budensis ad octavas festi beati Georgii martiris. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.114.

[1] 1385. oct. 6.

[2] 1386. maj. 1.

30 Buda, 1385. nov. 14.

(Bude, VII. Congregat.) VIII. Omn. sanct.) Nos Maria...regina Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera). Notum facimus universis quibus incumbit per presentes, quod cum nos...unacum prelatis et baronibus ac regni nostri proceribus deliberatione prehabita, pro bono communi utilitateque eiusdem...post...obitum...Lodouici regis...genitoris nostri ...inter...nobiles et nostros regnicolas cuiusvis preeminentie existant...congregationem generalem Bude, octavo die festi omnium sanctorum[1]...celebrassemus, sic videlicet, ut de singulis...comitatibus singuli quatuor potiores nobiles...convenire debuissent..., ipsisque...convenientibus, cetus et universitas eorundem per certos et fidedignos ambasiatores ipsorum maiestati nostre patefecerunt querulose, quomodo ipsi in illis...libertatibus ..., quas eisdem...sancti et alii reges Hungarie...concessissent et quas...genitor noster, tandemque nos roborasse...perhibemur..., non haberentur...supplicantes iidem ambasiatores...nostre maiestati..., ut ipsos in omnibus illarum libertatum prerogativis..., omni novitate exclusa dignaremur...conservare. Nos igitur...harum serie...et bona nostra fide mediante promittimus...et ex certa nostre maiestatis scientia pollicemur, ut ipsos amodo inantea in omnibus illis libertatibus...conservabimus perpetuo et inrevocabiliter permansuros...

ORIG.: a. Membr. cum vestigio sig.maioris simplicis tergo impressi. In dorso manu coaeva scripta Ad comitatum Supruniensem in Rabakuz adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.249. (Sign. ant.: Kisfaludy cs. lt. nr. 138.); b/ Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dorso manu coaeva Scepsiensi adnot est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 38.885. (Sign. ant.: Arch. Regni, Lad. H. sub dato.) - ED.: Kovachich: Vet. Com. Introduct.; Fejér: CD. X/1. p. 216-219. Bácskai-Bónis-Dőry: Decreta p.146-148. - Iidem, ibid. p. 146.

[1] Nov. 8.

31 1386. jul. 10.

(F. III. a. Margarethe.)...Capitulum eccl. Agriensis... ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod magistri Frank et Simon filii condam..konye bani de Zechen... coram nobis...proposuerunt..., quod...mag. Frank portiones suas sessionarias in fundis seu sessionibus in civitate Budensi et in possessione Gunges...existentibus habitas...cum earum utilitatibus...commisisset...memorato magistro Simoni et eiusdem heredibus..., e converso vero prefatus mag. Simon...portionem suam sessionariam in fundo seu sessione in possessione ipsorum Zechen...existenti habitam...cum utilitatibus eiusdem reliquit... annotato magistro Frank et eiusdem heredibus similiter perhempnaliter possidendam...

ORIG.: Membr. in inferiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et sigillo de filo sericeo rubri et viridis coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 7214. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 669. No. 24.)

32 1386. oct. 7.

(Dom. p. Francisci.)...littera Conventus cruciferorum de Alba die dominico proximo p. festum. b. Francisci confessoris in anno domini CCC^mo LXXX sexto patenter confecta[1], tenores quarundam litterarum Capituli ecclesie Albensis privilegialium feria quinta proxima p. f. b. Luce evangeliste in anno domini M^o CCC^mo LXX^mo tertio confectarum[2], seriem quarundam litterarum eiusdem Capituli Albensis patenter f. quinta proxima p. f. Resurrectionis domini in anno eiusdem M^mo CCC^mo sexagesimo nono editarum[3] transscriptive in se habentes denotabat,...quod nobilis domina Vrsula...filia condam magistri Pauli de Vgal, consors nobilis viri Mathie Bisseni de Nezde...confessa extitisset..., quod ipsa universas possessiones et portiones possessionarias in quibuslibet comitatibus habitas, item fundos curiarum simulcum domibus lapideis et ligneis in eisdem constructis in Budensi et Albensi civitatibus sitas et existentes, necnon equos suos equatiales et generaliter quelibet sua iura possessionaria et hereditates quibuscunque vocitentur nominibus, que ad ipsam a prefato condam magistro Paulo patre suo de iure fuissent devolute, eidem Mathie, domino et marito suo et per eum Johanni et Andree Bissenis, fratribus uterinis dicti Mathie et mariti sui, si ipsam ab hac luce absque heredum utriusque sexus solatio migrari contingeret, iure perpetuo dedisset et tradidisset, ymmo dedit et tradidit coram...Capitulo prenotato.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Emericus Bubek iudex curiae regiae 1390. jul. 31. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.238.(Arch. famil. Batthyany de Körmend.)

[1] 1386. oct. 7.

[2] 1373. oct. 20.

[3] 1369. apr. 5.

33 Veszprém, 1386. nov. 22.

(In Vesprimio, 22. die nov.) Copia litterarum Sigismundi... marchionis Brandenburgensis etc(etera), regni Hungarie dominus atque tutor (!) pro septem mille ducatis non solvendis, nisi domine regine liberentur etc(etera). Inclite magnifice princeps nobis singulariter diligende. Magnificentie vestre, necnon communitati civitatis nuper de mense iunii transacto, ut arbitramur, recolimus, serenissimas dominas reginas, dum Bude fuissent constitute, per earum litteras vobis significasse, quatenus septem millia florenorum, que iam de mense augusti proxime retroacto ad sopiendam guerrarum disturbia et ex conventione pacis prefatis dominabus reginis solvere tenebamini Mauritio Pauli de Florentia, mercatori Budensi, qui pro ipsis septem mille florenis eisdem dominabus reginis omnino satisfecit, aut ibidem commoranti eius nomine recipienti, prout in litteris regalibus vobis extitit declaratum, solvere debetis. Et quia audivimus, quod hic sunt multi, qui diversis modis sibi dictos septem mille florenos a vobis solvi procurant, excellentiam vestram et communitatem precamur et hortamur, ut dictos florenos nemini persolvere debeatis,

quousque sepedicte domine regine liberentur, ac utrisque, tam dominarum reginarum, quam nostris litteris, quibus ipsos florenos pagare debueritis, fueritis plenarie informati, gratam nobis complacentiam ostensuri.

ORIG.: Commemoralium VIII, 118. Arch. civit. Venet. - ED.: Ljubic: Listine IV, p. 231-232.; Wenzel: Dipl. Eml. III. p. 618-619.

34 Buda, 1387. p. apr. 9.

Relatio Laurentii de Monacis, notarii Curie... pro parte... Pantaleonis Barbo ambaxiadoris ad partes Hungarie, inquantum tangit et spectat ad facta unionis et subsidii postulati... Die nono Aprilis in regia capella (Budensi), dum missa celebraretur, dominus rex (Sigismundus) dixit domino ambaxiatori soli:... rogamus vos..., ut per notarium rogatis Dominationem (Venet.), quatenus sibi placeat habere galeas in mari ad custodiam, ne transportentur (Maria regina et mater sua, si adhuc viveret), quia hoc esset summe necessarium fieri pro presenti, nam si expectaretur primo ligam firmari, nimium temporis haberetur; dominus ambaxiator respondit, quod diceret notario, ut referet ipsa Dominationi...

ORIG.: Arch. civit. Venet., Copia de "Commemoriali" Liber VIII. p. 297. - ED.: Ljubic: IV. p. 237.; Wenzel: Anj. Dipl. Eml. III. p. 623-625. - REG.: M. Tört. Tár IX. p. 39.; Frangepán: I. p. 94.; Zsigmondkori oklt. I. p. 1., nr. 7.

35 Buda, 1387. apr. 11.

(Bude, f. V. p. passce.) Sigismundus... rex Hungarie... fidelibus suis prelatis, baronibus, comitibus et vicecomitibus, nobilibus et possessionatis hominibus eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis ... Referentibus nobis magistris Iohannis[a] Saracheni et Francisci[b] Bernardi comitibus lucri camerarum nostrarum percepimus, quod nonnulli nobiles civitatenses et alterius status et conditionis homines sub iurisdictione camere nostre Cassouiensis forent, qui lucrum camere nostre anno in presenti officialibus ipsorum extradare et persolvere non curassent... Verum cum ipsum lucrum camere nostre nemini omnino hominum volumus relaxare, fidelitati vestre... mandamus, quatenus quocunque et quotienscunque officiales dictorum magistrorum Iohannis et Francisci... res et bona quorumcunque hominum ipsum lucrum camere nostre non solventium contumaces[c] poterint reperire, exindeque per ipsos fueritis requisiti, easdem res et bona in vestris foris, vestris tenutis, ac vestri in medio ... [offi]cialibus predictorum magistrorum Iohannis et Francisci... prohibere et arestare pacifice permittatis, ymo quoad restationem eorundem vestrum consilium et auxilium et iuvamen impertire debeatis, tandem ipsas res arestatas conservetis, donec de lucro camere nostre et birsagiis... per ipsos contumaces agregatis ad plenum extiterit satisfactum...; alioquin omne dampnum, quod nobis per vestram negligentiam evenerit, super possessionibus et bonis vestris incompassibiliter reputari faciemus sine defectu aliquali...

ORIG.: Chart. pap. valde iam lacera, cum vestigio sig. appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7239. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 1. nr. 8.

[a] recte: Iohanne

[b] recte: Francisco

[c] recte: contumatium

36 Buda, (13)87. apr. 23.

(Bude..., in nostro Castro regali, die XXIII. mensis Aprilis.) Nos Sigismundus (rex Hungarie) etc(etera)... (m. comm.) Quod cum nos volentes cum... Duce et Communitate Veneciarum pacem alias vidl. a. d. millesimo trecentesimo octuagesimo primo die octavo mensis Augusti celebratam inter... Lodovicum olim regem Hungarie... et Ducem et Commune

Veneciarum...ratificari..., Demetrium prepositum Chasmensem et Johannem filium (Lackh ?) de Zantho constituimus...nostros procuratores, promittentes firmum et acceptum nos habitum, quicquid ab ipsis circa premissa...actum fuerit...

ORIG.: Arch. civit. Venet. Liber pactorum VI. p. 299. - ED.: M. Tört. Tár XI. p. 121.; Wenzel: Anjouk. Dipl. Eml. III. p. 627-628. - REG.: Fejér: CD. X/3. p. 63.; Zsigmondkori oklt. I. p. 4., nr. 38.

37 1387. apr. 29.

Magistratus civitatis Veterisbudensis quasdam litteras suas privilegiales 1378. apr. 7. emanatas ad petitionem Petri filii Georgii condam iudicis eiusdem civitatis transscribi facit.

ORIG.: Membr. cum sigillo de filo sericeo rubri coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.363. (Sign. ant.: Arch. Nat. Hung. Capsa 3. Fasc. 3. No. 22.)

Nos Georgius iudex de Veteribuda, Petrus germanus Dionisii dicti fulion, Iohannes Bisius, Demetrius litteratus, Petrus filius Georgii condam iudicis, iurati ceterique cives de eadem Veteribuda omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum notitiam, tam presentium, quam futurorum harum serie volumus pervenire: Quod prefatus Petrus filius Georgii condam iudicis de eadem prefata Veteribuda exhibuit nobis quasdam litteras suas privilegiales priori[a] sigilli nostri consignatas[b], petens nos, ut easdem de verbo ad verbum transscribendo transscriberemus, ymo pro maiori cautela transscribi fecimus, quarum per omnia tenor talis est:

Nos Petrus dictus Genci iudex...(Sequuntur littere magistratus civitatis Veteribudensis de 1378. IV. 7, vide n.)

Nos itaque decernentes nostras litteras privilegiales non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui viciatas de verbo ad verbum transscribendo transscripsimus, eidem concessimus ad cautelam. Datum feria secunda proxima post festum sancti Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo.

[a] recte: prioris

[b] recte: munimine consignatas

38 1387. maj. 28.

Capitulum ecclesiae Scepusiensis litteras Ludovici regis Hungariae, Budae, a. D. millesimo trecentesimo septuagesimo sexto feria sexta a. dom. Reminisc. emanatas[1] transcribit, in quibus inter alia sequentia leguntur:...(Nos) quandam civitatem nostram muratam, Bardfa vocatam, in comit. de Sarus, iuxta fluvium Taput[a] existentem, in nostrum collegium et catervam civitatum nostrarum regalium Cassensis et Budensis...duximus aggregandam, volentes et commitantes, ut a modo in antea...cives et hospites nostri de dicta Bardfa, tam in lucro camere[a] et electione iudicis eorum, quam etiam aliis quibuscunque ...libertatibus...perpetuis temporibus...utantur..., quibus cives nostri Cassenses et Budenses gaudeant...et fruantur[2]...

ORIG.: Arch. civit. Bartfa (Bardejov). - REG.: Iványi: Bártfa p. 8.; Zsigmondkori oklt. I. p. 9., nr. 82.

[1] Buda, 1376. apr. 4.

[2] ED.: Wagner, Carolus: Diplomatarium comitatus Sarosiensis. L. Cassoviae, 1780. p. 99-100.

[a] recte: Tapul

39 1387. jun. 30.

(Dom. p. nat. Joh. bapt.) Capitulum ecclesie Strigoniensis...ad univ. not. t. pres. volumus pervenire, quod...rel. vir, dominus frater Stephanus prepositus monasterii b. Eustocy mart. de Chuth...exhibuit...nobis litteras privilegiales...domini Bele...totius Sclavonie, Dalmatie et Croatie ducis, ...petens nos, ut easdem...transcribi...facere dignaremur, cuius ...tenor talis est: Bela...dux...ad univ. not. t. pres. volumus pervenire, quod nos...quandam villam nostram, sitam iuxta Goron, Wruz nuncupatam, nostro ducatui pertinentem, ad petitionem...patris nostri...eidem...contulimus...Dat....a. dominice incarnat. millesimo CC^{mo}LX^{mo}nono, tertio Id. Mart[1]. Nos ...petitionibus...prepositi de Chuth...inclinati, prefatas litteras...dicti...Bele...ducis...presentibus litteris nostris privilegialibus et alphabeto intercisas eidem duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum filo sericeo sig.pend. iam deperditi. Arch. Primat. saec. Strig. X. T. nr. 30. - PHOTOCOPIA.: Coll. Mus. civit. Budapestinensis nr. 1170.

[1] 1269. mart. 13.

40 Venezia, 1387. jul. 2.

(MCCCLXXXVII. die II. Jul.) Nobiles viri ser Andreas Donato (et) Ser Bertucius Contareno de mandato Ducalis Dominy fecerunt conventionem...cum sotys Ser Verrj de Medicis...,quare ipsi soty promiserunt solvere die XX^{a} Augusti...serenissime Regie Maiestati et[1] Corone Hungarie nomine...Ducis Communis Veneciarum ducatos VII millia per modum contentum in littera infrascripta faciendo sibi fieri nomine Ducalis Dominy Veneciarum instrumentum et litteras dicte Regie Maiestatis de solutione...et absolutione VII mill. ducatorum vigore sindicatus facti per Ducale dominium in persona duorum ex socys supradictis et...mittendo...ad Ducale Dominium Instrumentum et litteras, quibus receptis...Ducale Dominium faciet...infra sex menses dari et solvi in Venecys socys supra-scriptis ducatos...Post predictam missi fuerint per Ducale Dominium ducati MM ad... dominam reginam Hungarie, qui debent computari in dictis ducatis VII millium.

Tenor littere talis est: Augustino di Paulo Mauri in Buda.

Nuy siamo rimasi dacordo con la Signoria da Venezia, che de ducatis semilia ottocento doro, che debono dare ala Corona Longaria ad Agosto proximo. Voy li debiate pagare e contenter la corona...E pigliateno le chitanze nela forma de la copia ve mandiamo. Siamo certi, che vi questo fato darete pieno complimento...Misser Verrj de Medicis Jacopio di Franc e Compagni in Venezia.

ORIG.: Arch. civit. Venet. "Libro Notatorio". Collegio R. dall 1388 al 1391. - COPIA SIMPL.: Mus. Bibl. Acad. Sc. Hung. Velence Lad. I. - REG.: Tört. Tár 1888. p. 464.; Óváry p. 464.; Zsigmondkori Oklt. I. p. 14., nr. 134.

[1] Scilicet: Maria regina

41 Szalatna, 1387. oct. 23.

(In Zalatna Zoliensi, f. IV. p. Luce.) Sigismundus...rex Hungarie...vestre universitati precipimus..., quatenus vineas ad fundum condam Stiker spectantes ubique habitas magistro Dauid de Zolyo...iuxta...continentias litterarum...domini Lodouici condam regis...resignare...debeatis iure observato...

In dorso: Fidelibus suis iudici, iuratis et universis civibus ac hospitibus Pestiensibus sibi dilectis afferatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 60.431. (Arch. famil. Máriássy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 26. nr. 267.

42 Jasov, 1387. nov. 7.

(In Jazo, VII. Nov.) Stephanus filius Andreae de Kapy, clericus Agriensis dioc., imp. auct. notarius publ. Thomam litteratum de Buda, procuratorem Nicolai parochi de Kaza, in causa per Johannem parochum de Patak mota, coram Joanne praeposito, iudice a sede apostolica delegato, a. d. M° CCC^mo LXXX° septimo, die septima Nov. Jasoviae, in domo habitationis dicti praepositi, protestatum esse testatur...

ORIG.: Membr. in Coll. Mus. Bibliothecae Univ. Budapestinensis. - ED.: Fejér: CD. X/8. p. 235-239. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 28., nr. 280.

43 Buda, 1388. jan. 5.

(Bude, in vig. epiph.) Sigismundus...rex Hungarie...viro magnifico domino Lestasio de Ilsua, ianitorum nostrorum magistro, comitique Pilisiensi...Fidelitatem vestram requirimus...per presentes, quatenus dum et quando religiose domine sanctimoniales claustri beate virginis de Veteri Buda pro edificiis, ignibus vel aliquibus aliis negotiis ipsarum per familiares et homines earundem de ...silvis nostris pilissiensibus ligna deferri facere maluerint, eosdem homines earum (vigore)...presentium ligna deferre volentes semper et omni tempore...eisdem deferri...permittatis...

ORIG.: Chart. pap. sat. lacera cum fragmento sig. maioris simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sig. Relatio Nicolai Zambo not. canc. legitur. In dorso manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: Ex parte silve Pilisiensi ut semper possent portare de. Arch. Nat. Hung. Dl. 7364. (Sign. ant.: Miscell. Fasc. 43. No. 29. Clar. Poson.) - REG.: Tagányi: I. p. 23.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 98. nr. 445.; Zsigmondkori oklt. I. p. 37., nr. 380.

44 1388. jan. 12.

(Dom. p. epiph.) Nos capitulum eccl. Budensis d. p. m., quod Thomas filius Petew de Alagh...Demetrium filium Cosme de eadem Alagh a venditione aut cuipiam donatione cuiusdam particule terre a sessione Emerici carpentarii filii Michaelis incipiens[a] usque fluvium Zugouuiz adiacentis, ac prati Hydegkuthalia vicinati et alios quoslibet, signanter vero Nicolaum filium Emerici a receptione et occupatione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione, aut quovis quesito colore se in easdem intromissione factis vel fiendis...prohibuit coram nobis testimonio presentium mediante...

In dorso: Pro Thoma filio Petew de Alagh contra Demetrium filium Cosme de eadem Alagh et alios prohibitoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7366. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 17. No. 14.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 98., nr. 446.; Zsigmondkori oklt. I. p. 38., nr. 392.

[a] recte: incipientis

45 Buda, 1388. jan. 20.

(Bude, in f. Fabiani et Sebastiani.) Sigismundus... rex Hungarie, Dalmatie, Croat. etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera)...Capitulo eccl. Budensis...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri. b. Virginis de Insula leporum, quod possessio earum Harhyan vocata, in comit. Pestiensi...existens...metarum novarum erectione...indigeret; ...super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Stephanus Kwn dictus de Mayushaza, vel Elyas de eadem, sive Egidius litteratus de Wan, aliis absentibus homo noster ad faciem predicte possessionis Harkyan...vicinis et commetaneis suis inibi...presentibus...reambulet ...et relinquat ipsam eisdem religiosis dominabus... perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1388. jan. 31. Arch. Nat. Hung. Dl. 7371. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 41., nr. 418.

46 1388. jan. 31.

(Octavo term. f. VI. a. Convers. Pauli). Capitulum eccl. Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras domini Sigismundi...etc(etera) regis Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera) reambulatorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 45. Sigismundus rex Hung. 1388. jan. 20.) Nos igitur...unacum Stephano dicto Kwn homine...regis...magistrum Thomam... concanonicum nostrum...pro testimonio duximus destinandum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi feria sexta...a. f. Convers. b. Pauli apostoli[1]...ad faciem...possessionis Harkyan...vicinis et commetaneis eiusdem...presentibus...eandem signis metalibus consignando...reambulassent...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et virid. col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 7371. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 41., nr. 18.

[1] Jan. 24.

47 Buda, 1388. febr. 15.

(Bude, XV. die Febr.) Sigismundus..rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchio Brandenburgen. etc(etera)...fratri Dominico preposito monasterii s. Crucis in Leles, visitatori Ordinis Premonstratensis per regnum nostrum Hungarie...Cum nos fratri Mathie, professo ordinis vestri...s. Eustachii in Chyth...providerimus de eadem, quare devotioni vestre precipimus..., quatenus dictum fratrem Mathiam ad ipsam prepositurarn ...mox visis presentibus confirmare...debeatis solempnitatibus ad ea adhibitis et consuetis, prout ad vestrum officium dinoscitur pertinere...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. Priv. Conventus Lelesziensis a. 1388. Jászó fasc. 6., nr. 355. Prot. 1. fol. 250. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF 233.978.-REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 42., nr. 433.

48 Visegrád, 1388. febr. 15.

(In Vyssegrad, XXXIV. oct. epiph.) Nos Stephanus regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m. comm. t. p. signif. quibus exp. univ., quod nobis decimo die octavarum festi passce domini proxime preteritarum[1] unacum regni nobilibus pro faciendo causantibus iudicio moderativo in sede nostra iudiciaria sedentibus nobilis domina Margaretha..., rel. condam magistri Petri litterati de Pechel pro se...et pro domina Banga filia sua...ad nostram veniendo presentiam quasdam duas litteras...comitis Emerici Bubeek iudicis curie regie: unam adiudicatoriam et aliam iudicialem, ac quedam paria litterarum eiusdem prorogatoriarum in diversis terminis emanatas nobis presentarat, in quarum prima... reperiebatur, quod cum...nobiles domine: rel. Petri litterati de Pechel et Bange filia eiusdem Andream et Anthonium filios Iwan de eadem Pechel super eo, quod iidem ipsas de portionibus earum possessionariis in predicta Pechel, Kurthuelyes, Dusnuk, Wechech et Syra vocatis habitis circa festum beatorum Simonis et Iude apostolorum in anno domini M°CCC°LXXX^mo tertio[2] exclusissent...Et quia (nonnullis actibus iudiciariis iam peractis) prefatus Andreas filius Iwan adhuc ad premissa in tribus foris conprovincialibus proclamandus fore videbatur, pro eo discussionem ipsius cause inter predictas dominas actrices ab una et inter dictum Anthonium filium predicti Iwan parte ab altera ad octavas festi epiphanirum domini nunc venturas[3] prorogantes, amititiam...capituli Budensis...pecieramus..., quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio..., quo presente homo noster... predictum Andream filium Iwan in premissis discussionem et deliberationem recepturum ...in tribus foris conprovincialibus...contra annotatas nobiles dominas: relictam Petri

litterati et Bangov filiam eiusdem ad...octavas festi epiph. domini...nostram in presentiam faceret proclamari...Denique ipsis octavis...instantibus...domina Margareta...pro se et...domina Banga, filia sua...nostram veniendo in presentiam, litteras eiusdem capituli super premissa trina forensi proclamatione rescriptas nobis presentavit, in quibus... memoratum Andream filium Iwan...contra easdem nobiles dominas per Egidium filium Dionisii de Kuuachy nostrum et magistrum Kathonem...dicti capituli homines primo feria tertia proxima ante festum beati Thome apostoli[4] de novo preteritum in Pesth, secundo feria quarta[5] in civitate Budensi, tertioque et ultimo feria quinta[6] tunc post sese sequentibus in Veteri Buda, tribus vidl. foris conprovincialibus civitatibus et diebus in eisdem celebratis ad predictas octavas festi epigh. domini publice et manifeste nostri in presentiam proclamatum extitisse comperimus seriose; ad quas quidem octavas...prefatus Andreas filius Iuan...nostram in presentiam non venit, neque misit...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7353. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 144. No. 22.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 99. nr. 437.; Zsigmondkori oklt. I. p. 52., nr. 434.

[1] 1387. apr. 16. - [2] 1383. oct. 28. - [3] 1388. jan. 13. - [4] 1387. dec. 17. - [5] 1387. dec. 18. - [6] 1387. dec. 19.

49 1388. maj. 7.

Coram magistratu civitatis Budensis nobilis domina Elisabeth neptis condam domine Clarae filiae olim comitis Verneli tertiam partem cuiusdam sessionis in Castro novi montis Pestiensis habitam nobili viro magistro Thomae, filio Gregorii pro centum et sexaginta fl. auri (cum exp. caut.) vendit.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus Treutul de Neuna, mag. tavarn. regalium 1408. nov. 15. In dorso manu saec. XV. Adiudicatorie super domo Budensi in vicu sancti Ioannis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9375. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 605.No.28.) - REG.: Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 297., adnot. nr. 104.; Zsigmondkori oklt. I. p. 52-53. nr. 539.

Nos Iohannes dictus Glechel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobilis domina Elizabet vocata, neptis condam domine Clare filie olym comitis Verneli concivis nostra coram nobis personaliter comparendo tertiam partem cuiusdam sessionis penes palatium filiorum Gregorii in castro predicto habitam, per predictam dominam Claram sibi vigore litterarum privilegialium honorabilis capituli ecclesie Budensis perpetuo legatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nullo penitus contradicente, vendidit et tradidit nobili viro magistro Thome, filio predicti Gregorii ac per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter ac pacifice possidendam pro centum et sexaginta florenis auri plene habitis et perceptis ab eodem; assumpsit nichilominus predicta domina Elyzabeth eundem magistrum Thomam et eius heredes ab omnibus ratione predicte tertie partis predicte sessionis et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus propriis suis laboribus et expensis defendere et expedire secundum usum et consuetudinem civitatis nostre ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras ad petitionem partium predictarum duximus concedendas promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in crastino festi sancti Iohannis ante portam Latinam, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

50 Kassa, 1388. maj. 30.

(In Cassa, sab. p. Corp. Chr.) Ego Petrus de Calidis aquis, familiaris...magistri Andree dicti Jack thesaurarii, notifico..., quod...iudex et iurati civitatis Cassa...anno in presenti de collecta regali sexingentos fl., quemlibet...per sexaginta grossos computando,

nomine...domini mei...recepi, supra quibus... iudicem et iuratos dicte civitatis...reddo expeditos...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annuleo sub textu appresso. Arch. civit. Kassa (Kosice), Monetaria nr. 12. - ED.: Felsómagy. Muz. Évkv. 1884. p. 86.; Thallóczy: Kamara haszna p. 165-166. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 55., nr. 572.

51 Visegrád, 1388. jun. 16.

(In Wissegrad, II. Viti et Modesti.) Nos Maria...regina Hungarie...m.c. cunctis Christicolis presens carmen cernentibus pandimus in hiis scriptis, quod quia Iohannes et Ladislaus filii Stephani de Korpad, assecle utriusque Iohannis, condam bani scil. et. prioris, infidelium nostre maiestatis, unacum eisdem...dominis ipsorum contra sacrum regium dyadema in fastidium nostri culminis... rebellantibus et pleraque facinora ac...acta potentiaria, precipue crimen lese nostre maiestatis concernentia...intra ambitum regni nostri...perpetrantibus personaliter extitisse et eisdem...in huiusmodi...ipsorum processibus opem et operam per eorum bellica certamina in nonnullis locis adhibuisse, penultimoque Ipse Iohannes de Korpad...uti exul ad territoria terre Boznensis cum prefatis dominis suis profugiens et cum...scismaticis Boznensibus et ceteris suis consodalibus confinia regni nostri, presertim districtum Bazakuz...invadendo et adversus nonnullos nostros fideles proceres, signanter Dominicum dictum Bothos et Nicolaum de Harapk pro tuitione et tutela ipsorum confiniorum regni nostri...pro nostri honoris incremento insudantes...dimicando, in area ipsius certaminis cum suis consodalibus...succumbens...ac per eosdem...nostros...proceres...districte catenatus et compeditus in civitatem nostram Budensem iuxta regium et nostrum edicta allatus, ac secundum regni nostri approbatum ritum et baronum nostrorum iuri consonum decretum per vicos et compita ipsius civitatis nostre in cauda equi tractus et saxeis aculeis membratim corrosus et extra muros ipsius civitatis precipiti tractatu... translatus et ibidem decollatus, ac per dolabrum quadripartitus et bis duo in frustra concisus; cuius funus sicuti ollidum cadaver inibi derelictum fore palam perhibentur; pro eo nos unacum...domino Sigismundo rege conthorali nostro precaro, prelatisque et baronibus sane exinde deliberantibus, ex consilio et sanctione unanimi eorundem predictos Iohannem ac Ladislaum de Korpad pro pretaxatis ipsorum... excessibus cum eorundem heredibus perpetue infidelitatis nota obfuscatos fore in solidum decrevimus, ac universis iuribus ipsorum possessionariis ubilibet habitis, manubus nostris reginalibus previa ratione rite vendicatis et applicatis prorsus privamus et effective destitutos fore committimus et ipsis perpetuum silentium imponimus de eisdem mera auctoritate et potestatis plenitudine nostre maiestatis presentium patrocinio mediante. Quibus sic... diffinitis, premetitis nichilominus...preclaris fidelitatibus...et innumeris obsequiis... domini Iohannis archielecti ecclesie Strigoniensis, ac magistrorum Nicolai Zaladiensis, Castriferrei et Soproniensis comitatuum comitis et Stephani, filiorum condam magistri Iohannis de Kanisa...per ipsos iugiter...sacro regio dyademati ac regali et reginali maiestatibus, patri scil. et matri...nostris carissimis sceptra regiminis...regni Hungarie diutius gubernantibus,...extremoque regio ac nostro culminibus locis et temporibus incumbentibus...exhibitis...universas possessiones et portiones possessionarias memoratorum Iohannis et Ladislai filiorum Stephani de Korpad...et heredum ipsorum, presertim Korpad predictam, ac Symon, Marga, Henyz et Tothfalu in comitatu Simigiensi et alias ubicunque intra ambitum regni nostri existentes cum omnibus suis iuribus...ex...regalis maiestatis conthoralis nostri..., ac prelatorum et baronum regni nostri...consilio unanimi et consensu...dominis Iohanni archielecto, ac magistro Nicolao et Stephano fratribus suis ...eorundemque fratrum ipsius dumtaxat heredibus...mera nostra reginali auctoritate, tamquam de manibus nostris nove donationis nostre titulo...donavimus et...perhempniter conferimus...perpetuo...possidendas...salvo duntaxat preiudicio iuris alieni, fidelium scil. nostre maiestatis...[1]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Maria regina Hungariae 1388. oct. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 7407. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 714. No.8.)

[1] Similes litteras edidit etiam Sigismundus rex in Visegrád 1388. jun. 19. (F. VI. a. Nat. Joh. bapt.) Arch. Nat. Hung. Dl. 7407. (Sign. ant. N.R.A. Fasc. 714. N.8.)

52 1388. jun. 28.

Ulricus Brasiator civis civitatis Budensis vineam suam in monte Pestiensi habitam coram magistratu eiusdem civitatis Cristiano institori concivi suo in perpetuum feudum locat.

ORIG.: Membr. in inferiore margine per alphabetum intercisa cum vestigio sig. rubei coloris tergo appressi (3,5 cm). Arch. Nat. Hung. Dl. 77.982. (Arch. famil. Zichy.) - ED.: Zichy IV. p. 360-361. - REG.: Századok 13(1879). p. 238.; Zsigmondkori oklt. I. p. 62., nr. 621.

Nos Iohannes dictus Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eadem memorie commendamus: Quod Vlricus brasiator, noster concivis, coram nobis personaliter comparendo vineam suam in monte Pestiensi, in vicinitate vinearum Michaelis Nodler et Nicolai de Strigonio habitam cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum suorum, nullo penitus contradicente, locavit et assignavit Eristano institori filio Seydlini, similiter concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam eo modo, ut idem Eristanus et sui heredes ac posteri predictam vineam tempore successivo possidentes singulis annis ratione redditus purkrecht dicti prefato Vlrico, quamdiu vitam duxerit in humanis, septuagintasex grossos per singulos quatuor denarios computatos ad festum sancti Michaelis archangeli dare et persolvere teneantur; sed postquam ipse Vlricus viam universe carnis fuerit ingressus, ex tunc prefatus Eristanus suique heredes seu posteri Henslino filio ipsius Vlrici suisque heredibus ac posteris predictam solutionem redditus, utputa septuagintasex grossos singulis annis et perpetue tribuere et pagare teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus Vlricus ab omnibus ratione prenotate vinee et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo tamen redditu pretacto semper remanente; tali quidem conditione adiecta, quod sepedictus Eristanus aut sui heredes a solutione census annualis wlgariter Purkrecht dicti, videlicet septuagintasex grossorum, habeant plenam et omnimodam potestatem redimendi et liberandi seu se quietum facere et expeditum, quandocunque sue placuerit voluntati, contradictione qualibet non obstante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

53 Buda, 1388. jun. 30.

Propria commissio domini regis.

(Bude, f. III. p. Petri et Pauli). Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, officialibus et civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis...infra ambitum regni Hungarie constitutis... Licet nos... Petro dicto Czekel mercatori de Owar ac fratribus eiusdem et nonnullis civibus de...Owar et Iauriensibus...annuimus, ut ipsi quondam mercatores de Wienna et de Austria, ac res mercimoniales eorum ratione quarundam iniuriarum et gravaminum ipsis per nonnullos in Austria illatarum, ubilibet hic in regno possent per vos et vestros facere arrestari, prout etiam iam aliquos hic in regno cum rebus suis arrestari procurarunt. Tamen quia cum... domino Alberto duce Austrie communi dispositione decrevimus, ut nos ad confinia regni nostri Hungarie certos nostros barones ad limites Austrie certis die et loco conveniendis debeat destinare ad habendos tractatus et colloquia pro emendandis...iniuriis...regnicolis et suis communiter hinc inde et alterutrum illatis ...; ideo...vobis universabiliter et cuilibet vestrum specialiter...mandamus, quatenus nullum ex predictis mercatoribus de Vienna et de Austria quousque prefati tractatus... concludentur, ad quorumcunque mercatorum seu aliorum nostrorum fidelium et signanter Petri et fratris sui instantiam, nisi speciale aliud contrarium intervenerit, arrestare seu quovismodo impedire audeatis ..., arrestatos etiam de presenti tam in civitate Budensi, quam Iauriensi et in Owar, ad fideiussoriam cautionem facimus relaxare - tali conditione interiecta, quod in casu, quo nostri et...domini Alberti ducis barones et consiliarii in dictis tractatibus...non possent

taliter concludere, quod nobis utique esset acceptandum aut placeret, quod tunc iidem mercatores de Vienna vel de Austria per ipsum Petrum et alios nostros regnicolas arrestati in predictis nostris civitatibus Budensi, Iauriensi ac in Owar se cum tanta quantitate rerum et bonorum, qualium iam existunt arrestati propriis in personis octavo die post consummationem ipsorum tractatuum non moniti, sine aliqua difficultate et dilatione, se statuere debent ac teneantur representare...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. Civit. Wiennensis. - ED.: Fejér: CD. X/1. p. 431-433. - REG.: Quellen z. Wien II/1. reg. 1155.; Házi: Sopron I/1. reg. 219. Zsigmondkori oklt. p. 63., nr. 628.

54 1388. jul. 12.

Magistratus civitatis Budensis magistrum Michaelem Hungarum aurifabrum domum suam Budae habitam Onofrio Zenobii de Florentia, concivi suo Budensi pro quadringentis florenis (cum. exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu fere coaeva a/ Super domo aciali prope ecclesiam b. virginis, quam nunc tenet aurifaber; b/ Littera venditionalis per Michaelem aurifabrum Onofrio facta adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.268. - REG.: M. Tört. Tár IV. 158. et IX. 42.; Zsigmondkori oklt. I. p. 65., nr. 648. - MENT.: Salamon: Budapest tört. III. p. 221.; Lederer: Pénzüzletek p. 165.; Pataki: Bud. Rég. p. 286., not. 27.

Nos Iohannes dictus Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod magister Michael Hungarus aurifaber concivis noster coram nobis personaliter comparendo domum suam acialem in castro predicto ex opposito ecclesie beate virginis nostre parochialis, in vicinitate domorum monialium de insula leporum et Wuluingi habitam cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis, de consensu omnium proximorum suorum, nullo penitus contradicente, vendidit et tradidit Onofrio Zenoby de Florencia similiter concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et pacifice possidendam pro quadringentis florenis auri plene perceptis ab eodem. Assumpsit nichilominus prefatus magister Michael eundem Onofrium Zenoby suosque heredes seu posteros ab omnibus ratione dicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia beate Margarethe virginis et martiris, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

55 Pesterzsébet, 1388. aug. 5.

(X. die II. p. Iacobi.) Nos Stephanus regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m. comm., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestiensis et Pilisyensis comitatuum feria secunda...post festum Iacobi apostoli[1] prope villam Zenthelsebeth celebrata mag. Michael custos et can. ecclesie Budensis pro...domino Luca preposito et capitulo ecclesie Budensis predicte...de medio aliorum exurgendo proposuit..., quod iidem dominus prepositus et capit. in possesione Ewren vocata, in dicto comitatu Pilisiensi apud manus religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de Veteribuda habita portionem haberent possessionariam, et hoc iudicibus nobilium et iuratis assessoribus preditorum amborum... comitatuum constaret evidenter, petens nos..., ut iidem iudices nobilium et iurati assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti, faterentur veritatem. Cumque nos eosdem iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem...prefatos dominum prepositum et

capitulum...Budensis ecclesie in dicta possessione Ewren portionem possessionariam modo premisso habere unanimi...testificatione affirmarunt...

ORIG.: Membr. cum sig. tergo appresso. In dorso manu coaeva Vt intra, affirmarunt adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7419. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 7. No. 17.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 99. nr. 449.; Zsigmondkori oklt. I. p. 67. nr. 682.

[1] 1388 jul. 27.

56 Óbuda, 1388. aug. 9.

(Bude Vetere, vig. Laurent.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera) ...magistro Stephano filio condam Dyonisii woywode...Conqueritur nobis Nicolaus filius Emerici et Demetrius filius Cozme de Alag, quod vos quasdam portiones eorum possessionarias in possessione Woytha...habitas... occupando ad castrum vestrum Symontornya...applicassetis...; super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus...dictas portiones possessionarias...memoratis nobilibus remittere ...debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7421. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 69., nr. 691.

57 Pesterzsébet, 1388. aug. 9.

(XIV. die f. II. p. Iacobi.) Nos Stephanus regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d. p. m., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestyensis et Pilisyensis comitatuum f. secunda... p. f. b. Iacobi apostoli[1] prope villam Zenthelsebeth celebrata fr. Anthonius monachus...in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit, quod iudex, iurati cives et hospites civitatis Pestyensis quandam particulam terre ipsarum dominarum ...Kwerfelde vocatam cum pratis et seminibus[a] ad possessionem earum Sinkota...pertinentem potentialiter occupando uterentur; unde facta huiusmodi protestatione prefatos iudicem, ac iuratos cives et hospites dicte civitatis Pestyensis et alios quoslibet ab occupatione, detentione et utensione dicte particule terre et quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione et percipi factione prohibuit coram nobis...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra iudicem et iuratos cives et hospites civitatis Pestyensis ac alios quoslibet prohibitoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. In dorso manu coaeva Super Keuerd et Zynkota adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 7422. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 32. No. 21.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 99. nr. 452.; Zsigmondkori oklt. I. p. 70. nr. 692.

[1] 1388. jul. 27.

[a] recte: fenilibus

58 1388. aug. 18.

Coram magistratu civitatis Budensis mag. Benedictus filius Petri de Pwkur, suo ac Petri filii sui nomine quendam fundum curiae suae cum cunctis aedificiis eiusdem lapideis et ligneis in castro Budensi, cis ecclesiam s. Georgii martiris a plaga orientis, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pawser et Cunradi Tawsentmark habitum Iohanni archielecto et confirmato ecclesiae Strigoniensis ac Nicolao magistro tavarn. regalium et Stephano filiis quondam magistri Iohannis de Kanysa (sub conditionibus litteris in eisdem uberius expressatis) pro mille et quingentis fl. auri perpetuo possidendum vendidit.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris (35 mm) rubri col. tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - COPIA SIMPLEX: Mag. Albertus Bellyeny, personalis praesentiae regiae prothonotarius, ineunte saec. XVI. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 284., not. nr. 11.; Zsigmondkori oklt. I. p. 71. nr. 710.

[1] 1388. apr. 24.

[a] recte: habendum

Nos Iohannes dictus Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod magister Benedictus filius Petri de Pwkur sua ac Petri filii sui, cuius onus et omne gravamen, si idem subnotandam venditionem et perpetuationem possessionariam temporis in successu maluerit quoquomodo retractare in caput et cuncta sua iura possessionaria benivole assumendo in personis nostram veniendo in presentiam confessum est ultronea sua voluntate et detexit loquele sue modulis eo modo, quod ipsi circa festum beati Georgii martiris nunc elapsum[1] pro nonnullis eorum arduis agendis expediendis a reverendo in Christo patre domino Iohanne archielecto confirmato ecclesie Strigoniensis ac viro magnifico Nicolao magistro Tauarnicorum regalium et Stephano filiis quondam magistri Iohannis de Kanysa mille et quingentos florenos auri veri et boni ponderis humanitate eorum mediante mutuo recepissent. Quam quidem pecunie summam cum prompta moneta et denariis persolvere dictis filiis quondam magistri Iohannis non valentes, ex deliberato uniformi animo et beneplacita unanimi voluntate quemdam fundum curie sue simulcum cunctis edificiis domorum et quibuslibet promptuariis, lapideis scilicet et ligneis ac singulis eiusdem comoditatibus in superficie dicti fundi curie ubique habitis in castro predicto, cis ecclesiam sancti Georgii martiris inibi fundatam a plaga orientis, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pavser et C[un]radi dicti Tawsentmark habitum et existentibus pro pretaxatis mille et quingentis florenis auri memoratis domino Iohanni archielecto et viro magnifico Nicolao et Stephano filiis ipsius magistri Iohannis in ewum vendidissent, ymo predictus magister Benedictus suo ac predicti Petri filii sui nominibus vendidit et perpetuavit perhempniter et effective coram nobis per ipsos ac eorundem Nicolai ac Stephani dumtaxat heredes et superstites universos perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendis[a] pleno iure. Assumpsit nichilominus predictus magister Benedictus suo ac prenominati Petri filii sui nominibus premominatos filios ipsius magistri Iohannis ac ipsorum Nicolai et Stephani heredes et posteros universos ab omnibus ipsos ratione predicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria tertia proxima post festum assumptionis beate virginis Marie, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

[a] recte: habendum

59 Buda, 1388. aug. 28.

(Buda, f. VI. p. Bartholomei, Bude.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, officialibus et civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis...infra ambitum regni Hungarie constitutis ...Licet nos...Petro dicto Czekel mercatori de Owar ac fratribus eiusdem et nonnullis civibus de...Owar et Iauriensibus...annuimus, ut ipsi quondam mercatores de Wienna et de Austria, ac res mercimoniales eorum ratione quarundam iniuriarum et gravaminum ipsis per nonnullos in Austria illatarum, ubilibet hic in regno possent per vos et vestros facere arrestari, prout etiam iam aliquos hic in regno cum rebus suis arrestari procurarunt. Tamen quia cum...domino Alberto duce Austrie communi dispositione decrevimus, ut nos ad confinia regni nostri Hungarie certos nostros barones ad limites Austrie certis die et loco conveniendis debeat destinare ad habendos tractatus et colloquia pro emendandis... iniuriis...regnicolis nostris et suis communiter hinc inde et alterutrum illatis...; ideo... vobis universabiliter et quilibet vestrum specialiter...mandamus, quatenus nullum ex predictis mercatoribus de Vienna et de Austria quousque prefati tractatus...concludentur,

ad quorumcunque mercatorum seu aliorum nostrorum fidelium et signanter Petri et fratris sui instantiam, nisi speciale aliud contrarium intervenerit, arrestare seu quovismodo impedire audeatis..., arrestatos etiam de presenti tam in civitate Budensi, quam Iauriensi et in Owar, ad fideiussoriam cautionem facimus relaxare - tali conditione interiecta, quod in casu, quo nostri et...domini Alberti ducis barones et consiliarii in dictis tractatibus ...non possent taliter concludere, quod nobis utique esset acceptandum aut placeret, quod tunc iidem mercatores de Vienna vel de Austria per ipsum Petrum et alios nostros regnicolas arrestati in predictis nostris civitatibus Budensi, Iauriensi ac in Owar se cum tanta quantitate rerum et bonorum, qualium iam existunt arrestati propriis in personis octavo die post consummationem ipsorum tractatuum non moniti, sine aliqua difficultate et dilatione, se statuere debent ac teneantur representare...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. civit. Wiennensis. - ED.: Katona: Hist. crit. XI. p. 228. (fragm.); Fejér: CD. X/1. p. 223-234. - REG.: Quellen z. Wien II/1. reg. 1160.: Házi: Sopron I/1. p. 221. - Zsigmondkori oklt. I. p. 73., nr. 719

60 1388. aug. 29.

(VIII. die oct. assumpt.)[C]apitulum eccl. Budensis...ad univ...not. h.s. volumus pervenire, quod nos litteris magnifici viri domini Stephani...palatini et iudicis Comanorum adiudicatoriis...receptis, iuxta earundem continentiam unacum Nicolao filio Emerici de Alagh, homine...domini palatini...magistrum Dominicum...concanonicum nostrum...pro testimonio duximus destinandum, qui tandem...nobis...retulerunt, quod ipsi in octavis festi assumptionis beate virginis[1]...ad faciem portionis possessionarie Thome filii Petew de dicta Alagh in eadem habite...nobilibus dominabus Elizabeth et Katherina..., filiabus Thome filii Fabiani, necnon Dorothea filia domine Margarethe filie dicti Thome de...Alagh actoribus et...Thoma filio Petew in causam attractis presentibus accessisent, habita prius... reambulatione eiusdem unum fundum curie, in quo nunc quidam iobagio sub nomine predicti Thome filii Petew, Dionisius nomine, resideret, ac alium locum desertum in vicinitate eiusdem Dionisii a parte occidentali...ville Alagh, iuxta viam, que transiret versus Budam, existens, necnon pratum...cum omnibus eorum utilitatibus, terris scil. arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, ortis ad eosdem fundos et pratum spectantibus, predictis nobilibus dominabus Elizabeth, Katherine et Dorothee...pro iuribus ipsarum quartalitiis statuissent et commisissent perpetuo possidendos et habendos. Mete autem predictorum fundorum curiarum, necnon prati hoc ordine haberentur: quod primo unum lapidem circa predictam viam pro meta in terram fodissent; abhinc versus partem meridionalem iuxta angulum domus Petri dicti Balog, iobagionis scil. annotati Thome filii Petew tendendo similiter unum lapidem pro meta in terram fodissent; et inde transeundo a parte meridionali incepissent ire ad partem occidentalem, in una valle, circa unum puteum Hidegkuth nuncupatum, unam metam terream fecissent; abhinc ad eandem plagam directe eundo per modicum spacium unum dumum silicis pro meta assignassent; deinde versus eandem plagam eundo pervenissent ad unum locum Kyszygeth vocatum et ibi similiter unam metam terream fecissent, et sic ipsum pratum ad partem septemtrionalem usque ad quandam viam Homokwth vocatam circuendo[a], predictos fundos curiarum ac pratum sub cursibus predictarum metarum statuissent et commisissent...dominabus prenotatis; alias autem utilitates dicte portionis possessionarie pro communi usu commisissent et reliquissent...

ORIG.: Membr. in inferiore margine litteris ABC intercisa cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu saec. XV. ex. Alag metalis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7434. (Sign. ant. : N.R.A. Fasc. 441. No. 3.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 100., nr. 453.; Zsigmondkori oklt. I. p. 73., nr. 724.

[1] 1388. aug. 22.

[a] recte: currendo

61 Buda, 1388. oct. 4.

(Bude, dom. p. Michaelis.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos, sicut pro utilitate et commodo regnicolarum nostrorum

sic noverimus, ad supplicationis instantiam...domini Iohannis archiepiscopi Strigoniensis, aule nostre et reginalis maiestatis summi cancellarii...ad liberam suam civitatem Kysmarton vocatam, penes castrum suum Zarkw vocatum habitam nundinas seu forum annuale singulis annis, in festivitatibus scil. decollationis b. Iohannis baptiste[1] et s. Lamperti episcopi[2] et aliis diebus...ipsum festum precedentibus et subsequentibus more et ad instar aliarum nundinarum in civitate nostra Budensi celebrari consuetarum...celebrare annuendo duximus concedendas, sine tamen preiudicio et destructione aliarum nundinarum vicinarum et conprovincialium. Vos itaque universos et singulos mercatores et alios quoslibet forenses homines affidamus et assecuramus per presentes, quatenus ad dictas nundinas seu forum annuale...cum omnibus vestris...rebus et mercibus veniatis et negotiationes vestras in emptionibus et venditionibus rerum vestrarum exerceatis nundinis in eisdem, peractisque inibi vestris...negotiationibus, ad propria vel ad alia loca, que tenditis, libere procedatis ...sub nostra protectione et tutela speciali...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. appressi. In dorso manu coaeva haec adnot. sunt scriptae: 1/ Littera super congregatione; 2/ Littera ad proclamandam congregationem. Arch. Nat. Hung. Dl. 7442. (Sign. ant. N.R.A. Fasc. 726. No.19.)- ED.: Sopron vm. I. p.493. - REG.: Zsigmondkori Oklt. I. p. 75., nr. 754.

[1] Aug. 29.

[2] Sept. 17.

62 Buda, 1388. oct. 4.

(Bude, dom. p. Michaelis.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t.pr. signif. quibus exp. univ., quod nos...domini Iohanni archiepiscopo...ecclesie Strigoniensis, aule nostre et reginalis maiestatis eximio cancellario, necnon viro magnifico Nicolao magistro tavarnicorum nostrorum, ac Stephano filiis condam magistri Iohannis filii Laurentii de Kanisa fidelibus nostris...servitiis per eosdem...sacro regio diademati et per consequens nostre et ipsi reginali maiestatibus in cunctis nostris et regni nostri validis agendis et arduis expeditionibus sumpma cum diligentia...locis et temporibus incumbentibus...exhibitis...requirentibus concedimus, ut ipsi et eorundem dumtaxat viri magnifici Nicolai et Stephani...heredes... iudeos extra terminos regni nostri solummodo ubique incolatum habentes undecunque, quandocunque et quomodocunque poterint et maluerint, liberam...ad civitatem ipsorum Kysmarton nuncupatam, in comitatu Soppronienſi, nunc erga manus ipsorum pacifice habitam, murorum munimine vallatam moraturos transducendi, ac iuxta libitum voluntatis ipsorum iugiter...omnino ipsis iudaicis legibus ac libertatum quibuslibet prerogativis et iurium firmitatibus, quibus ceteri iudei in civitatibus nostris regalibus, Budensi scil. et Sopruniensi incolatum habentes, presertim in receptione, retentione, ac venumdatione vagiorum et quarumlibet rerum mobilium et inmobilium pretextu fenoris ad manus ipsorum quoquomodo deventorum funguntur et gaudent, fructuros ex presenti nostra...annuentia...gavisuros conservandi, ac inibi commorandi causa collocandi et quoslibet redditus et singulas collectas et cuncta dacia, necnon quelibet iudicia ac servitia solita et pro tempore in dicto regno nostro emergentia, presertim personam et fiscum nostre regie maiestatis et successorum nostrorum quoquomodo tan[gentia et] concernentia pro seipsis et eorum commodo a prefatis iudeis exigendi, perhempniter suscipiendi et effective recipiendi...absolutam habeant potestatem... Quapropter vobis fidelibus nostris universis comitibus et iudicibus ac rectoribus iudeorum intra ambitum regni nostri existentium...mandamus, quatenus a modo et deinceps pro collectis exigendis et iudicia, seu sententia facienda et proferenda[a] ad dictos iudeos in ipsam civitatem Kysmarton...commorandi causa modo antelato de partibus extra limites regni nostri situatis adductos et adducendos curam, potestatem et iurisdictionem vestram extendere et in aliquo articulo vos intromittere nullatenus presumpmatis,...ipsos iudeos in omnibus premissis expeditos, quitatos et prorsus supportatos relinquendo in persona et ex parte nostre maiestatis...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sigillo Propria commissio domini regis not. canc. legitur, in dorso vero manu saec. XV.ex. Super concessione iudeorum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7443. (Sign. ant.: N.R.A.

Fasc. 726. No.21.) - ED.: Sopron vm. I. p. 491-492.; Magyar-Zsidó oklt. I. p. 448-450. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 75., nr. 753.

[a] In litteris sic legitur.

63 Pesterzsébet, 1388. (okt. 30[1]).

(In Zenthelsebeth, XII. congregationis f. II. p. f. [Luce ap.][1]) Nos Stephanus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum d. pro mem., quod in congregatione [nostra generali] ...universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum...feria secunda...p. festum beati [Lucae apostoli[1]] ... [prope villam] Zenthelsebeth celebrata...frater Anthonius monachus in personis religiosarum... [dominarum sanctimonialium] ...de Insula leporum ...Demetrium episcopum eccl. Vesprimiensis... [ab occupatione] et utensione quarundam terrarum possessionis dictarum dominarum Syregh vocate, ad possessionem earundem... Sumudur...pertinentis, in comitatu Pilisiensi existentis...prohibuit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. lacera, cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7452. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 101., nr. 455.; Zsigmondkori oklt. I. p. 81., nr. 815.

[1] Ap. Bártfai Szabó et Zsigmondkori oklt. pro dato huius litterae nov. 30. indicatur, sed festum desideratum - secundum nostram opinionem f. b. Lucae ap. et ev. praesumi potest, quo in casu pro dato diem 30. oct. accipimus.

64 Buda, 1389. jan. 6.

(Bude, in epiph.) Sigismundus ...rex Hungarie... palatino et iudici curie nostre eorumque vices in iudicatu gerentibus, aliisque cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, ecclesiasticis utputa et secularibus...Cum nos sanctimoniales beate Marie virginis in Veteribuda Wesprimiensis dioc., per...dominum Lodouicum regem et Elisabeth reginam, matrem ipsius...sit fundatum, edificatum et dotatum, et efficiente malitia temporis in sua dote notabiliter...diminutum, trahunturque coram vobis in causis, quas a iudiciorum strepitibus convenit abstinere. Verum, cum dicte dotis defensio...ad nostram claritatem dinoscitur...pertinere, eisque teneamur de defensionis remedio providere, fidelitati vestre...mandamus, quatenus causas super possessionibus eis donatis coram vobis quolibet processu temporis institutas sine certa et speciali nostra scientia iudicare, determinare et finire nullatenus presumatis, easque executioni demandare; si quis, vel si qui aliquas actiones vel questiones contra eas habuerit vel habuerint, illum vel illos in nostram presentiam debeatis pro recipienda finali decisione destinare, nos enim querulanti vel querulantibus contra eas super...possessionibus, quas dotis titulo possident, exhiberi curabimus unacum prelatis et baronibus nostris iuris et iustitie complementum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine Relatio domini Lewstachy not. canc., in dorso vero manu coaeva Ut factum possessionis earum nullus audeat iudicare, preter specialem presentiam regie maiestatis adnot. est scripta. Bibl. Univ. Budapest. Lit. et epist. orig. nr. 634. - ED: Fejér: CD. X/8. p. 282-283. - REG.: Wenzel, M. Tört. Tár IV(1858) p. 115.; Zsigmondkori oklt. I. p. 85., nr. 864.

65 Buda, 1389. jan. 9.

(Bude, sab. p. epiph.) Sigismundus...rex Hungarie... nobilibus et circumspectis viris magistris Iohanni, germano magistri Saracheni et Francisco Bernaldi comitibus tricesimarum...vel eorum tricesimatoribus et hominibus ipsorum...intra ambitum regni ...constitutis...Noveritis, quod...cives et hospites nostri de Sopronio...gravi significarunt cum querela, quomodo vos...ab eisdem, necnon rebus et bonis ipsorum mercimonialibus ac aliis per loca...tricesimarum nostrarum deferendis plures...tricesimas exigeretis...,

quam tempore condam domini Lodovici, regis Hungarie... patris nostri karissimi... ex antiqua eorum libertate solvere fuissent assueti et esse deberent de presenti..., ideo fidelitati vestre... precipimus..., quatenus... amodo et deinceps ad superfluas tricesimarum solutiones... contra... antiquam eorum consuetudinem nequaquam compellere audeatis, sed sitis... contenti de... tantis dumtaxat tricesimis, que[a] iidem... tempore condam patris nostri... solvere fuerunt astricti...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sigillo Propria commissio domini regis not. canc. legitur. In dorso manu saec. XV. medii haec adnot. scripta reperitur: Littera, ut tricesimatores cives Suprunienses et mercatores de eadem ad superfluam tricesimam et inconsuetam non debent compelli, sed circa antiquam conswetudinem eos permittant tempore Lodovici regis. Arch. Civit. Sopronien-sis Dl. 274. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 4., nr. 84.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi, I/1. p. 222-224. - REG.: Házi, Sopron I/1. p. XXXIV. et 222.; Zsigmondkori oklt. I. p. 87., nr. 872.

[a] recte: quas

66 Buda, 1389. jan. 13.

(Bude, in oct. epiph.) Sigismundus... rex Hungarie... capitulo Zagrabiensi... Noveritis nos quandam possessionem nostram regalem Jaztrebarzka vocatam, in comitatu Zagrabiensi sitam, cum suis utilitatibus et pertinentiis universis fideli nostro magistro Francisco Bernardi de Florencia, civi nostro Budensi, pro suis fidelibus servitiis, medi-antibus aliis litteris nostris exinde confectis et emanatis nove nostre donationis titulo perpetuo contulisse, super quo fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Stephanus filius Blagonya de Kamarcha, vel magistri Laurentius aut Nicolaus filii Nicolai de Zumzedwar, seu Franciscus filius Petri de Chech, sive Nicolaus de Thethe, aliis absentibus homo noster ad faciem... posses-sionis Jaztrebarzka appellate... accedento introducat prefatum magistrum Franciscum in dominium eiusdem, statuatque eandem ipsi premisse nove nostre donationis titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Franciscum in presentiam regni nostri Sclauonie bani ad terminum compe-tentem rationem contradictionis ipsorum reddituros et post hec huiusmodi possessionarie statutionis seriem... regni nostri Sclauonie bano... rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit eccl. Zagrabiensis 1389. maj. 9. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat.) Dl. 42.420. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 87., nr. 877.

67 Vizsoly, 1389. jan. 13.

(In Wisol, oct. Epiph.) Nos comes Emericus Bubek iud. cur... reg. m. comm., quod Stephanus Figke familiaris noster ab una, parte vero ex altera Ladislaus fil. Emerici, Georgius et Nicolaus filii Pauli nobiles de Ker... coram nobis sunt confessi, quod ipsi... super facto... homicidii Ladislai familiaris eiusdem Stephani Figke per familiares eorundem Ladislai fil. Emerici, Georgii et Nicolai filiorum Pauli nobilium de Ker... interempti per ordinationem... Petri olim bani et nostram... concordaverunt coram nobis... isto modo: Quod Georgius et Nicolaus... de Ker... pro expeditione eorum annotato Stephano [Figke pro morte] dicti Ladislai familiaris sui XI marcas computi Cassoviensis quamlibet marcam per XLVIII [grossos computando solvissent plene] et integre sub tali conditione, quod si predictus Petrus banus [acceptaret], quod consuetudo provincie Abawyuar ab antiqua lege sic foret aprobata, prout quilibet homicid[a pro quodli]bet ho[ma]gio a cuiuslibet ignobilis cum tanto numero marcam solvere teneatur, extunc predicti nobiles [de annotata] Ker, vidl. Ladislaus, Georgius et Nicolaus id pretextu mortis huiusmodi eiusdem Ladislai per eundem Stephanum Figke penitus expediti essent, alioquin [si] prealegatus Petrus banus premissa non approbaret, sed secundum consuetudinem Budensem quamlibet marcam solvere aseret, extunc ipsi predicti nobiles de Ker eidem Stephano Figke residuam pecuniam ad computationem Budensem suplere teneantur...

ORIG.: Membr. in pluribus locis lacera cum sig. annulari virid. col. sub textu appresso. Supra textum, in dextera parte litterarum relatio Stephani Figke not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 68.944. (Sign. ant.: Arch. Famil. Berzeviczy in Berzevice nr. 199.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 82., nr. 879.

68 Buda, 1389. jan. 15.

(Bude, die XV. ian.) Sigismundus rex Hungarie rogat dominium venetum, ut anticipate solvat suo legato Francisco de Bernardo 700 millia ducatorum pro paga currentis anni 1389...

ORIG.: Pactorum VI., 121. Arch. civit. Venet. - REG.: Ljubic: Listine V. p. 350. - REG.: M. Tört. Tár IX. p. 43.; Zsigmondkori oklt. I. p. 88., nr. 882.

69 Roma, 1389. jan. 22.

(Rome, MCCCLXXXIX. Ind. XII. die XXII...Jan. Pontif. Urbani... VI. a. XI.) Augustinus...cardinalis...dominis in regno Ungarie iurium apostolice sedis Camere collectori et eius in civitate et dioc. Vesprimiensi sucollectori...Tenore presentium vobis ...mandamus, quatenus...consideratis expensis, quas discr. vir, Petrus Zowdinger de Buda, laicus Vespr. dioc. verisimiliter incurrere debuisset iuxta status sui condecentiam in visitando limina b. Petri et Pauli apost. de Urbe, que...vovit personaliter visitare..., habita etiam vera informatione de facultatibus eiusdem, cum eodem Petro componatis ad illam pecunie summam solvendam pro reparatione ecclesiarum Urbis, que vobis videbitur convenire..., ac summam ipsam, ad quam vos componere contigerit, ab eodem...exigatis (et) quanto cito poteritis, transmittere debeatis...

ORIG. et TRANSCR. desideratur. - ED.: Theiner: Vetera Mon. Hist. Hung. II. 1860. p. 163. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 89., nr. 894.

70 Roma, 1389. febr. 6.

(Rome, ap. s. Petrum, VIII. Id. Febr., a.XI.) Urbanus (papa VI.)...Rogerio de Cavazis de Mediolano canonico Quinqueecclesiensi, utriusque iuris doctori, fructuum et proventuum Camere apostolice in nonnullis partibus debitorum collectori...Nuper... Marinum s. Marienove diac. Cardinalem, camerarium nostrum, de speciali mandato nostro super hoc vive vocis oraculo sibi facto, et Johannem Bucii de Medicis mercatorem Florentinum, socium et factorem...nobilis viri Verii de Medicis militis et sociorum mercatorum Florentinorum concordatum...extitit, quod tu omnes...pecuniarum summas et rerum aliarum quarumlibet quantitates per te et succollectores tuos in regno Ungarie, in quo fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collector existis, nostro et ipsius Camere nomine collectas, et de cetero colligendas...Johanni Tosinghi mercatori Florentino, procuratori et factori Verii et sociorum predictorum, in terra Bude Vespr. dioc. commorant aut sociis vel procuratoribus seu negotiorum gestoribus eorundem, usque ad summam vidl. decem milium florenorum auri in eisdem partibus currentium in dicto regno debeas assignare Ipse enim Johannes Bucii ad tradendum, restituendum et solvendum eidem Camere in Romana Curia vel alibi, ubi nos vel dicta Camera duxerimus ordinandum, huiusmodi pecuniarum summas et rerum quantitates, vel eorum valorem, sub certis modis, formis et conditionibus se dicte Camere efficaciter obligavit. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamu quatenus omnes huiusmodi pecuniarum summas et rerum quantitates per te et succollectores ...collectas et colligendas Johanni Tosunghi, aut sociis vel procuratoribus seu negotiorum gestoribus eidem, ad hoc ab ipso Johanne Tosinghi sufficientem potestatem habentibus, in eodem regno per te vel alium seu alios tradas realiter et assignes, certificans indilate dictam Cameram per instrumentum publicum sigillatum sigillo tuo de hiis, que Johanni Tosinghi aut sociis vel procuratoribus, seu negotiorum gestoribus supradictis exinde duxeris assignanda. Nos enim dicto Johanni Cosinghi (!) per se vel alium seu alios a te petendi et recipiendi pecuniarum summas et rerum quantitates huiusmodi, necnon te de hiis dumtaxat, que sibi vel sociis aut procuratoribus seu negotiorum gestoribus predictis assignaveris, et alias,

quorum interfuerit, quitandi nostro et ipsius Camere nomine plenam et liberam per alias nostras litteras concedimus facultatem...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia a. XI. Tom. II., fol. 278. - ED.: Theiner: Vetera Mon. Slav. merid. I. p. 342-343. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 91., nr. 921.

71 Venezia, 1389. febr. 10.

Litterae Consilii civitatis Venetiarum. Anno MCCCLXXXVIIII. Indict. XII., die X. Febr. ...mittatur Laurentius de Monacis notarius noster in Hungariam...ad presentiam domini (Sigismundi) regis et... domine (Mariae) regine... (praeter alia cum) ista commissione: ...quia diebus preteritis recepimus unam litteram dicti domini regis pro factis Francisci de Bernardo, cuius copiam tibi dari fecimus pro tua informatione, volumus et committimus tibi, quod caute et dextro modo procures sentire, si ipsa littera processit a Curia regia et de consensu et voluntate sua. Et in casu quo habeas, quod ipsa littera processerit a Curia et de mente regia, tunc cum illis verbis et rationibus, que sapientie tue videbuntur, debeas facere excusationem domini regis de facto predicto, quia nos volumus habere bonum consilium et deliberationem superinde, et habemus, quod non habeat ius in pecunia, quam petit. Si autem haberes, quod processisset per alium modum, nichil dicans de facto, sed cum eo, quod senseris, posito fine factis tibi commissis, Venetias revertaris.

ORIG.: Secr. Consilii Rogationum vol. R., nr. 49. - ED.: Wenzel: Anj. Dipl. Eml. III. p. 672. - REG.: Ljubic IV. p. 261., Zsigmondkori oklt. I. p. 92., nr. 924.

72 1389. mart. 11.[1]

Coram Capitulo eccl. Agriensis Georgius filius Johannis civis civitatis Veteris-budensis...locum suum sessionalem in eadem Veteribuda prope claustrum b. Marie virg. in contigua vicinitate cuiusdam sessionis sanctimonialium de eodem claustro et ex opposito sessionis Petri filii Georgii adiacentem cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis, utpote cum curia, pallatio, celario, domibus, stubis, et stabulis...Stephano episcopo Agriensi et episcopatui suo concambialiter tradidit; in cuius quidem sessionis concambium sive permutationem prefatus dominus...episcopus quandam sessionem in civitate Epperies, in linea orientali inter sessiones Nicolai aurige et Jacobum carnificem existentem memorato Georgio...contulit perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1405. p. mart. 11. Arch. civit. Eperjes (Presov). - REG.: Iványi: Eperjes p. 42-43., nr. 105., 107.; Bártfai Szabó: Óbuda p. 91.; Zsigmondkori Oklt. I. p. 118., nr. 952-953.

[1] Ap. Iványi (in op. in ED. cit.) dat. Orig. non indicatur.

73 Öttevény, 1389. apr. 10.

(In villa Vtuyn, sab. a. Ramispalm.) Nos Sigismundus ...rex Hungarie...m. comm., quod quia nos ex serie...litterarum olim...domine Elizabeth senioris regine Ungarie... fuimus informati, ut cives nostri Zugedienses cum rebus et universis bonis ipsorum mercimonialibus aut aliis quibuscunque versus Budam, Feeleghaz vel aliquas alias partes illic tendentes per viam Saareghaaz vocatam et etiam alias vias ex pristine libertatis eorum prerogativa gratia eis concessa libere et pacifice transitus eorum fecerint et pro nunc facere possint, ideo vobis nobilibus de Zer ...damus regalibus sub preceptis, quatenus ipsos cives nostros de Zuged per vias ipsorum predictas ab antiquo consuetas cum eorum mercibus et bonis ac rebus quibuspiam libere et sine omni impedimento gressus ipsorum facere permittere debeatis..., nec eos ad tributum vestrum in prefata villa Zer...exigi consuetum transire compellere sitis ausi..., alioquin...si secus in premissis feceritis, extunc dictum vestrum tributum pro nostra maiestate occupari et ad castrum nostrum

Zugediense applicari faciemus...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Propria commissio domini regis not. canc. legitur. Arch. Civit. Szegediensis Secr. Chart. nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Hornyik: Kecskemét I. p. 198.; Gyárfás: III. p. 510.; Reizner: Szeged IV. p. 3. -REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 101, nr. 456.; Zsigmondkori Oklt. I. p. 120. nr. 978.

74 1389. maj. 9.

(Dom. p. apparit. Michaelis.) Nos capitulum eccl. Zagrabiensis m.c.t.pr. signif. quibus exp. univ., quod cum nos iuxta continentiam litterarum...domini Sigismundi... regis Hungarie...statutoriarum...unacum Nicolao de Thethe homine...domini regis... magistrum Petrum...concanonicum nostrum ac plebanum ecclesie sancti Iohannis baptiste de nova nostra villa...pro testimonio...duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi feria quinta...ante festum apparitionis beati Michaelis arhangeli[1]...et aliis diebus...ad faciem possessionis Jaztrebarzka...in comitatu Zagrabiensi existentis... accessissent, eandemque...vicinis et commetaneis eiusdem...inibi...convocatis...et in nullo contradicentibus magistro Francisco Bernardi de Florencia, civi Budensi et ipsius heredibus universis perpetue...possidendam cum universis eiusdem utilitatibus et pertinentiis...statuissent...

ORIG.: Membr. valde lacera cum sig. de filo sericeo rubri coloris pendenti. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat.) Dl. 42.420.

[1] 1389. maj. 6.

75 1389. jun. 11.

(In Barnabe.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ...not. h. s. volumus pervenire quod Demetrius filius Cosme de Alagh ab una, parte vero ex alia Nicolaus filius Emerici de eadem coram nobis...constituti, idem Demetrius...confessus extitit...in hunc modum: quod ipse...medietatem portionis sue possessionarie in possessione Waytha,...in comitatu Albensi...habitam cum omnibus suis utilitatibus...et pertinentiis...prefato Nicolao filio Emerici in filios filiorum suorum ob amorem proximitatis et consanguineitatis...donasset ...iure perpetuo...possidendam...tali conditione mediante: quod si qua partium...ab hac luce absque heredum solatio utriusque sexus decedere contingeret, extunc portio talis decedentis in predicta possessione Waytha habita ad aliam partem superstitem...deveniat possidenda...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo virid.coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. scriptum hoc vocabulum legitur: Vaytha. Arch. Nat. Hung. Dl. 7504. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 694., No. 23.

76 Buda, 1389. jun. 16.

(Bude, f. IV. p. oct. penthec.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm... quod...dominus Demetrius episcopus ecclesie Wesprimiensis exhibuit nobis quasdam litteras patentes condam...domini Lodouici...regis Hungarie...nostro supplicans culmini..., ut easdem...ratas...habere, tenoremque earundem presentibus...inseri faciendo ipsas ...innovare...et confirmare...dignaremur, quarum tenor sequitur et est talis: (Vide: Ludovicus rex Hung. 1372. oct. 22.) Nos igitur...predicti domini episcopi supplicationibus ...exauditis...prefatas litteras...Lodouici regis...pressentibus...insertas quoad omnes earum clausulas...confirmamus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a)Sigismundus rex Hung. 1395. nov. 26. Arch. Capit. Vesprim. Regnicol. Dec. ep. et capit. nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

b) Sigismundus rex Hung. 1395. nov. 26. > Sigismundus rex. Hung. 1424. aug. 8. > Capit. eccl. Vesprim. 1746. nov. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.934. (Sign. ant.: Act. Ep. Vespr. fasc. 20., nr. 31.) - ED.: Fejér, CD. X/8. p. 375-376. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 132., nr. 1059.; Kumorovitz: Veszprémi regeszták. Budapest, 1953. p. 266., nr. 682.

77 1389. jul. 7.

(F. IV. p. oct. Petri et Pauli.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ...not. h.s. volumus pervenire, quod discreti viri: Lucas capellanus capelle sancte Margarete virginis de Veteribuda, ac Paulus plebanus de villa sancti Iacobi et Georgius presbiter prebendarius ecclesie nostre..., item Petrus dictus Genthih, Laurentius carnifex, Petrus germanus Dionisii dicti Falyou, Paulus dictus Vamus et Michael filius Pauli dicti de Iaurino hospites de...Veteribuda nostram...venientes in presentiam...confessi extiterunt..., quod cum Iohannes filius Martini condam civis... civitatis Veterisbude...in suo ultimo testamento, in eorum ad hoc specialiter vocatorum presentia domos, vineas, molendinum, ac alias universas res suas et bona sua...mobilia et immobilia ipsum tangentes et contingentia... honeste domine Elizabeth...consorti sue...eo, quod prescriptas domos, vineas, molendinum ac alias res et bona...simulcum eadem domina Elizabeth aquisivisset...legasset et contulisset...habendas, ac iuxta nutum sue voluntatis in vita et morte disponendis aut ecclesiis vel aliis personis, quibus eadem domina maluerit, pro remedio animarum ipsorum legandas et ordinanda...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Lucas praepositus ecclesiae Budensis 1390. nov. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 3750. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 40.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 135-136., nr. 1091.

78 1389. aug. 30.

(F. II. p. Bartholomei.) Nos capitulum ecclesie Wachiensis m. c.t. pr. signif. quibus exp. univ., [quod...fr....] ord. s. Dominici, procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri [virginis glo]riose de Insula leporum...Nicolaum, Laurentium et [...] s de Boryosyenew et alios quoslibet ab ulteriori usu po[rtíonis] po[ssessionarie in] possessione Boryosyenew... habite, fructuum et quarumlibet utilitatum ei[usdem percepti-one] seu percipi factione et seipsos quovis quesito colore in eandem intro[missione facti]s vel fiendis prohibuit nominibus earundem dominarum quibus supra publice et ma[nifeste protestan]do coram nobis et contradixit inhibendo...

ORIG.: Chart. pap. lacera cum fragmento sigilli tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7522. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 8. No. 23.)

79 Buda, 1389. sept. 5.

(Bude, dom. a. nat. virg.) Maria...regina Hungarie...fidelibus suis capitulo ecclesie Budensis...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum, quod religiosus vir, dominus frater Petrus, mag. cruciferorum de Calidis aquis feria quarta...post festum b. Laurentii martiris[1]...missis quibusdam familiaribus suis ad portum fluvii Danuby in possessione ipsarum Ienew vocata habitum Michaelem dictum Fodoor et Georgium, nautas earundem dominarum...verberari ac vulnerari fecisset...potentia mediante. Super quo vestre fidelitati...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Valentinus filius Ladislai, vel Stephanus dictus Kuun de Mayoshaza, aut Michael dictus Pouka, an Elias de eadem, aliis absentibus homo regius scita premissorum...veritate, evocet prefatum...fratrem Petrum contra annotatas religiosas dominas in regiam presentiam ad terminum competentem rationem de premissis redditurum et post hec ipsius inquisitionis seriem ac diem et locum dicte evocationis...cum nomine evocati, terminoque assignato regie fideliter rescribatis maiestati...[2]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Cap. ecclesiae Budensis 1389. sept. 12. Arch. Nat. Hung. Dl. 7525. (Sign. ant.: Act. Eccl., Fasc. 71., No. 99.)

[1] 1389. aug. 11.

[2] Sub eodem dato in eadem causa simile mandatum accepit etiam Capitulum Vaciense. Arch. Nat. Hung. Dl. 7524. - Zsigmondkori oklt. p. 141-142., nr. 1140.

80 1389. sept. 12.

(V. die nat. virg.) ...domino Sigismundo...regi Hungarie...capitulum ecclesie Budensis...litteras...domine Marie...regine, consortis vestre carissime inquisitorias... noveritis nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 79. Maria regina Hungariae 1389. sept. 5.) Nos itaque mandatis...domine regine...obedire cupientes...unacum...Valentino filio Ladislai...magistrum Dionisium...concanonicum nostrum ad premissa...exequenda nostro pro testimonio duximus transmittendum..., qui...nobis...retulerunt, quod ipsi...in festo nativitatis b. virginis[1]...in Pestiensi et Pilisiensi comitatibus simul procedendo a nobilibus et ignobilibus, ceterisque eorundem comitatuum hominibus, a quibus decuisset et licuisset, palam et occulte...de premissis investigando omnia...sic scivissent, prout tenor litterarum dicte domine nostre regine continet predictarum et quemadmodum in personis...religiosarum dominarum...(claustri b. virginis de Insula leporum) reginalis[a] maiestati dictum extitisset; factaque ipsa inquisitione...religiosum virum...fratrem Petrum in villa seu possessione sua Calidarum aquarum superiorum contra annotatas religiosas dominas ad quindenas...festi nativitatis b. virginis nunc venturas[2] in vestre maiestatis evocassent presentiam rationem de premissis redditurum...

In dorso: Domino regi pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de Insula leporum contra religiosum virum, dominum fratrem Petrum, cruciferum sancti regis Stephani de Strigonio, ac sancte trinitatis de Superioribus calidis aquis magistrum inquisitorialis et ad quindenas festi nativitatis beate virginis evocatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7525. (Sign. ant.: Act. Eccl. Fasc. 71. No. 99.)

[1] 1389. sept. 8.

[2] 1389. sept. 22.

[a] recte: reginali

81 1389. sept. 23.

(II. die IV. p. Mathei.) ...domino...Sigismundo...regi Hungarie...capit. ecclesie Wachiensis...Vestra noverit maiestas, nos litteras inquisitorias...domine Marie...regine Hungarie..., consortis vestre karissime...recepisse in hec verba: (Vide nr. 79. Maria regina Hungariae 1389. sept. 5.) Nos igitur mandatis...domine regine...obedire cupientes ..., unacum Stephano dicto Kwn de Mayoshaza...Stephanum chori ecclesie nostre clericum ad...reginalia mandata...exequenda pro nostro testimonio transmisissemus..., qui... ...nobis...retulerunt, quod ipsi feria quarta...post festum b. Mathei apostoli et evangeliste[1]... primo in eadem civitate Budensi, tandem in comitatu Pilisiensi... a civibus dicte civitatis Budensis ac dicti comitatus nobilibus et ignobilibus ceterisque communibus hominibus, a quibus decuisset et licuisset palam et occulte...investigando, omnia premissa...sic scivissent, prout tenor litterarum...domine nostre regine contineret...et quemadmodum eidem domine regine dictum extitisset in personis religiosarum dominarum...sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum...)

In dorso: Domino regi pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de Insula leporum contra religiosum virum dominum fratrem Petrum, magistrum cruciferorum de Calidis aquis inquisitionis intrascripte relatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7524. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 58. No. 15.)

[1] 1389. sept. 22.

82 1389. nov. 3.

(In Zothmar, f. VI. a. OO. SS.) Nos Maria... regina Hungarie... m. c., ...quomodo ob spem et devotionem, quam ad sanctam Mariam virginem, matrem omnis gratie gerimus et habemus, pro cuius glorioso nomine claustrum in Veteri Buda extitit fundatum per condam... dominam Elizabet reginam seniorem, aviam nostram carissimam, cuius precum suffragiis nedum in terris, verum etiam in atrio celesti feliciter speramus confoveri, quoddam rivulum fluviale vulgo Krumhelthfferdeye vocatum, de Alba ecclesia currens versus dictum claustrum..., in quo religiose domine sanctimoniales deo iugiter famulantes commorantur, eisdem religiosis dominabus, sicuti etiam dictum rivulum ipsa condam domina Elizabeth avia nostra... eisdem religiosis dominabus, prout asserebant, mediantibus suis litteris... contulisse... dinoscitur, dedimus et donavimus perpetuo... possidendum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sig. Propria commissio domine regine not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. scripta Donatio molendini ante albam ecclesiam adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7529. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 38.) - REG.: Egyházművészeti Lapok V(1884) p. 299.; Bártfai Szabó: Óbuda p. 92.; Zsigmondkori oklt. I. p. 145., nr. 1178.

83 1389. nov. 3.

Magistratus civitatis Budensis Thomam fil. Thomae concivem quandam vineam suam prope villam Nyék, in loco Budapokla vocato habitam magistro Andreae litterato, fil. condam Nicolai de Kapronca, pro ducentis et octoginta fl. (cum. exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.106. (Sign. ant.: K. Fasc. 111. No. 4.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 101., nr. 458.; Zsigmondkori oklt. I. p. 145., nr. 1186.

Nos Vlricus filius Robinstaner iudex novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem significamus quibus expedit universis: Quod Iohannes filius Thome concivis noster coram nobis personaliter comparendo quandam vineam suam in territoriis dicte civitatis nostre prope villam Nyek, in loco Budapokla vocatis, in vicinitate vinearum Laykonis et Stephani filii condam Lorandi adiacentis[a] similiter concivium nostrorum cum omnibus utilitatibus ad eandem spectantibus de consensu domine consortis sue, puerorum et omnium proximorum suorum, nullo contradicentis[b] vendidit et tradidit magistro Andree litterato filio condam Nicolai de Kapronca pro ducentis et octaginta[c] duobus florenis plene persolutis et receptis ab eodem. Assumpmens nichilominus idem Iohannes filius Thome eundem Andream eiusdemque heredes ac posteritates ab omnibus ratione prenotate vinee et utilitatum eiusdem in processu temporum molestare volentibus secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam propriis suis laboribus expedire et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria quarta proxima post festum omnium sanctorum, anno domini millesimo trecentesimo LXXX[mo] nono.

[a] recte: adiacentem

[b] recte: contradicente

[c] recte: octoginta

84 Visegrád, 1389. nov. 3.

(In Vissegrad, XXIX. oct. Michaelis.) Nos comes Emericus Bubek iudex curie... Sigismundi regis...Hungarie d. pro mem., quod discussionem reportate seriei cuiusdam possessionarie...statutionis..., quam inter nobiles dominas Clara et Dorothea vocatas, filias Benedicti de Pomaz ab una...et inter Nicolaum filium Johannis et Ladislaum filium Laurentii de Zenthdemeter in causam attractos parte ab altera...in oct. f. b. Michaelis archang.[1] facere tenebamur, de partium procuratorum voluntate ad oct. f. b. Georgii mart.[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. famil. Zichy. - ED.: Zichy cs. oklt. IV. p. 408. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 145., nr. 1184.

[1] Oct. 6.
[2] Maj. 1.

85 Roma, 1389. nov. 14.

(Rome, ap. s. Petrum, VIII. Kal. Dec., a. I.) Bonifatius (IX.)...Stephano Galli de Arnad...Canonicatum eccl. s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc...apostolica auctoritate tibi conferimus et de illo...providemus, prebendam vero, necnon dignitatem, personatum vel officium, dummodo dignitas ipsa in eadem eccl. dignitas principalis non existit...tibi reservamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XIII., fol. 6-6^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 257.; Zsigmondkori oklt. I. p. 148. nr. 1227.

86 Roma, 1389. nov. 14.

(Rome, ap. s. Petrum, VIII. Kal. Dec., a. I.) (Bonifatius IX.)...episcopo metropolitano (!) et...preposito eccl. omn. sanct. in castro Vesprimiensi ac custodi Alberegalis (eccl.) Vespr. dioc....Discretioni vestre...mandamus, quatenus...Stephanum (Galli de Arnad)...in eccl. s. Petri (de Veteribuda, Vespr. dioc.) in canonicum recipi facientes et in fratrem stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius eccl....assignatis, prebendam vero...eidem post acceptationem predictam...eadem auctoritate...assignare curetis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Lib. XIII., fol. 6^{v}-7. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest.

87 Roma, [1389.] nov. 14.[1]

(Rome, ap. s. Petrum XVIII. Kal. Dec. pontif. a. primo.) Bonifatius (IX.) ep. servus servorum dei...ad nostram notitiam deducto, quod de antiqua...et hactenus... observata consuetudine Pechwaradiense et Saxardiense ac de Patha et de Fewldwar, necnon de Kolosmonoschora[a] ac sancti Andree de iuxta Wyssegrad et sancti Gerardi de Chanadino et de[b] Thykoniense ac Symigiense, necnon Zaladiense et sancti Jok ac de Beel, necnon de Sambok et de Cheth ac sancte crucis de Lelez ac de Jazow et sancti Stephani de promontorio Waradiensi sancti Benedicti et Premonstratensis ordinum monasteria, necnon Demesiensis et Tituliensis ac Orodiensis et Veteris Budensis ac Cibiniensis collegiatarum ecclesiarum prepositure, necnon sancte Marie virginis et sancte Marie Magdalene de Castro et sancti Petri martiris, necnon sancti Gerardi de suburbio oppidi Budensis alias Noui montis Pesthiensis et Pesthiensis ac Waciensis et de Kessew ac de Ewrs prope Budam et de Sasaad ac (de[c]) Alba ecclesia sancte Marie prope Budam ac de Kamarthen et de Wyssegrad ac de Naghpathak et de Apaczasomlyo, necnon de Papa ac de Leweld et de Segesbino[d] ac de Wyhel et de

Lamperthhaza ac de Zelews ac de Aranyas ac de Bereg et de Nemthy parrochiales ecclesie ac Cibiniensis predicte et Brassouiensis ecclesiarum decanatus, Quinqueecclesiensis, Wesprimiensis, Agriensis, Waradiensis, Transsiluanensis, Colocensis, Chanadiensis et Jauriensis diocesum cum certis parrochialibus ecclesiis et plebaniis ac decanatibus...in... Transsiluanensi, olim Argensi diocesi et alias ubilibet consistentibus predictis decanatibus immediate subiectis sub... iurisdictione in spiritualibus archiepiscopi Strigoniensis... pleno iure fore dignoscebantur, et quod prelati ac persone monasteriorum, prepositurarum, decanatuum et ecclesiarum predictorum nullum alium preter ipsum archiepiscopum in eorum superiorem habere...et eidem...tamquam eorum immediato superiori...obedientiam... exhibere ac ad sinodum eiusdem..., quotiens illam per ipsum...celebrari contingeret, accedere et procurationibus legatorum ac provisionibus nunciorum sedis apostolice persolvendis et aliis oneribus supportandis contributionem debitam facere consueverant, et quod tam...frater noster Iohannes quam predecessores sui archiepiscopi Strigonienses...in pacifica possessione...iuris exercendi...iurisdictionem huiusmodi in monasteria, preposituras,decanatus et ecclesias predicta eorumque personas et loca a tanto tempore fuerant, cuius contrarii memoria non extabat. Nos consuetudinem eandem...et quecunque inde secuta rata habentes...per alias nostras litteras confirmavimus...Volentes igitur prelatos et personas monasteriorum, prepositurarum, decanatuum et ecclesiarum predictorum favoribus prosequi gratiosis...de nostra mera liberalitate et ex certa scientia omnibus eorundem monasteriorum, prepositurarum, decanatuum et ecclesiarum prelatis et personis... auctoritate apostolica de speciali gratia...indulgemus, ut...coram aliquo alio iudice quam archiepiscopo Strigoniensi...nequeat[e] ex quacunque causa ad iudicium evocari sic tamen, quod ipsi prelati et persone de ipsis conquerentibus coram eodem archiepiscopo teneantur legitime stare iuri...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Leo papa X. 1513. aug. 4. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 6., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér, CD. VI/1. p. 350-353.; Török, Magyarország primása II. p. 41-42.; Z.-W. III. p. 253-255.; Densusianu p. 526-527. - REG.: Teutsch u. Firnhaber: Sieb. Urkb. I. p. LXXVI.; Potthast, Regesta nr. 24.218.; Z.-W. I. p. 200. (Omnes (erronee) sub. a. 1295.).; Zsigmondkori oklt. I. p. 148., nr. 1221. - COMM.: Gárdonyi: Károlyi Emlkv. p. 164-165.

[1] In bulla hac inter cetera de Iohanne archiepiscopo (1387-1418.) agitur, qui tempore pontificatus Bonifatii papae IX. (1389-1404.) Strigoniensem ecclesiam regebat. (Karácsonyi J., A hamis, hibáskeltü és keltezetlen oklevelek jegyzéke 1400-ig. Budapest, 1902. p. 66.)

[a] recte: Kolosmonostora

[b-c] vocabulum superfluum

[d] recte: Segesdino

[e] recte: nequeant

88 Roma, 1389. nov. 20.

(Rome, ap. s. Petrum, XII. Kal. Dec., a.1.) Bonifatius (IX.) Michaeli Nicolai... Canonicatum eccl. s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc...apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo...providemus, prebendam vero, si qua in dicta eccl. tunc vacat..., infra unius mensis spatium, postquam tibi...vacatio illius innotuerit, dixeris acceptandam..., tibi post acceptationem huiusmodi...donationi apostolice reservamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Lib. VI., fol. 53[v]-54[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Vat. I/3. p. 39.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 261.; Zsigmondkori oklt. I. p. 149. nr. 1246.

89 Roma, 1389. nov. 20.

(Rome, ap. s. Petrum, XII. Kal. Dec., a. I.) Bonifatius (IX.)...episcopo...et preposito Vaciensi ac custodi s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc....Discretioni vestre... mandamus, quatenus...Michaelem (Nicolai)...in eccl. s. Petri recipi facientes in canonicatum et in fratrem stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius eccl....assignatis, prebendam per nos...reservatam...eidem...post occupationem predictam...auctoritate prefata...assignare...curetis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber VI., fol. 54^{v}-55. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest.

90 Visegrád, 1390. jan. 21.

(In Wyssegrad, in crastino circumcis.) Nos Sigismundus... rex Hung., Dalm., Croat. etc(etera), marchioque Brandenburg. etc(etera)...m. commendamus, quod nos... petitiones nostre celsitudini per...Jacobum de Kylian et Johannem Talenti cives...civitatis Cassoviensis pro parte totius universitatis eiusdem nostre civitatis...oblatas...admittentes ...statuimus..., ut...cives prefate...civitatis...omnibus et singulis libertatibus, consuetudinibus, gratiis, iuribus et indultis circa mercantias et universas res mercimoniales cuiuscunque maneriei existant universorum et singulorum mercatorum, tam regnicolarum regnorum nostrorum, quam forensium seu advenarum in...nostram civitatem Cassoviensem cum quibuslibet suis mercantiis venientium quam etiam incolarum ipsius civitatis plene fruantur et gaudeant quibus...nostri cives et incole civitatis Budensis...potiuntur...et fruuntur, quodque contra facientes et renitentes eisdem penis et indultis compellant et coerceant quemadmodum nostra privilegia...civitati Budensi...concessa limpide attestantur - non obstantibus quibuscunque aliis nostris litteris datis vel dandis, que presentibus derogare viderentur, quas...revocantes... nullius esse volumus roboris...

ORIG.: Membr. cum sigillo secr. sub textu appresso. Archiv T. mesta Kosic. - Kassa város titkos levéltára D. 12. In dorso Confirmationis et roborationis omnium prerogativarum Civitatis Cassa iuxta modum civitatis Budensis adnot. legitur. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 269.228.

91 1390. febr. 10.

Petermanus fil. Kose condam iudex Veterisbudensis domum suam in eadem civitate habitam ac tres vineas: unam circa Albam ecclesiam, alteram in Kiskereked et tertiam in monte Urs existentes, necnon molendinum circa S. Spiritum situm consorti: Katharinae ac filiae: Dorotheae moniali suis sub certis conditionibus testamentaliter legat.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. flavei coloris, quo erat clausa. In dorso manu saec. XV. scriptae Testamentalis condam Peterman iudicis et (Molendinum) super Calidis aquis adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7564. - TRANSCR.: Capit. Budense 1354. jan. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 14.777. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 92., nr. 95.; Zsigmondkori oklt. I. p. 158., nr. 1360. - MENT.: Rupp, Buda-Pest 43.

Nota: Quod in anno domini M^{mo} CCC^{mo} nonagesimo Ego Petermanus filius Kose condam iudex de Veteribuda omnibus Christi fidelibus presens scriptum memorie commendamus, ut feria quinta, in die sancte Scolastice virginis feci testamentum tali modo, ut fundum vel domum meam de eadem Veterisbuda ac vineas meas, una circa albam ecclesiam, secunda in Kyskereked, tertia in monte Vrs existentes, seu molendinum in qualidis aquis existens circa sanctum Spiritum ac omnia bona mea misi consorti mee domine Katherine ac filie mee Dorothee monialis[a]; et si eadem consors mea filium vel filiam deo concedente nupserit, ex tunc ipso filio vel filie mee tamquam consorti mee usque vitam ipsorum vel ipsarum perpetuo possidendam et habendam. Et si eadem consors mea domina Katherina de isto mundo migraret macrochozmum, ex tunc domina Anych nunc abbatissa ac soror mea Margareta vocate, moniales claustri beate Marie virginis in eadem Veterisbuda sint

protectores et defensores filio meo et filie mee; vel autem, si eadem consors mea deo volente sine herede de isto mundo migraret, ex tunc commisi ipsis prelibate domine Anych abbatisse et sorori mee Margarete usque vitam ipsarum possidendam ita, quod in quolibet anno, in vigilia nativitatis domini circa ecclesiam sancti Francisci, in capella sancte Katherine pro anime nostre et pro anime patris et matris nostre celebrare val commemorationem facere debeant et velint et cum hoc teneantur facere et de vineis meis in quolibet anno unam tunellam vini vel mediam tunellam vini ipsis monachis in eodem claustro sancti Francisci commorantibus dare et aministrare debeant ita, quod si poterint dare. Et post mortem ipsarum predictarum dominarum commisi claustro beate Marie virginis in eadem Veterisbuda. Et si aliquis cognatus meus contradiceret vel ipsos aut ipsas agravare vel molestare vellet, ex tunc in excommunicatione dei omnipotentis et beate Marie virginis sint et existant testimonio presentium mediante. Datum ut supra, sub sigillo civitatis de eadem Veterisbuda, anno supradicto.

[a] Recte: moniali

92 1390. febr. 27.

Magistratus civitatis Budensis Onofrium fil. Francisci de Florencia concivem domum suam Budae habitam a Bartholomeo de Padova ad ipsum devolutam Nicolao fil. Johannis de Kanizsa tavarnicorum regalium magistro pro mille et quadringentis fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.435. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1392. dec. 14. > Mathias de Prohonicz cler. Pragensis dioc., publ. imp. auct. not. 1444. oct. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8836. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 159., nr. 1379. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950). p. 288., not. 37.

Nos Vlricus dictus Rabensteyner iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Onofrius filius Francisci de Florencia concivis noster coram nobis personaliter comparendo quandam domum suam in castro predicto, in vicinitate domorum quondam domini Nicolai Konth palatini et beginarum ordinis beati Dominici habitam, a quondam Bartholomeo de Padwa ad ipsum devolutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum suorum, ymo nullo penitus contradicente vendidit et tradidit magnifico viro domino Nicolao filio Iohannis de Kanisa Tauarnicorum regalium magistro et per eum aut cui vel quibus ipse voluerit iure perpetuo ac pacifice possidendam pro mille et quadringentis florenis auri plene perceptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Onofrius eundem dominum Nicolaum filium Iohannis de Kanisa et suos posteros ab omnibus ratione predicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium premissarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in dominica Reminiscere, anno domini M°CCC° nonagesimo.

93 1390. mart. 14.

Magistratus civitatis Budensis Ulricum dictum Schako concivem vineam suam Epptel vocatam Henrico Nigro similiter civi Budensi pro ducentis fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu fere coaeva scripta: Der wyngarten Epptel adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7575. - ED.: Fejér: IX/1. p.659-660. - REG.: Fejér: X/1. p. 661.; M. Tört. Tár IV. p. 159., nr. 314; Zsigmondkori Oklt. I. p. 161., nr. 1399.

Nos Vlricus dictus Rabensteyner iudex castri novi montis Pesthyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Vlricus dictus Schako concivis noster coram nobis personaliter comparendo quandam vineam suam Epptel vocatam, in vicinitate vinearum Simonis fratris Alberti et Iohannis dicti Kokas habitam cum semita ab antiquo consueta ceterisque utilitatibus suis et pertinentiis universis, de consensu omnium proximorum suorum, nullo penitus contradicente vendidit et tradidit Heinrico nigro similiter concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro ducentis florenis auri plene perceptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Vlricus Schako eundem Heinricum nigrum suosque heredes ac posteros ab omnibus ratione prefate vinee et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M°CCC° nonagesimo.

94 Buda, 1390. mart. 19.

(Bude, sab. a. Iudica.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...damus pro memoria, quod religiosus vir, dominus Nicolaus abbas ecclesie Zaladiensis et Ladislaus filius Stephani de Elephanth...nobis...significare curarunt, quod Stephanus dictus Belz de civitate nostra Budensi et Georgius dictus Chalnak de Aderianfalua quandam possessionem ipsorum Eghazarssuur[a] vocatam, in comitatu Posoniensi existentem potentialiter pro se occupasset[b]...unde facientes ipsam protestationem, annotatos Stephanum et Georgium ab ulteriori... occupatione predicte possessionis Eghazassuur, usuum, fructuum et... utilitatum eiusdem perceptione...seu quovis quesito colore se in eandem intromissione... et alios quoslibet prohibuerunt contradicendo...

In dorso: Pro religioso viro domino Nicolao abbate ecclesie Zaladiensis et Ladislao filio Stephani de Elephant contra Stephanum dictum Belz de civitate Budensi et Georgium dictum Chalnok de Aderianfalua prohibitoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris, quo erat clausa. In dorso manu saec. XVI. scripta Super Sur inquisitionalis adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7577. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1672. No. 38.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 161., nr. 1407.

[a] recte: Eghazassur

[b] recte: occupassent

95 1390. apr. 6.

Magistratus civitatis Budensis Iohannem archiepiscopum Strigoniensem domum suam in castro Budensi habitam, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pavser et Petri dicti Rauchan situatam capitulo seu canonicis ecclesiae s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi perpetuo iure possidendam donavisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Esztergomi főkápt. birtokai p. 89-90. - REG.: Esztergomi főkápt. birtokai p. XXIII.; Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 284., not. nr. 11.; Zsigmondkori oklt. I. p. 164., nr. 1436.

Nos Vlricus dictus Rabensteyner iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Iohannes dei gratia archiepiscopus ecclesie Strigoniensis in medio nostri personaliter constitutus domum suam in castro predicto, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pavser et Petri dicti Rauchan habitam cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis de consensu viri magnifici domini Nicolai filii Iohannis de Kanisa magistri Thauar-

nicorum regalium et Stephani fratrum suorum uterinorum, ymo nullo penitus contradictore apparente dedit, contulit et libere resignavit ecclesie sancti Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi et per consequens capitulo seu canonicis deo et eius genitrici nunc et pro tempore famulantibus in eadem perpetuo iure et irrevocabiliter ac pacifice possidendam, assumpmendo predictam ecclesiam et canonicos eiusdem ab omnibus ratione dicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria quarta proxima post festum pasche domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo.

96 Buda, 1390. maj. 6.

(Bude, in Ioh. a. port. Lat.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, specialiter dominis palatino et iudici curie sue, item comitibus parrochialibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, castellanis, nobilibus officialibus et aliis quibuscunque iustitiariis regni sui et eorum vices gerentibus... Cum nos universas causas...religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteri Buda...in factis possessionum, tributorum, silvarum, pratorum, terrarum et piscinarum...ubilibet habitarum...per...Elizabeth reginam et Lodovicum regem...Hungarie ...ipsis...in perpetuam elemosinam...collatarum coram nobis...motas vel movendas... deliberatione unacum...domina Maria regina conthorali nostra...prehabita...ad nostram assumpserimus maiestatem, et nostris procuratoribus...easdem nostra in persona in iudicio vel extra iudicium prosequi et procurare conmiserimus et easdem dominas...in...iuribus ipsarum possessionariis...conservare et ab omnibus ratione earundem possessionum expedire intendamus, idcirco fidelitati vestre...mandamus..., quatenus predictas religiosas dominas ratione predictorum iurium ipsarum possessionariorum contra quospiam iudicare non audeatis, sed procuratores nostros nostra in persona coram...domino palatino causis in eisdem contra quospiam respondere admittatis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Propria commissio domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XV. scripta Gratia regis Sigismundi, ut nullus iudicum valeat causas earum iudicare preter regiam maiestatem adnot. legitur. Bib. Univ. Budapest. Lit. et. Epist. Orig. nr. 634. (Sign. ant.: Capit. 22. Fasc. 4. No. 4.) - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1436. jul. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 7598. (Sign. ant.: Clarissarum Budensium Fasc. 35. No. 3.) - ED. Fejér, CD. X/8. p. 299-301. - REG.: M. Tört. Tár IV(1857) p. 175.; Zsigmondkori oklt. I. p.167., nr. 1484. (Ex transcipto.)

97 1390. jun. 7.

(F. III. a. oct. Corp. Christi.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ....not.h.s. volumus pervenire, quod discreti viri mag. Thomas...concanonicus noster, Andreas sac., capellanus capelle sancte Margarete virginis, Petrus litteratus, Dominicus dictus Fenekezew, Iohannes filius Petri de Iaurino, Michael filius Pauli dicti de Gevr, Laurentius carnifex dictus Churul et Petrus dictus de Cvrum hospites de Veteribuda nostram...venientes in presentiam...confessi extiterunt in hunc modum: quod cum domina Elizabeth rel. condam Iohannis filii Martini condam civis...civitatis Veterisbude gravi infirmitate fuisset preventa, sentiens sibi diem extremum appropinquasse, salubri confessione ad prefatum Andream presbiterum facta, aliisque sacramentis ecclesiasticis premunita...in suo ultimo testamento ac aliorum proborum virorum ad hoc specialiter vocatorum presentia inter alias suas testamentarias dispositiones quandam vineam suam in territorio...civitatis Veterisbude, in monte Kereked vocato, in vicinitatibus vinearum religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de Insula leporum et Iacobi dicti de Somogh habitam...religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de predicta Veteribuda fundati pro sue et...condam Iohannis filii Martini mariti sui animarum remediis legasset...perpetuo possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta haec adnot. legitur: De vinea testamentaliter legata. Arch. Nat. Hung. Dl. 7611. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20., No. 14.) - TRANSCR.: Lucas praepositus Budensis 1390. nov. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 3750. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 40.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 93-94., nr. 96.; Zsigmondkori oklt. I. p. 173., nr. 1540.

98 1390. jun. 7.

(F.III.a.oct.corp.Christi) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ....not.h.s. volumus pervenire, quod discreti viri mag. Thomas...concan. noster, Andreas sac., capellanus capelle sancte Margarete virginis, Petrus litteratus, Dominicus dictus Fenekezew, Iohannes filius Petri de Iaurino, Michael filius Pauli de Gewr, Laurentius carnifex dictus Churul et Petrus dictus de Cwrum hospites de Veteribuda nostram...venientes in presentiam...confessi extiterunt...in hunc modum: Quod cum domina Elizabet rel. condam Iohannis filii Martini condam civis...civitatis Veteris Bude gravi infirmitate fuisset preventa, sentiens sibi diem extremum appropinquasse, salubri confessione ad prefatum Andream presbiterum facta, aliisque sacramentis ecclesiasticis premunita, sana mente, vivo ore in suo ultimo testamento ac aliorum proborum virorum ad hec specialiter vocatorum presentia domum suam in vicinitatibus domorum condam Nicolai et Iohannis dicti Stozenkeuel existentem, vineam suam Nadasd vocatam, molendinum, vina in suo cellario existentia, ac res et bona sua scrinalia[a] circa moniales in claustro existentes et habita, ac etiam alias res suas et bona sua..., mobilia vidl. et immobilia..., ita..., quod de rebus scrinialibus monialibus in claustro beate virginis degentibus plures et ampliora bona dare tenerentur, ac etiam alias res et bona in debitis habentia honestis viris et probis, vidl. Georgio dicto Safar iudici...civitatis Veteris Bude, item Petro dicto Genti, Petro sartori condam iudici, Demetrio litterato iurato et Petro germano condam Dionisii legasset et commisisset executioni et dispositioni eorundem, ac iuxta nutum voluntatis ipsorum aut ecclesiis vel aliis personis quibuscunque maluerint pro remediis anime sue legandas, disponendas et ordinanda...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri et virid.coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 7612. (Sign.ant.: V.Buden. Monial. Fasc. 18., No. 39.) - TRANSCR.: Lucas praepositus ecclesiae Budensis et secr. canc. Mariae reginae 1390. nov. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 3750. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18., No. 40.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 94., nr. 97.; Zsigmondkori oklt. I. p. 173., nr. 154.

[a] recte: scrinialia

99 Zólyom, 1390.jun.23.

(In Zolio, in vig. nat. Joh. bapt.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) Marchioque Brandenburgensis etc(etera) m. comm..., quod nos comodo et utili statui...civium et hospitum nostrorum de Veteri Zolio...invigilare cupientes, ...supplicationibus et petitionibus nostre maiestati per ipsos porrectis...exauditis, nundinas seu congregationem liberam in eadem civitate...in qualibet dominica post festum Assumptionis b. Virginis annualem immediate sequentem sub eisdem libertatibus et consuetudinibus ab olim observatis, quibus in civitate nostra Budensi nundine libere congregantur et celebrantur, ex regie maiestatis clementia annuendo commisimus perpetuis temporibus, prout eedem nundine in ipsa Zoliensi civitate per condam...Lodouicum regem...mediantibus ipsius litteris celebrare concesse et commisisse fore dinoscuntur...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. In superiore margine Propria commissio regis not. canc. legitur.Arch. civitatis Zoliensis (Zvolen) nr. 10.-PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 268.911. - REG.: Föglein Antal: Zólyom város XIII-XIV. századi oklevelei. Levéltári Közl. 3(1925) p. 238., nr. 8.; Zsigmondkori oklt. I. p. 175., nr. 1562/a.

100 Nagyvárad, 1390. sept. 11.

(Waradini, dom. p. nat. virg.) Nos Sigismundus....rex Hungarie... m. c. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos...pensatis et in regalibus precordiis revolutis displicentiis et desertationibus illis, quod sancta Strigoniensis eccl., que in regno nostro Hungarie aliarum caput est et magistra, efficiente temporis malitia in suis prebendis canonicalibus existit facultatibus adeo diminuta, quod...ipsius...canonici et in eadem intitulati nequeunt eorum status ordinem decenter sustentare, et premetientes, quod nisi ipsis per regiam celsitudinem succurratur, vix reperietur, qui in...dicta...ecclesia uti canonicus virtutum domino poterit laudabiliter famulari. Habita itaque matura deliberatione cum...domina Maria...regina consorte nostra...fidelibusque prelatis et baronibus regni nostri, ac de consilio eorundem volentes eidem...ecclesie et eius canonicis tum ex causis premissis, tum etiam ob specialem devotionem, quam ad sanctum Adalbertum, ipsius ecclesie patronum gerimus, solita pietate succurrere et eiusdem ac eorum paupertates, ut cultus inibi crescat divinus, aliquantisper sublevare, quasdam ecclesias nostras in possessionibus nostris regiis Sasaad et Wrs...habitas, in comitatu Pèlisiensi existentes, cum iure patronatus, quod inibi habere dinosscimur, ipsarumque utilitatibus, comoditatibus ac obventionibus, redditibus, proventibus et pertinentiis universis, nichil nobis aut successoribus nostris in eisdem iuris reservantes capitulo ecclesie Strigoniensis et dumtaxat canonicis presentibus et futuris de manibus nostris regiis nove nostre donationis titulo ac omni eo iure, quo eedem ecclesie et ius patronatus nostre rite incumbunt collationi, dedimus...et...donamus...perpetuo... possidendas...salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. appresso. In superiore margine et sub sig. Relatio domini Petri episcopi Transsilvanensis not. canc. legitur, in dorso vero manu saec. XVI-XVII. Littera regalis super iure patronatus Wrs et Sassad adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 1., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a)Capit. ecclesiae Vaciensis 1435. jun. 4. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - b)Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: a) Bonifatius papa IX. 1391. sept. 14. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bonifatius papa IX. 1400. maj. 1. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bonifatius papa IX. 1400. maj. 1. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus. nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér; CD. X/1. p. 573-575.; Eszterg. főkápt. birtokai p. 38. (Cum dato: 1393.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 104., nr. 460.; Zsigmondkori oklt. I. p. 186., nr. 1655.

101 Nagyvárad, 1390. sept. 13.

(Varadini, f. III. a. exalt. crucis.) Sigismundus...rex Hungarie...decimatoribus seu conductoribus decimarum ecclesie parochialis de Sasaad...Ad nostre maiestatis pervenit auditum, quomodo Petrus pleb. de dicta Sasaad...publicus foret tabernarius ac aliorum scelerum patrator, que longum foret per singula enarrare; nos nolentes talia sub dissimulatione pertransire, fidelitati vestre...firmissimo damus regio sub edicto, quatenus decimas prenotatas per vos exactas et exigendas et nichilominus valorem seu summam pecunie, pro qua easdem conduxistis, erga vos...tamdiu reservetis, quousque...dominus Iohannes Strigoniensis archiep....ad partes illas reversus fuerit et communi inquisitione facta iuxta statuta sacrorum canonum in premissis iustite fecerit...complementum...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar,

publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. In superiore margine Relatio domini Petri episcopi Transsilwanensis not. canc. est. scripta. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

102 Temesvár, 1390. sept. 25.

(In Themesuar, dom. a. Michaelis.) Nos Maria...regina Hungarie...m.c.t.pr. signific. quibus exp. univ., quod nos consideratis...fidelium servitiorum...meritis... Valentini cardinalis Quinqueecclesiensis, ac magistri Pauli filiorum condam Iohannis bani de Alsan et Nicolai filii eiusdem magistri Pauli...nobis...exhibitis...in...recompensationis beneficium...de...voluntate et consilio...Sigismundi regis, consortis nostri...prelatorumque ac baronum regni nostri ex...decreto...quandam possessionem Tyzyn vocatam, in comitatu de Walkow situatam, per condam Ladislaum filium Philpe de Zuglak, nostrum notorium...infidelem (quem) temporibus iam retrolapsis pro suis...excessibus...presertim crimine lese maiestatis...iuxta...prelatorum et baronum ac procerum regni nostri sanctionem et sententiam adversus ipsum...latam in exilium perpetuum relegavimus et universis rebus ac bonis suis...manibus nostris reginalibus...applicatis prorsus destitutum et demum...ad territoria terre Boznensis cum Iohanne filio Petri de Horuathy et certis suis perfidis...complicibus similiter nostris infidelibus commorandi causa translatum et ab ipso territorio...in districtum nostri regiminis...Bazakuz appellatum ad offendendum...nostros fideles subditos...ibique...per...nostros...fideles proceres, presertim antefatos magistros Paulum et Nicolaum ac eorum complices valido bellico ex certamine devictum et per Nicolaum filium Georgii de Bachya detentum, extremoque in civitatem Budensem, in presentiam nostre maiestatis cateratum et conpeditum pro ultione condigna eidem infligenda allatum et iuridice spiculatoris framea decolatum - effective dudum possessam..., ex eoque ad manus nostras...redactam ...cum omnibus ipsius...iuribus...memoratis domino Valentino cardinali ac magistris Paulo et Nicolao...ac per consequens Iohanni filio Gregorii filii dicti condam Iohannis bani de Alsan, ipsorumque dumtaxat magistrorum Pauli, Nicolai et Iohannis heredibus...de manibus nostris reginalibus nove donationis titulo ac mera potestatis plenitudine et ex certa scientia nostre maiestatis...donavimus...per ipsos perpetuo... possidendam..., sine dumtaxat proprietate iuris alieni...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio Karuli comitis Corbavie not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat. Hung.) Dl. 42.461. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 188. nr. 1669.

103 Roma, 1390. oct. 11.

(Rome, ap. s. Petrum, V. Id. Oct., a.I.) Bonifatius (IX.)..episcopo Trid...(?) ...et abbati mon. s. Salvatoris Saksardiensis ac preposito s. Laurentii de Hay Quinqueeccl. et Coloc. dioc....Cum canonicatus et prebenda eccl. Colociensis, quos...Blasius Egidii de Pest, fr. domus s. Pauli primi heremite s. Laurentii ord. s. Augustini Vespr. dioc. tunc temporis obtinebat,...vacent ad presens, quod idem Blasius eandem domum ingressus in ea regularem professionem per fratres dicte domus emitti consuetam emisit; ...horum intuitu (volentes)...dictum canonicatum et prebendam..., quorum fructus...quadraginta fl. auri ...valorem annuum...non excedunt...Ladislao (Michaelis de Halas) conferre,...(ideo) discretioni vestre...mandamus, (quatenus) curetis eundem in dicta ecclesia in canonicatum recipi...et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie...assignatis ...sibique de ipsorum canonicatus et prebende...fructibus provideri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber V., fol. 276-276^{v}. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 68.; Zsigmondkori oklt. I. p. 189. nr. 1687. - MENT.: Századok 45(1911), 766.1.

104 1390. oct. 15.

(Sab. a. Galli.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ.... not. h. s. volumus pervenire, quod domina Clara de Fulkezw ac Anthonio filio eiusdem et Johanne filio Anthonii de Olkezu ab una, parte vero ex altera Johanne filio Nicolai hospite de suburbio castri Budensis in nostram...venientibus presentiam per eosdem propositum extitit...in hunc modum: Quod licet inter ipsos super facto cuiusdam vinee in territorio...ville Olkezu, in loco Vosueth nominato, in vicinitatibus vinearum Johannis filii Andriani et domine relicte Johannis sartoris de Pesth adiacentis litis materia...diutius ventillata extiterit, tamen ipsi ...proborum...et nobilium virorum compositione interveniente super premissis taliter concordassent: ut...domina Clara et Anthonius filius eiusdem ac Johannes filius Anthonii agnoscentes pretactam vineam annotato Johanni filio Nicolai omni iure pertinuisse et nunc pertinere debere, eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis..., loco vidl. torcularis ac via ab antiquo consueta ac aliis quibuslibet usibus et proprietatibus ad ipsam ...spectantibus memorato Johanni filio Nicolai in filios filiorum..., recipientibus ab eisdem pro eorum expensis in processu litis premisse consumptos viginti fl. centenarios, ...resignassent coram nobis iure perpetuo...possidendam..., omni iuri eorum, quod in dicta vinea habuissent, aut in futurum habere speravisent, penitus renuntiando...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo virid. et violacei col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.107. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapi. Sign. ant.: A. Fasc. II. No. 1.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 105., nr. 461.; Zsigmondkori oklt. I. p. 189., nr. 1692.

105 Roma, 1390. nov. 2.

(Rome, ap. s. Petrum, Non. Nov., a. I.) Bonifatius(IX.)...episcopo...et... preposito ac cantori eccl. Vaciensis...Cum canonicatus et prebenda eccl. s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc., quos quondam Petrus Benefia cantor ipsius eccl....obtinebat, per ipsius obitum...vacent ad presens; nos volentes...Dominico (Michaelis de Nyekuar clerico Quinqueeccl. dioc.)...gratiam facere specialem,discretioni vestre...mandamus, quatenus ...canonicatum et prebendam predictos, quorum...proventus quadraginta fl. auri...non excedunt...prefato dominico...auctoritate nostra...assignare curetis inducentes eum...in corporalem possessionem canonicatus et prebende...et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius eccl....assignatis sibique de ipsorum canonicatus et prebende... proventibus provideri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber III., fol. 273^{v}-274^{v}. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 76.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 226.; Zsigmondkori oklt. I. p. 194., nr. 1719.

106 Roma, 1390. nov. 3.

(Rome, ap. s. Petrum, III. Non. Nov., a. I.) Bonifatius (IX.)...preposito eccl. Omn. Sanct. Vespr. dioc....Ad audientiam nostram deducto, quod...Petrus Stephani magister s. Trinitatis de Calidis aquis de Suburbio Budensi (Vespr. dioc.) ac s. Stephani regis Strigoniensis domorum sepulchri dominici Jerosolomitani invicem... unitarum ord. s. Augustini...Damianum de Sancto rege laicum...interfecerat. Nos attendentes..., quod idem Petrus magistratu dictarum domorum...reddiderat se indignum, - tibi dedimus in mandatis, ut...super premissis inquires...veritatem et si...invenires vera esse, eundem...dicto magistratu sententialiter privares...Et etiam accepto, quod Thomas (Ladislai, can. eccl. b. Marie Alberegalis Vespr. dioc.) cupiebat unacum... fratribus dictarum domorum...sub regulari habitu...domino famulari, nos tibi...mandamus, ut eundem Thomam, si esset idoneus..., auctoritate nostra recipi facere in predictis domibus, si in eis certus numerus fratrum non haberetur..., alioquin quamprimum aliquem deesse contingeret..., in fratrem sibique...regularem habitum exhiberi ac de communibus earundem domorum proventibus...integre provideri...Et volumus, quod ipse Thomas quamprimum eundem ordinem foret expresse professus..., ac volentes ipsi... gratiam

facere specialem, discretioni tue... mandamus, quatenus... dictum magistratum ab eccl. sepulchri domini dependentem..., cuius...proventus trecentarum marcharum argenti... valorem... non excedunt..., eidem, postquam...dictum ordinem fuerit...professus, ...conferas...inducens (ipsum) in corporalem possessionem magistratus...et pertinentiarum ...predictorum...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XI., fol. 224-225. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 80. Mon. Rom. Vespr. II. p. 267.; Zsigmondkori oklt. I. p. 194., nr. 1726.

107 Roma, 1390. nov. 3.

(Rome, ap. s. Petrum, III. Non. Nov., a. I.) Bonifatius (IX.)...preposito eccl. Omn. Sanct. Vespr. dioc....Cum...Thomas Ladislai can. eccl. b. Marie Alberegalis Vespr. dioc. ...cupiat...in s. Trinitatis de Calidis aquis de Suburbio Budensi (Vespr. dioc.) et s. Stephani regis Strigoniensis domibus sepulchri dominici Jerosolimitani ...canonice unitis ord. s. Augustini unacum fratribus ipsarum domorum sub regulari habitu...domino famulari, nos volentes ipsum in huiusmodi suo...proposito confovere, discretioni tue...mandamus, quatenus eundem Thomam...auctoritate nostra recipi facias in eisdem domibus, si in eis certus fratrum numerus non habetur, alioquin quamprimum aliquem deesse contingat... in fratrem, sibique ...regularem habitum exhiberi, ac de communibus ipsarum domorum proventibus...integre provideri, ipsumque ibidem sincera in domino caritate tractari...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XI., fol. 225-225^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budensis. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 82.; Zsigmondkori oklt. I. p. 194., nr. 1727.

108 Buda, 1390. nov. 25.

(Bude, in Katherine.) Nos Maria...regina Hungarie... m. c., ...quod causa...que inter Osualdum filium Laurentii de Rozgon... (et) magnificum...dominum Petrum Zudor banum, Georgium fratrem eiusdem et Benedictum filium Stephani similiter Zudor, fratrem eorum in presentia magnifici... domini Stephani palatini vertebatur, quam iidem Petrus ..., Georgius...et Benedictus plerisque vicibus...sub huiusmodi cautela adinventa, ut tempore detentionis...Petri bani per nostram maiestatem facte universa eorum litteralia instrumenta ab ipsis ablata et in domo nostra theasauraria reposita extiterant, qui tandem post liberationem ipsius Petri...non in equali numero, in quo ab ipso recepta et in domo nostra tesauraria reposita fuissent - forent eis restituta, de termino ad terminum prorogari facere procurassent...Cumque nos super hiis ad...instantiam prefati Osualdi certitudinaliter voluissemus informari et... magistrum Georgium Jakch, tesaurarium nostre maiestatis, ad cuius manus ipsa litteralia instrumenta tempore detentionis...Petri bani ex nostro edicto assignata fuissent, si in eodem numero post ipsius...bani liberationem eidem...ipsa litteralia instrumenta plene et in toto forent restituta, vel aliqua ex eisdem...in ipsa domo nostra tesauraria remanserint, vel ne, requisitum habuissemus, idem mag. Georgius habuit referre nostre maiestati, quod nullum ipsorum instrumentorum in...domo nostra tesauraria remansissent, sed...post ipsius Petri bani liberationem plenarie et numeratim et in eodem numero, quo a dicto...bano recepta fuerant et in predicta domo nostra tesauraria reposita extiterant, eisdem ex nostro edicto...extradedisset...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domine regine not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7653. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 564. No. 38.) - TRANSCR.: a) Stephanus palat. regni Hung. 1391. aug. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 7662. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 610. No. 31.).; b) Leustachius de Ilsua regni Hung. palat. 1392. jan. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 7743. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 32. No. 22.) - REG.: Olexik F., Középkori levéltártörténeti adatok. Levélt. Közl. 13(1935) p. 268.; Zsigmondkori oklt. I. nr. 1763. - COMM.: Czobor A., Országos Levéltár felállításának terve 1701-ben és az ország iratainak korábbi megőrzése. Levélt. Közl. 3(1925). p. 2.

109 1390. a. nov. 29.[1]

Magistratus civitatis Veterisbudensis dominam Katherinam, consortem Ladislai dicti Seres, hospitis de Veteribuda relictam Iohannis filii Martini de eadem a detentione et conservatione vel alio quovismodo alienatione rerum et bonorum ac fundi curiae, necnon vinearum et aliarum quarumlibet utilitatum memorati Iohannis condam mariti sui prohibuisse testatur.

ORIG.: Non extat. - MENT.: Lucas praepositus Budensis 1390. nov. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 3750. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 40.)

[1] Vide nr. 110.

110 (Óbuda), 1390. nov. 29.

(XII. die ferie VI. p. Martini.) Nos Lucas prep. ecclesie Budensis secretariusque cancellarius...domine Marie...regine Hungarie...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod cum domina Katherina consors Ladislai dicti Seres hospitis de Veteribuda, filia vidl. Bekus de eadem providam dominam relictam condam Iohannis filii Martini civis de... Veteribuda pretextu cuiusdam domus et fundi curie eiusdem in vicinitate curie Nicolai dicti de Buda a parte septemtrionali et a parte...occidentali domorum seu fundi curie dominarum sanctimonialium in eadem Veteribuda, necnon cuiusdam vinee in territorio Zuzywkereked habitarum in presentiam iudicis et iuratorum civium predicte civitatis in causam attraxisset, et tandem eadem domina relicta ipsius Iohannis medio tempore...de hoc seculo sublata eadem causa ad executores testamenti eiusdem domine, scil. Georgium iudicem, Petrum sartorem, Petrum dictum Genthih, Petrum germanum Dyonisii et Demetrium litteratum, iuratos assessores predicte civitatis eo, quod testamentaria fore videbatur ex transmissione regalis maiestatis in nostram tanquam ordinarii iudicis presentiam deducta extitisset. Demum nobis die dominico...ante festum b. Laurentii martiris[1], Bude, in domo magistri Iohannis Saracheni unacum...domino Iohanne doctore decretorum, comite capelle regie et archidiacono de Doboka, item...dominis vicario et canonicis nostris de capitulo Budensi, necnon magistro Iohanne de Sancto Salvatore prothonotario magnifici viri comitis Emerici Bubek iudicis curie regie et aliis...probis et discretis hominibus pro discutienda causa prenotata considentibus, predicta domina Katherina...contra eosdem executores proposuit eomodo: Quod cum domina Annus, consors Mayus filii Michaelis, civis de...Veteribuda, ava sua soror fuisset uterina prefati Martini patris dicti Iohannis de eadem, gravi prepedita infirmitate obmutuata loqui non valens, prenominato condam Iohanni filio Martini proximo suo unam ollam denariis repletam in uno angulo domus sue fossam in terram pede ostendisset, quam ...pecuniam prelibatus Iohannes decipsa terra...effodendo curiam et domos in predicta civitate, necnon vineam antedictas de eadem pecunia comparasset, et tandem intestatus ex hoc seculo decessisset, ex eoque universa bona et res, ac quelibet ipsius Iohannis hereditates titulo...consanguineitatis in ipsam tanquam verum successorem eorundem iure civili devolvi deberent...et hoc, ut predictus Martinus pater iam dicti Iohannis, frater ipsius domine Annus consortis Mayus extiterit, et eadem ava sua fuerit, et pecuniam prenotatam premisso modo demonstraverit eidem Iohanni, et tandem prenotatus Iohannes predictos fundum curie cum domibus in eadem habitis, ac vineam in Huzywkereked habitam ex eadem pecunia comparaverit per testes idoneos...civitatis Veterisbude, in eadem civitate domos habentes in termino ulteriori...possit...conprobare; et ibidem quasdam litteras iudicis et iuratorum predicte civitatis prohibitionales, anno in presenti emanatas[2] nobis curavit exhibere, in quibus prenominatam dominam Katherinam super huiusmodi premissis rebus et bonis ac fundo curie cum domibus in eadem curia habitis, necnon cvineis et aliis...utilitatibus condam Iohannis ...a detentione et conservatione vel alio quovismodo alienatione prenotatam dominam relictam Iohannis antedictam eisdem iudici et iuratis civibus per modum protestationis exhibuisse comperimus manifeste. Quo percepto...executores...testamenti...domine relicte Iohannis responderunt ex adverso, quod prefatus condam Iohannes...fundum curie cum domibus in eadem habitis, necnon vineam superius declaratam, in territorio Zuzyukereked sitam, cum propria sua pecunia pro se pretio comparasset et easdem simulcum aliis rebus et bonis suis universis prenominate domine consorti sue coram probis et honestis personis, fidedignis sacerdotibus scil. et aliis in ultimo suo eulogio testamentaliter legavisset...Postmodum vero

prenominata...relicta...Iohannis easdem domus cum fundo curie sue ac vinea in Zuzywkereked habita, similiter cum aliis...rebus et bonis suis...a...marito suo sibi devolutas gravi infirmitate preventa in suo ultimo testamento ipsis...executoribus, simili modo cum idoneis et fidedignis personis, sacerdotibus et laicis ac dominabus pro anima sua et...mariti sui ad voluntatem ipsorum ecclesiis, pauperibus et ad pia opera...per eosdem distribuendas et distribuenda legavisset, et hoc ibidem...exhibitionibus plurimarum litterarum privilegialium emptitionalium et testamentariarum capituli supradicti declaraverunt coram nobis. Quibus sic perceptis et...partium auditis propositionibus, visisque litteralibus instrumentis ...coram nobis productis, unacum...dominis et consociis nostris in adiudicatione ipsius cause considentibus iudicantes decrevimus..., ut prelibata domina Katherina premissam totalem suam actionem...adversus eosdem executores testamenti...domine relicte... Iohannis filii Martini testibus idoneis et fidedignis, civibus scil. predicte civitatis, quibus omnia premissa innotescunt...quintodecimo die predicti diei dominici nunc...venturi[3] coram nobis conprobare teneantur[a]...Tandem predicto termino adveniente...domina Katherina...undecim testes suos...coram nobis in iudicio produxit...et postmodum ipsis... examinatis eandem dominam...requisivimus, utrum assertionem suam per plures testes aut alio quovismodo melius...posset conprobare. Que dixit solummodo in depositionibus predictorum testium se contentari; parte vero ex altera prefati executores dixerunt hoc posse comprobare, quod...Iohannes filius Martini a decem, a virginti, a triginta, a quadraginta annis et ultra dictam domum et vineam tanquam emptitiam pacifice et quiete et nemine contradictore apparente possedisset, et quod...Iohannes filius Martini salubri confessione ad quendam Lucam sacerdotem, capellanum domini Egidii plebani...ecclesie s. Margarete de...Veteribuda, aliisque sacramentis ecclesiasticis premunitus suum ultimum testamentum...rite condidisset, et universa bona sua honeste domine Elizabeth, consorti sue...legavisset, et hoc vellent contra...dominam Katherinam per...litteralia instrumenta et per testes idoneos conprobare..., pro eo nos...ad quindenas predicti termini[4] dictam causam duximus...prorogandam. ...Ipso...termino adveniente prefati executores...exhibuerunt nobis quedam quatuor privilegia...capituli ecclesie predicte, cuius...prioris...feria secunda...p. f. b. Michaelis archangeli a. d, M°CCC^mo quinquagesimo[5] emanati...tenor... est..., quod Nicolaus dictus Ekus, filius Thome de sub castro Budensi...quandam domum suam seu sessionem in Veteribuda, in vicinitatibus domorum Petri filii Iohannis filii Chyde ab una parte et magistri Theuthus ex alia existentem, sibi...iure proximitatis devolutam, ...Iohanni filio Martini (hospiti de Veteribuda)...pro centum fl. (cum exp. caut.)...vendidit ...Secundi...sexta feria...p.f. convers. b. Pauli apost. a.d. M°CCC^moXL^mo quinto[6] confecti privilegii tenor...est..., quod domina Margaretha condam relicta Nicolai dicti Lokath, nunc uxor Iohannis de villa Calidarum aquarum...quandam vineam suam per...Nicolaum dictum Lokath, tunc maritum suum sibi testamentaliter legatam, in Kerekedmal existentem, vineis Nicolai filii...Chethe ab una parte et fratrum...s. Marie virginis ex altera vicina...Iohanni filio Martini (hospiti de Veteribuda) pro viginti quinque marcis (cum exp. caut.) ...vendidit...tertii (3.)...privilegii tenor est talis: (Vide nr. 77. Capit. ecclesiae Budensis 1389. jul. 7.)...Quarti vero (4.) privilegii continetur tenor...in hunc modum: (Vide nr. 97. Capit. ecclesiae Budensis 1390. jun. 7.) ...Ex quorum tenoribus comperimus... Iohannem filium Martini habuisse plenum...ius ad prefatos[b] domum et vineam et per consequens dominam consortem suam, executoresque suos[c] insuper produxerunt sex...testes...super eo, quod...Iohannes filius Martini...sacramentis ecclesiasticis premunitus suum ultimum testamentum fecisset, qui quidem testes...per nos...requisiti dixerunt, quod Iohannes filius Martini non decessisset intestatus, sed...presentibus ipsis... condidisset...suum ultimum testamentum, prout tenor prioris privilegii superius nominati continetur. Nos itaque cum aliis probis et scientificis viris in iudicio consedentes utriusque partis examinatis testibus et instrumentis revisis et intellectis nullum ius ipsi domine Katherine in predictis fundo curie, domibus ac vinea et aliis bonis predicti Iohannis..., sed ipsis executoribus...omne ius competere et debere...reperimus...; annotate domine Katherine, si aliqua instrumenta vel testes plures in causa premissa melius informatos habeat, extunc octavo die festi exaltationis s. crucis[7] coram nobis in iudicio producat...Tunc ipso termino adveniente...predicta domina Katherina non comparente, iidem executores per ipsam in causam attracti contumatiam ipsius accusaverunt, pro eo nos ipsam...reputavimus...esse contumacem et contra quemlibet ipsorum in sex marcis denariorum...fore convictam commisimus...et...ad octavum diem festi b. Michaelis archangeli[8] in nostram presentiam citari ad videndum publicari attestationes...testium et ad satisfaciendum de...birsagiis nobis et parti adverse...decem et octo marcas facientibus...Ipso termino occurrente...

homo noster...nobis retulit..., quod ipse feria tertia...ante festum b. Michaelis archangeli[9] ...dominam Katherinam in sua habitatione repertam nostram in presentiam citasset..., predicti vero in causam attracti...in iudicio comparentes...a nobis iustitiam fieri postulaverunt; nosque...reputavimus ipsam...fuisse contumacem et...contra quemlibet ipsorum secundo in sex marcis denariorum...esse convictam...committentes...et...ad feriam sextam...ante festum omnium sanctorum[10] tertio peremptorie citari ad videndum concludi in causa et ad satisfaciendum nobis et parti adverse de predictis birsagiis in toto quinquaginta quatuor marcas facientibus...Tandem ipso termino adveniente homo noster...nobis retulit ..., quod...sepedictam dominam Katherinam in Veteribuda, in publica via repertam, contra antedictos executores ad feriam sextam...ante festum omnium sanctorum[11] in nostram presentiam citavisset ad videndum concludi in causa et de...birsagiis nobis et parti adverse satisfaciendum. Tunc...domina Katherina non comparente, ipsique executores...a nobis iustitiam sibi fieri postularunt. Nosque...predictam dominam...reputavimus...contra... dictos executores tertio in decem et octo marcis denariorum fuisse convictam, et tandem eandem...quarto...citari decrevimus ad feriam sextam...post festum b. Martini confessoris...ad videndum fieri sententiam in causa premissa, et ad audiendum et videndum taxari percepta de ipsis domo et vinea per eandem. Demum ipso termino adveniente homo noster nobis retulit..., quod ipse...dominam Katherinam in domo sua propria repertam... ad predictum terminum...citavisset, dictoque termino adveniente...executores...iustitiam a nobis sibi fieri pecierunt. Nos itaque...unacum dominis collegiis[d], fratribus et assessoribus nostris...iudicantes decrevimus...prefatam dominam Katherinam in totali sua actione fore et esse convictam condempnantes eandem in perceptis et birsagiis in toto centum quinquaginta quatuor marcas gravis ponderis facientibus committentes eidem..., quod dictam domum et vineam remittat ipsis executoribus, et de dictis debitis nobis et... executoribus satisfaciat infra terminum sexaginta dierum, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo et reliqui viginti pro tertio et peremptorio termino eidem assignamus, alioquin ...excommunicationis et denuntiationis in hiis scriptis...mandantes universis dominis: domino lectori, cantori, custodi singulisque canonicis, prebendariis, rectoribus altarium, ac plebano sancte Margarete de Beteribuda, universis clericis et sacerdotibus in dicta Veteribuda nostraque vicaria constitutis, ut quotienscunque...predictos executores simul vel divisim, mediantibus hiis nostris litteris aliquis vestrum fuerit vel fueritis requisiti, totiens quotiens opus fuerit, in vestris ecclesiis diebus dominicis et festivis dum inibi multitudo populi ad divina audiendum convenerit, supradictam dominam Katherinam excommunicetis et aliis inibi existentibus excommunicatam denuntietis, evitetis et ab aliis arctius evitari faciatis tamdiu, quousque ad gremium sancte matris ecclesie contrita recurrerit, absolutionem vero predicte sententie nobis vel vicario nostro omnio reservamus...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. pontificali de filo sericeo viridis coloris pendenti. Arch. Nat. Hung. Dl. 3750. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 40.) - REG.: Fejér, CD. X/1. p. 641.; Bártfai Szabó: Óbuda nr. 98. (erronee); sub dat. 1390. dec. 13.; Zsigmondkori oklt. I. p. 197-198., nr. 1769.

[1] 1390. aug. 7.

[2] 1390. Vide nr. 109.

[3] 1390. aug. 21.

[4] 1390. sept. 4.

[5] 1390. sept. 21.

[6] 1390. oct. 6.

[7] 1390. sept. 27.

[8] 1390. oct. 28.

[9] 1390. nov. 16.

[a] recte: teneatur

[b] recte: prefatas

[c] recte: sui

[d] recte: collegis

(Bude, die primo Decembris.)...Pridem comparentibus Gregorio sancte Marie Magdalene et Nicolao beate Marie virginis plebanis Budensibus...coram nobis Rogerio de Canaciis iuris utriusque doctore, fructuum, redituum et proventuum curie apostolice in regno Hungarie generali collectore, ac sancti Petri de Pozega Quinqueecl. dioc. preposito, Leonardo de Peusaro decretorum doctore archidiacono Zagrabiensi, eiusdemque et Strigoniensis Ecclesiarum canonico, nec non...domini Iohannis...Strigoniensis ecclesie archiepiscopi, locique eiusdem comitis perpetui, ac aule regie et reginalium maiestatum supremi cancellarii vicario in spiritualibus generali, Stephano lectore et canonico Strigoniensi, Iohanne preposito eclesie sancti Thome martyris de promontorio Strigoniensi, Francisco cantore et canonico Strigoniensi, Stephano de Vegla archidiacono Goricensi et canonico in ecclesia Zagrabiensi, Iohanne de Saxonia iuris canonici periti, et Blasio parvo canonicis Strigoniensibus arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus per... honorabiles viros dominos Gregorium b. Marie Magdalene actorem ex parte una, et dominum Nicolaum b. Marie virginis reum ex altera, plebanos Budenses iurisdictionis Strigoniensis in et super differentiis inter ipsos exortis...Prefatus dominus Gregorius contra...dominum Nicolaum proponit..., quod, licet ecclesia b. Marie Magdalene parochialis existat, metas certas habens tam intra castrum Budense, quam extra, que mete...intra castrum Budense taliter distinguuntur: a porta claustri fratrum Praedicatorum usque ad murum castri Budensis..., deinde de dicta porta protrahitur...ad domum condam Konth palatini ad vicum, qui est penes domum Krazer, deinde transeundo plateam Wolnugi et veniendo ad vicum, qui mediatur per domum Francisci Bernhardi et Iohannis Leonhardi, ita quod recta linea protrahitur usque ad muros castri..., et sic versus sanctam Mariam Magdalenam de parochia ipsius sancte Marie Magdalene, et quod villa Logoth et Tothfalu, item platea iudeorum, et a sancto Iohanne usque ad curiam regis fuit similiter de...parochia sancte Marie Magdalene. Tamen...dominus Nicolaus rector ecclesie b. Marie virginis Budensis non contentus terminis suis...pluries et pluries falcem suam in messem meam imposuit per se et capellanos suos procurando et procurari faciendo, ministrando et ministrari faciendo parochianis meis ecclesiastica sacramenta ea, que iuris mei existunt, tollendo ...Quare per vos dominos...amicabiles compositores...metas supradistinctas pronuntiari, spectare et pertinere ad ecclesiam s. Marie Magdalene, et...dominum Nicolaum prohiberi, ne in dicta parochia mea de hiis, que ad ipsum non pertinent per se et suos se intromittat... Ex parte autem domini Nicolai plebani s. Marie virginis...extitit...responsum: Quod... ecclesia b. Marie virginis est principalis et matrix ecclesia...castri Budensis, suburbiorum et continentium edificiorum, et quod ecclesia b. Marie Magdalene est filialis et capella ipsius plebis b. Marie virginis et infra limites plebis sue s. Marie virginis, nullamque habet parochiam, sed in certis locis ex concessione et conniventia sui et predecessorum suorum ecclesiastica sacramenta administrat et iura parochialia exercet et omni iurisdictioni plebano b. Marie virginis...subest, et ad ipsum institutio et destitutio pertinet, et in signum huiusmodi subiectionis annuatim...plebano et ecclesie b. Marie virginis ratione census in quatuor marcis et uno fertone argenti obligatur..., villamque Logoth et Tothfalu fuisse et esse de parochia b. virginis. Quare petebat per nos arbitros... ecclesiam s. Marie Magdalene pronuntiari et declarari filialem et infra limites parochie b. Marie virginis sitam, subiectamque, et capellam, atque censualem fuisse et esse, et compelli ad dandum censum usque modo per triginta annos retroactos non solutum...et... villas Logoth et Tothfalu fuisse et esse de parochia b. virginis. Econverso dicebat... dominus Gregorius plebanus s. Marie Magdalene..., quod ecclesia b. Marie Magdalene erat ecclesia parochialis, per se distinctos habens limites et in nullo suberat, neque tenebatur ecclesie predicte b. Marie virginis. Quibus petitionibus et responsionibus antedictis utrique parti certum statuimus terminum ad probandum intentionem eorum, infra quem...per utramque partem nonnulli testes fuerunt adducti, quibus...diligenter examinatis, volentes certius de iuribus utriusque partis certificari, alium terminum ipsis...ad producendum omnia privilegia, iura,instrumenta et munimenta statuimus. Et ut se iuvare valerent negotio in presenti, infra terminum nonnulla fuerunt producta munimenta sedis apostolice legatorum, archiepiscoporum Strigoniensium, compositionum alias inter partes habitarum. Quibus visis et diligenter examinatis una cum depositionibus testium pro utraque parte productorum..., metis et distinctionibus metarum inspectis, de quibus in petitione... domini Gregorii mentio fiebat, habitaque consideratione potissime privilegiorum...Phillippi et Lodomerii olim archiepiscoporum Strigoniensium, et aliorum quam plurimorum archiepis-

coporum loquentium de metis ipsius, subiectione, censu et filiatione, laboravimus ad concordiam inter se faciendam partes reducere..., ad quam inter se non volentes pervenier, nos tandem considerantes, quam bonum pacis merito reformandum nos constringit, fortiterque et arctat, ut quod non potuit ex partium decidi concordia, sententia nostra finem daret, eisdem diem presentem ad audiendam nostram pronuntiationem et deliberationem... partibus assignavimus. Quo adveniente et partibus ambabus in nostra presentia personaliter constitutis...tali modo...componimus et sentiamus atque pronuntiamus, quod parochia b. Marie virginis incipiat in porta curie fratrum claustri s. Nicolai de ordine predicatorum usque ad murum castri, deinde de dicta porta veniendo ad domum Konth palatini ad vicum, qui est penes domum Krazer, deinde transeundo plateam Wolnugi veniendo ad vicum, qui mediatur per domum Francisci Bernhardi et Iohannis Leonhardi, ita quod recta linea protrahatur usque muros castri Budensis, ita quod versus meridiem usque ad curiam regis sit et esse debeat cum villa Logoth extra muros castri existente de parochia et in parochia b. Marie virginis; versus autem septemtrionem intra muros et extra muros a via petrosa recta linea usque ad novum murum, seu portam per quam itur ad sanctum Lazarum continuando ultra et extra murum a sancto Lazaro versus patibulum, quod est prope viam et per quam itur ad s. Laurentium monasterium heremitarum sancti Pauli cum parte, que vocatur Tothfalu vulgariter, sit et esse debeat parochie et de parochia s. Marie Magdalene taliter, quod plebanus, qui pro tempore fuerit ecclesie s. Marie Magdalene in perpetuum ratione census plebano s. Marie virginis in die assumptionis b. Marie virginis marcam unam argenti communis, aut quatuor florenos auri solvere teneatur, hinc inde partibus perpetuum silentium imponentes super omnibus et singulis ab utraque parte propositis et petitis...Quo quidem arbitramento, pronuntiatione, compositione et diffinitione per nos... factis et promulgatis in presentia partium...de voluntate unanimi consensu omnium nostrum ipsis partibus lectis, pronunciatis et expositis, illico partes predicte dictam pronuntiationem nostram...emologarunt, approbarunt et ratum et firmum habuerunt. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes...litteras...per Martinum Iohannis de Turnowya...notarium publicum...et curie archiepiscopalis Strigoniensis ac in causa huiusmodi scribam infrascriptum scribi et publicari mandavimus, nostrorumque sigillorum singulorum appensionibus una cum subscriptione prefati notarii fecimus communiri. Lecta, lata, pronuntiata et in scriptis promulgata fuit dicta...dompositio per...dominum Leonardum de Peusauro...una cum (arbitris)...superius...descriptis...presentibus dictis partibus...arbitrium statim...approbantibus Bude,...in domo honor. domini Rugerii de Canaciis...presentibus dominis Ubertino Nicolai de Fontana de Placentia canonico s. Iohannis de castro s. Iohannis, Gregorio Petri de Topolczano canonico Strigoniensis, Nicolao Benedicti de Kerestur presbytero Strigoniensis diocesis, Michaele presbytero de suburbio castri Budensis et Nicolao Elck de villa Logoth...testibus ad haec habitis et rogatis...

ORIG., TRANSCR., etc. non habentur. - ED.: Schier, Buda sacra p. 103-111.; Katona: XI. p. 297-300. (partim); Fejér: CD. X/1. p. 622-629; Palugyay: Buda-Pest p. 180-181. (partim). - REG.: Wenzel: M. Tört. Tár IV(1857) p. 159-161.; Bártfai-Szabó: Pest m. p. 104-105. nr. 462.; Zsigmondkori oklt. I. p. 199. nr. 1774. (Omnes ex editione Schier.)

112 Roma, 1390. dec. 21.

(Rome, ap. s. Petrum, XII. Kal. Jan., a. II.) Bonifatius (IX.)...univ. Christi fidelibus salutem...Cupientes, ut altare s. Spiritus...in parochiali eccl. b. Marie Magdalene de Buda, Vespr. dioc., congruis honoribus frequentetur..., omnibus..., qui in...s. spiritus festivitate et in dedicatione ipsius altaris prefatum altare...visitaverint annuatim et ad eius fabricam manus porrexerint adiutrices..., duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis...relaxamus...

ORIG.: Reg. Datariae seu Lateranensia anni Liber XV., fol. 191. Arch. Secr. Vatican. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 112-113.; Zsigmondkori oklt. I. p. 201. nr. 1801. Mon. Rom. Vespr. II. p. 273.;

113 1390. dec. 24.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum filium Andreae de Zenche iuratum concivem domum suam in suburbio civitatis habitam Johanni archiepiscopo Strigoniensi, item Nicolao filio Johannis de Kanizsa magistro tavarnicorum regalium ac Stephano fratribus praedicti archiepiscopi pro nongentis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1396. febr. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 7657. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 201., nr. 1814.

Nos Iohannes dictus Pernhauser iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Nicolaus filius Andree de Zenche iuratus concivis noster coram nobis personaliter constitutus quandam domum suam in suburbio castri predicti, in vicinitate domorum Emerici de Brechen et Stephani dicti...[1] a magistro Simone...[2] similiter concive nostro modo ad ipsum occasione certorum debitorum in litteris propriis ipsius magistri Simonis...[3] devolutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, nullo penitus contradicente, vendidit et tradidit reverendissimo in Christo parti et domino domino Iohanni archiepiscopo eclesie Strigoniensis, item magnifico viro domino Nicolao filio Iohannis de Kanysa magistro Tauarnicorum regalium et Stephano filio eiusdem Iohannis, fratribus scilicet predicti domini archiepiscopi uterinis et eorundem Nicolai et Stephani heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro nonnigentis[a] florenis pro centum plene perceptis et habitis ab eisdem. Assumpsit nichilominus memoratus Nicolaus filius Andree de Zenche eosdem dominum archiepiscopum, necnon dominum Nicolaum et Stephanum fratres suos ac heredes eorundem Nicolai et Stephani ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium prefatarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia nativitatis Christi, anno eiusdem millesimo CCC^mo nonagesimo.

[a] recte: nongentis

[1] 2-3 vocabula non sunt legibilia

[2] unum vocabulum non est legibile

[3] tria vocabula non sunt legibilia

114 Roma, 1391.febr.4.

(Rome, II. Nonas Febr.) Bonifatius episcopus servus servorum dei...abbati monasterii Scotorum in Wyenna Pataviensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis...pro parte...universorum parochianorum ecclesie parochialis b. Marie virginis castri novi montis Pestiensis Vesprimiensis diocesis petitio continebat, quod licet s. Marie Magdalene, quae in ipso castro et s. Petri martyris in suburbio eiusdem castri capellae dicte diocesis infra limites parochie ecclesie predicte existant et ius presentandi rectores ad ipsas capellas pro tempore loci ordinario ad rectorem eiusdem ecclesiae etiam pro tempore existentem de antiqua et approbata, hactenus pacifice observata consuetudine pertineat, ipseque capelle etiam a tempore fundationis earum aliquas parochias seu proprios et distinctos limites a...limitibus eiusdem ecclesiae non habuerint..., sed ipsi rectores pro tempore dictarum capellarum eidem rectori eiusdem ecclesie...immediate subesse noscantur, sibique in signum subiectionis huiusmodi ratione dictarum capellarum quilibet eorum certum censum annuum solvere ac honores et reverentias exhibere teneantur et ipsi...parochianis eiusdem ecclesie extra ipsas capellas ecclesiastica sacramenta ministrare non possint, sed duntaxat Ungaris seu advenis et peregrinis ac aliis hominibus ad dictum castrum pro suis negotiis ibidem expediendis pro tempore confluentibus, qui ydioma Theutonicum, quod parochiani predicti communiter loquuntur, non intelligunt, in eisdem capellis possint duntaxat huiusmodi sacramenta ministrare,

idque observatum fuerit a tempore, cuius contrarii memoria non existit. Tamen olim inter ...Nicolaum rectorem eiusdem ecclesie ex una parte, nec non Gregorium Nicolay dicte diocesis, qui in sancte Marie Magdalene, ac Gerhardum de Chenaden Chenadiensis diocesis presbyteros, qui in sancti Petri capellis predictis tunc...vacantibus successive se intrudi procurarunt, licet de facto eo, quod idem Nicolaus dictos presbyteros easdem capellas detinuisse et detinere indebite occupatas et etiam ipsum Nicolaum et dictam ecclesiam huiusmodi censum contra iustitiam...spoliasse..., nec non sibi huiusmodi honores et reverentias exhibere denegasse..., nec non quibusdam ex parochianis eisdem presertim circumcirca dictas capellas habitantibus huiusmodi sacramenta contra ipsius Nicolai voluntatem ministrasse... et alias ipsos rectorem et ecclesiam super certis aliis iuribus parochialibus ipsius ecclesie multipliciter impedivisse..., Gregorius vero et Gerhardus predicti...premissa non esse vero, sed quamlibet dictarum capellarum esse curatam et habere distinctos et separatos parochiam et limites ab huiusmodi limitibus et parochia eiusdem ecclesie asserebant...et nonnullis aliis articulis coram...vicario in spiritualibus generali...archiepiscopi Strigoniensis, cui dictum oppidum cum ecclesia et capellis huiusmodi, nec non clerus in eodem oppido commorans de simili consuetudine in spiritualibus subsint, orta fuisset materia quaestionis, eandem Nicolaus et Gregorius, nec non Gerhardus ...ad id eisdem parochianis, ad quos presentatio rectoris eiusdem ecclesie...pertinet et quorum intererat, non vocatis...super premissis in certos canonicos ecclesiae Strigoniensis...compromittere curaverunt. Qui quidem arbitri huiusmodi compromisso in se suscepto ...iniquum tulerunt arbitrium inter partes, per quod inter cetera statuerunt,...quod quaelibet dictarum capellarum certos parochiam et limites ab huiusmodi limitibus dicte ecclesie in castro et suburbiis, nec non infra eosdem limites eiusdem ecclesie habere deberent et huiusmodi novos limites cuilibet earundem capellarum designarunt, ac etiam dictus archiepiscopus huiusmodi arbitrium auctoritate ordinaria confirmavit et approbavit etiam de facto. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, predicta ecclesia, in qua unus rector et triginta presbyteri divinum cultum ut plebani peragere consueverunt et peragunt, ac... parochianis...sacramenta ministrare tenentur, qui quidem triginta presbyteri debent per ipsum rectorem eiusdem ecclesie pro tempore de fructibus ipsius ecclesie et oblationibus, que ibidem fiunt pro tempore sustentari, per arbitrium, statutum et ordinationem, designationem, confirmationem predictam sit multipliciter laesa et potissimum in divino cultu, nec non in fructibus et oblationibus huiusmodi et adeo diminuta, quod etiam rector eiusdem ecclesie et triginta presbyteri predicti ex fructibus et oblationibus...nequaquam vivere possunt decenter, ac etiam ipsa ecclesia in luminaribus et ornamentis ecclesiasticis ad divinum cultum in dicta ecclesia necessariis...fuerit non mediocriter fraudata: pro parte dictorum parochianorum fuit nobis...supplicatum, ut ipsos et eandem ecclesiam contra arbitrium, statutum, ordinationem, designationem, confirmationem et approbationem predicta...et omnia inde secuta...in eum statum, in quo ante in ecclesia Nicolaus et parochiani predicti fuerunt, restitui, ac dictos intrusos ab eisdem capellis amoveri, eosque ad solvendum eidem ecclesie censum, per eos...hactenus non solutum sive retentum compelli mandare et alias eisdem ecclesie et parochianis super premissis de oportuno remedio providere...dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue ...mandamus, quatenus vocatis eisdem Nicolao, Gregorio et Gerhardo et aliis, qui fuerint evocandi, super premissis...inquiras...veritatem et si per inquisitionem huiusmodi eosdem ecclesiam et parochianos inveneris per arbitrium, statutum, ordinationem, confirmationem, designationem et approbationem predicta seu eorum aliqua fore laesos, arbitrium, statutum, ordinationem, confirmationem, designationem et approbationem predicta, quatenus de facto processerunt, auctoritate apostolica revoces et annulles..., nec non contra ea ecclesiam et prefatos parochianos...in integrum...restituere et eosdem Gregorium et Gerhardum, si eos in ipsis capellis intrusos, aut eas minus canonice detinere inveneris, ab eisdem... amoveas, ipsosque ad solvendum...censum non solutum et retentum ecclesie predicte... compellas...et alias in premissis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati...compellas veritatis testimonium perhibere...

ORIG., TRANSCR., etc. non extant. - ED.: Schier: Buda sacra p. 111-117.; Katona: XI. p. 300-305.; Fejér: CD.X/1. p. 712-717. - REG.: Wenzel: M. Tört. Tár IV(1857) p. 161.; Zsigmondkori oklt. I. p. 205. nr. 1878. (Omnes ex editione Schier.)

115 Visegrád, 1391. febr. 24.

(in Wissegrad, in Mathye.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t. pr. signific. quibus exp. univ., quod mag. Nicolaus Nitriensis procurator causarum nostre maiestatis, ac religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda per nos ipsis datus...vice...earundem...quasdam litteras privilegiales... Lodouici...regis...super quibusdam gratiis et libertatibus...per ipsum...iobagionibus prescriptarum religiosarum dominarum litteris in eisdem expressis datis...confectas nobis presentavit supplicans nostro culmini..., ut...tenorem earundem presentibus...inseri... nostroque sigillo mediocri consignari facere dignaremur..., quarum tenor is est: (Vide Ludovicus rex Hungariae 1358. nov. 18.[1]) Nos...supplicationibus...magistri Nicolai... nobis porrectis...cum favore inclinati, premissas litteras...transscribi nostroque sigillo mediocri consignari fecimus ad cautelam...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. In dorso manu saec. XV-XVI. Vt nullas[a] iobagiones earum valeant iudicare, arestare et super eas[b] nulla tributa earum magistri agazonum unam marcam exigere non possunt adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 4806. (Sign. ant.: Act. Eccl. Cameralium Fasc. 71. No. 90.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 208., nr. 1907.

[1] Anjou VII. p. 493-495.

[a] recte: nullos

[b] recte: eos

116 Wien, 1391. mart. 2.

(Wyennae, secunda Martii.) Donatus...abbas monasterii b. Marie virginis Scotorum in Wyenna, ordinis s. Benedicti, Pataviensis diocesis, iudex in causa (infrascripta)...a sede apostolica specialiter deputatus honorabilibus viris dominis sancte Marie in Pesth et s. Gerhardi sub monte Pestiensium ecclesiarum plebanis Vesprimiensis diocesis, omnibusque aliis et singulis, qui presentibus requisiti fuerint...Litteras...domini Bonifatii ...pape noni...nos... accepisse noveritis per omnia in hec verba: (Vide nr. 114. Bonifatius papa IX. 1391. febr. 4.) Post quarum quidem litterarum presentationem fuimus per dominum Phasoldum procuratorem predictorum parochianorum...requisiti, ut earundem...vigore citationem contra ipsos decernere dignaremur. Nos vero Donaldus abbas et iudex prefatus volentes mandatum apostolicum...exequi, ...citationem contra eosdem decrevimus faciendam, quocirca vobis dominis plebanis...in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis poena, quam..., nisi feceritis, quae mandamus, ferimus in hiis scriptis, districte precipiendo mandantes, quatenus prefatos dominos Nicolaum, Gregorium et Gerhardum ac omnes alios, quos procurator praedictorum...dixerit nominandos, ad nostram...citetis praesentiam, quos et nos...presentibus citamus, ut quartadecima die...post insinuationem presentium, si iuridica fuerit, alias proxima die iuridica immediate sequente coram nobis Wyennae in nostro monasterio...compareant ad dicendum contra premissa, si quid velint...et ad procedendum et procedi videndum ad omnes et singulos actus successive usque ad diffinitivam sententiam inclusive, alioquin contra ipsos...utique procedemus, ipsorum absentia non obstante...

ORIG., TRANSCR. etc. non extant. - ED.: Schier, Buda sacra p. 111., 117-118.; Katona: XI. p. 305-306.; Fejér: CD. X/1. 712., 717-718. - REG.: Wenzel: M. Tört. Tár IV(1857) p. 161.; Zsigmondkori oklt. I. p. 209. nr. 1915. (Omnes ex editione Schier.)

117 1391. mart. 7.

Magistratus civitatis Budensis Angelum fil. condam Berty de Florencia concivem domum suam Budae habitam Nicolao fil. Johannis de Kanizsa, tavarn. regal. magistro pro sexingentis fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu fere coaeva scripta a) Super domo aciali ex opposito ecclesie b. Virg., in qua nunc aurifaber moratur et b) Littera venditionalis per Angelum magistro tavarnicorum facta adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7675. - REG.: Zsigmondkori oklt.I, p.210., nr. 1921. - MENT.: Kardos, Századok 70(1936) p. 414.; Pataki: Bud. Rég. p. 286-287., not. 27.

Nos Iohannes dictus Pernhawser iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod discretus vir Angelus filius quondam Berty de Florencia, concivis noster, coram nobis personaliter comparendo quandam domum suam in castro predicto acialem, ex opposito ecclesie beate virginis Marie nostre parochialis, in vicinitate domorum Wlfingi filii Nicolai et monialium de insula leporum habitam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis, de consensu omnium proximorum suorum, ymo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit magnifico viro domino Nicolao filio Iohannis de Kanyza, Thauarnicorum regalium magistro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro sexingentis florenis auri plene perceptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Angelus filius quondam Berty de Florencia eundem dominum Nicolaum filium Iohannis de Kanyza suosque heredes ac posteros ab omnibus ratione predicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria tertia proxima post dominicam Letare, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

118 1391. apr. 22.

(X. Kal. May.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad cunctorum... notitiam volumus pervenire, quod nos spe et devotione nostris, quibus erga cultum s. Pauli primi heremite, cuius corpus beatissimum in claustro s. Laurentii martiris cominus Budam stabilito gloriosis corrusscat miraculis, animus noster sedule exuberans illustratur, ex mistico spiramine inducti volentes, ut capituli... fratrum heremitarum ordinis ipsius s. Pauli solita... celebratio generalis cunctis perpetuis in temporibus claustro b. Laurentii martiris in prescripto iugiter effectui in cultu divino mancipetur, mera auctoritate et tota potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre maiestatis sancientes decrevimus... et in evum concedimus, ut annis singulis deinceps in antea absque temporis intervallo occurrentibus trecenti fl. auri de collecta civium nostrorum Budensium solita annuali semper in festo b. Georgii martiris... priori et fratribus heremitis in claustro... antefato... deo famulantibus pro sustentatione et alimentis fratrum ... ad celebrationem dicti capituli generalis annis et temporibus solitis confluentium... per iudicem et iuratos cives nostros Budenses... persolvi debeant et assignari... temporibus successivis... ex presenti decreto et... annuentia nostre maiestatis presentium patrocinio mediante; mandantes... vobis iudici et iuratis civibus nostris... antefatis... nostro regio sub edicto, quatenus semper et in ewm singulis annis deinceps occurrentibus... in... festo b. Georgii martiris... pretaxatos trecentos fl. auri de collecta civium nostrorum solita Budensium annuali predictorum pretextu... celebrationis... capituli fratrum heremitarum... in dicto claustro b. Laurentii martiris... in eternum fiendi priori et fratribus heremitis... ad nostram rationem persolvere et amministrari facere debeatis... Et ut nostra... concessio roborem... enancisci queat perpetue firmitatis sub nostra et nostrorum successorum regum Hungarie tuitione et tutela speciali illibate in evum permansura, presentes litteras privilegiales... sigilli nostri... dupplicis munimine roboratas pro... claustro et fratribus heremitis duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo rubei coloris pend. In superiore margine Propria commissio domini nostri regis not. canc. legitur. In dorso manu coaeva sequens adnot. est scripta: Littera domini Sigismundi regis super donatione CCC florenorum aureorum pro capitulo generali de redditibus Bude in festo sancti Georgii martiris absque crastinatione. Arch. Nat. Hung. Dl. 7684. (Sign. ant.: Pauli Bud. S. Laur. Fasc. 9., No. 1.) - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1406. febr. 18. Arch. Nat. Hung. Dl.

8835. b) Sigismundus rex Hung. 1406. febr. 18. > Ladislaus V. rex Hung. 1456. maj. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8833. - COPIA SIMPL.: Sigismundus rex Hung. 1406. febr. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 8334. - ED.: Fejér: CD. X/1. p. 670-672. - REG.: Schmitth, Epp. Agr. I. p. 354.; Katona: Hist. crit. XI. p. 311-312.; Wenzel: M. Tört. Tár IV(1857) p. 161.; Zákonyi: Századok 45(1911) p. 697.; Zsigmondkori oklt. I. p. 218., nr. 1988.

119 1391. maj. 16.

(III. die Penthec.) Nos Dominicus prepositus et Conventus eccl. S. Crucis de Lelez m. comm., quod nobilis domina Clara vocata, filia Blasii de Barand, relicta condam Johannis filii Stephani de Zentus et nobilis puella Frosinna..., filia cond. Georgii filii Poka de Zeten coram nobis (comparendo) per easdem...confessum extitit..., quod...domina Clara...Johannem filium Mako de...Zentus super facto dotis et rerum paraphernarum suarum sibi de...iuribus possessionariis...Johannis filii Stephani...mariti sui...iuxta regni consuetudinem provenire debentium..., receptis...pro totali expeditione...ab eodem Johanne...viginti marcis denariorum computi Budensis plene et integre; prefata vero... puella Frosinna...eundem Johannem filium Mako super facto dotis et rerum paraphernalium condam...avie sue sibi de...possessionariis iuribus condam Poka de...Zentus, avi sui... similiter receptis...ab ipso Johanne filio Mako sex marcis denariorum computi Budensis, plene et integre reddidissent expeditum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.486. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 228., nr. 2044.

120 Buda, 1391. maj. 18.

(Bude, V. f. Penthec.) Sigismundus...rex. Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera)...prelatis, baronibus, signanter...palatino et iudici curie nostre, necnon...omnibus regni nostri iudicibus et iustitiariis...Gravis querela in personis rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Insula leporum... maiestati nostre explicabat, quod quia...Stephanus voyuoda regni nostri palatinus temporibus inpacatis proxime retrolapsis universas possessiones ipsarum[1]...in Symigiensi...ac... Baranya, necnon...Zinkota (et) Zenthmyhal cum aliis iuribus possessionariis ad easdem spectantibus in Pestiensi...comitatibus habitas...a cunctis illegitimis impetitoribus cupiens defensare, quosdam familiares suos...tamquam officiales et tutores sua in persona constituisset possessionibus et villis ipsarum..., ipsique...possessionibus et villis de eisdem plerisquam regnicolis nostris, nobilibus et ignobilibus non modica dampna et varia acta potentiaria...intulisse(n)t; ...nichilominus nonnulli familiares magistri Nicolai Zambo per ipsum similiter in dictis possessionibus...tamquam officiales contra voluntatem ipsarum sanctimonialium constituti quamplura nocumenta diversis personis hominum inferre veriti non fuissent; ideo nunc prefati regnicole nostri...per ipsos officiales de dictis possessionibus...dampnificati pretaxatas ipsarum rel. dominarum possessiones et populos in eisdem residentes in iudicio et extra iudicium...dampnificare conarentur toto posse. Unde...nos decrevimus, ut pro pretaxatis excessibus...ipsorum officialium...domini palatini et magistri Nicolai Zambo...ipsarum rel. dominarum possessiones et populi in eisdem residentes nullatenus queant...per quempiam...in iudicio et extra iudicium agravari..., sed dumtaxat prefati officiales cunctis querulantibus teneantur...propriis suis cum personis et rebus... respondere in premissis, prout dictaverit ordo iuris...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dextera parte superioris marginis et sub sigillo Propria commissio domini regis ex deliberatione baronum not. canc. legitur, in dorso vero manu coaeva tizt tartoert az azzonyokat ne lelhessek adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7694. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 55., No. 16.)- REG.: Bártfai-Szabó: Pest m. p. 105., nr. 464.; Zsigmondkori oklt. I. p. 226., nr. 2045. - MENT.: Fejér: CD. X/1. p. 689.

[1] In litteris nominatas.

121 Buda, 1391. jun. 15.

(Bude, ...Indict. XIV., die XV. Jun.) Leonardus de Pensaŭro, decr. dr., archidiac. Zagrabiensis, eiusdemque et Strigoniensis ecclesiarum canonicus..., Johannis archiepiscopi Strigoniensis eiusdemque loci comitis perpetui, necnon regalis et reginalis maiestatum supremi cancellarii in spiritualibus vicarius generalis...Venit in nostri presentiam providus et honestus vir, Hengmannus de Sebnicia, pronunc comes et urburarum regius de Crempnicia, de Königsberg et de dicta Sebnicia, sua nobis petitione detexit, ut ipse...hospitale cum oratorio eidem annexo in honorem b. Elisabeth in fine dicte civitatis Königsperch, versus orientem, suis expensis et laboribus edificari et construi procurasset, velitque illud... amplioribus edificiis et structuris decorare, necnon elymosinarum largitionibus congruis pro debilium et degenerantium personarum ibidem confluentium, ac magistri eiusdem domus seu hospitalis sustentatione...decenter dotare, imo pro nunc quandam domum suam in civitate Budensi prope ecclesiam b. Georgii martiris versus partem orientalem, in vicinitate domus Marci Stoyan, iurati civis in eadem Buda...cum suis pertinentiis, fructibus et proventibus dicto hospitali et magistro eiusdem pro tempore constituendo, dedisset et in perpetuum donasset tali modo: quod de censu annuali eiusdem domus, cuius quantitas se ad centum fl. aureos ascendit, quadraginta fl. auri magistro dicti hospitalis pro tunc constituto, qui per se vel per alium perpetue diebus singulis in dicta ecclesia seu oratorio missam celebrare tenebitur, residua vero pars dicti census pro infirmis et pauperibus eiusdem hospitalis per conventorem dicte domus administrari debebunt et exhiberi ita tamen, quod idem magister hospitalis cum eodem hospitali et oratorio a iurisdictione ecclesie parochialis in dicta Königsberk ac plebani eiusdem pro tunc seu perpetue existentis separati sequestratique existant penitus et exempti; quod etiam ipse Hengmannus comes quoad tempora vite sue et post mortem ipsius proximi et consanguinei sui de consilio comitis et iudicis et iuratorum civium de eadem Konigsperk magistrum idoneum prefati hospitalis eligendi...et presentandi ius habeant patronatus per archiepiscopum Strigoniensem confirmandum...Nos itaque...omnia superius expressa et pro huiusmodi pietatis opere per prefatum Hengmannum comitem ordinata...et ex speciali commissione per...dominum archiepiscopum nobis facta, eisdem consensum prebemus...

ORIG.: Membr. in Archivo civit. Ujbánya (Nová Bana). - ED.: Fejér: CD. X/3. p. 117-119. - REG.: Botka: Barsmegyei oklt. p. 72.; Zsigmondkori oklt. I. p. 234., nr. 2093.

122 1391. jun. 19.

(In Gervasii et Prothasii.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. c., quod Petrus filius Bekes de Felkezew...quandam mediam vineam suam in monte Patlan existentem, in vicinitate Andree filii Elie habitam, eidem Andree filio Elie pro septuaginta fl. centenariis pignori...obligavit coram nobis tali modo, quod si...predictam...vineam...in festo s. Michaelis archangeli nunc venturo[1] ...redimere posset, extunc idem Andreas...eidem Petro...eandem...remittere...teneretur, si autem... eandem...in predicto festo... redimere non posset, extunc eadem media vinea simul cum omnibus suis utilitatibus pro premissis septuaginta fl. eidem Andree filio Elie mediantibus aliis litteris nostris privilegialibus tunc emanandis perpetuaretur possidenda...

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7705. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1599. No. 17.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 234., nr. 2100.

[1] 1391. sept. 29.

123 Buda, 1391. jun. 21.

(Bude, f. IV. a. nat. Ioh. bapt.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod Iohannes filius Mathe de Pykfalua in persona Petri filii Petri de Sobchfalua...nobis per modum protestationis et prohibitionis significare curavit, quod...comes Veluengh,

civis civitatis nostre Budensis usus, fructus, nonas decimarum ac quaslibet utilitates et proventus portionis sue possessionarie in possessione Zenthelsebethfalua habite, ac cuiusdam molendini in fluvio Danuby existentis pro seipso occupare seu usurpare niteretur... Unde faciens ipsam protestationem prefatum Veluengum ab occupatione, detentione et quarumlibet utilitatum perceptione vel percipi factione dictorum portionis et molendini et alios quoslibet facta vel facienda prohibuit coram nobis...

ORIG.: Charta pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Máriássy) Dl. 60.466. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 234., nr. 2105.

124 1391. jul. 9.

(II. quind. Ioh. bapt.) Nos Dominicus prepositus et conventus ecclesie s. Crucis de Lelez m.c., quod cum iuxta continentiam litterarum magnifici viri, domini Stephani, regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum...Symon et Ladislaus filii Nicolai, ac Osvaldus filius Laurentii de Rozgon in quindenis festi nat. b. Ioh. bapt.[1]...litteralia instrumenta per...Demetrium cardinalem, Strigoniensis ecclesie pridem gubernatorem ipsi Symoni ac aliis ipsorum modo in...litteris predicti...Stephani palatini declarato restituta...ad nostram presentiam in specie portare et...in ecclesia nostra kathedrali in uno altari deponere, hiisque habitis ibidem centesimo et quinquagesimo se nobilibus, scil. quibuslibet ipsorum quinquagesimo se sacramenta prestare debuissent; ipsis...quindenis...occurrentibus prefati Symon, Ladislaus et Osvaldus de Rozgon...duo privilegia in...nostra ecclesia...in altari s. Crucis coram nobis deposuerunt, et...ibidem centesimo et quinquagesimo se nobilibus...presente et audiente magistro Georgio Zudar dicto iuraverunt...super eo, quod prefatus...Demetrius cardinalis post detentionem domini Petri Zudar bani de domo Thezauraria reginali plura instrumenta litteralia preter per ipsos super dictum altare s. Crucis coram nobis deposita ipsis simul vel singillatim ipsorum alteri non restituisset, nec erga ipsos vel ubilibet alias ad scitum ipsorum ex ipsis instrumentis per...dominum cardinalem restitutis sunt et existunt, magisterque Georgius filius Jakch ex instrumentis prefati domini Petri bani et fratrum suorum penitus nullum instrumentum ipsis dedisset...; factaque ipsa iuramentali depositione, iidem Symon, Ladislaus et Osvaldus de Rozgon prefatum magistrum Georgium Zudar dictum super eo, utrum ipse contra iuramenta vel coniuratores ipsorum in aliquo contradiceret vel ne...pluries coram nobis requisitum habuerint, qui... nec sacramentis, nec iuramentis ipsorum, neque coniuratoribus eorum in aliquo contradictionis velamine obviavit. Hiisque...peractis nos eadem duo...privilegia per...nobiles de Rozgon coram nobis deposita in trapellum sub impressione sigilli nostri includendo eisdem nobilibus de Rozgon per ipsos in octavis festi b. Iacobi apostoli[2]...coram...domino palatino in iudicio sub eodem sigillo nostro ad examinandum...producenda...restituimus...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7710. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 564. No. 35.) - REG.: Mayer B.: Levéltártörténeti adatok. Levélt. Közl. 2(1924) p. 142. reg. nr. 1.; Zsigmondkori oklt. I. p. 237., nr. 2134/a. - COMM.: Hajnik I.: A királyi könyvek a vegyes házakbeli királyok korszakában. Akad. Értek. tört. tud. köréből. VIII. 3. p. 17.

[1] 1391. jul. 8.

[2] 1391. aug. 1.

125 Roma, 1391. jul. 17.

(Rome, ap. s. Petrum, XVI. Kal. Aug., a. II.) Bonifatius (IX.)...episcopo Canadiensi...ad audientiam nostram deducto, quod Michael archidiac. Temessiensis in eccl. Canadiensi...in laicorum personas homicidia perpatravit...(et sic)...dicto archidiaconatu...reddidit se indignum...Nos volentes...Dominicum Petri canonicum Cenadiensem...horum intuitu favore prosequi gratioso, ipsumque in eadem eccl. honorare; fraternitati (igitur) tue mandamus, quatenus, si...eundem...bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias (ad) obtinendum dictum archidiaconatum idoneum reppereris...,

archidiaconatum predictum..., cuius...proventus centum fl. auri...valorem annuum...non excedunt - sic vacantem...eidem Dominico auctoritate nostra conferas...et...faci(as)...sibi ...de ipsius archidiaconatus...proventibus...responderi...Ceu, quod dictus Dominicus - ut asserit - in s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc. et in predicta Cenadiensi canonicatus et prebendas et altare s. Catherine..., quorum omnium...proventus etiam centum fl. auri... valorem annuum non excedunt, canonice obtinet, et nuper et de canonicatu sub expectatione prebende in Zagrabiensi et dignitates vel personatus seu officii in eadem Cenadiensi ecclesiis gratiose concessimus provideri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XIX., fol. 164-165. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 163; Mon. Rom. Vespr. II. p. 279.; Zsigmondkori oklt. I. p. 238., nr. 2151.

126 Buda, 1391. aug. 4.

(Bude, f. VI. p. ad. vicula Petri ap.) Sigismundus... noster (rex) consideratis obsequiis...Blasii filii Georgii (de Nyek) per ipsum sibi exhibitis...possessionem Kenderthow et alias quaslibet possessiones condam Darabus proscripti suspensi ac sine heredibus... decessi ubilibet situatas...ipsum Darabus tangentia memorato Blasio filio Georgii et Stephano filio Nicolai de Zamor, ipsorumque heredibus...nove donationis titulo...donasset salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR. (summarie): comes Johannes de Kapla iud. cur. reg. 1392. nov. 24., Arch. Nat. Hung. Dl. 61.262. - TRANSCR. (sensualiter) Comes Frank fil. Konye bani de Zechen iud. cur. reg. 1398. apr. 21. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.270. > Conv. Crucif. de Alba 1400. sept. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.274. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 240., nr. 2170.

127 Buda, 1391. aug. 12.

(Bude, III. Laurentii.) Sigismundus...rex Hungarie...iudici, iuratis et universis civibus seu hospitibus nostris de Pesth...Noveritis, quod in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum nostre...conquestum est maiestati, quod cum nos nundinas seu forum annuale in festo ad vincula b. Petri apostoli[1] singulis annis ad supplicationem vestram in dicta Pesth celebrandas dedissemus,...vos in ipsis nundinibus[a] de mercimoniis extraneorum hominum ad dictas nundinas supervenientium tributum pro claustro et dominabus in eodem...deo famulantibus minime extradare et exigi facere tributariis earundem admitteretis asserendo, quod ex eadem gratia super premissis nundinibus[a] vobis concessa huiusmodi homines extranei a solutione tributi liberi essent et exempti. Et quia nos in privilegialibus libertatibus per divos reges Hungarie...predicto claustro et dominabus supradictis specietenus coram nostris obtutibus productis de et super ipso tributo in...civitate nostra Pestyensi, utputa vestri in medio exigi consueto concessis ut pro ipso claustro et dominabus antedictis tributum liberum ab antiquis temporibus fuisset exigi consuetum - vidimus contineri, ideo...fidelitati...universitatis vestre...regio sub edicto...mandamus..., quatenus amodo in posterum tributum predicto claustro et dominabus sanctimonialibus supradictis tempore ipsarum nundinarum in ipso festo ad vincula b. Petri apostoli[1] celebrandarum per extraneos et alios quoslibet forenses homines seu mercatores ad dictas nundinas cum eorum mercibus venientes et affluentes tributariis per easdem dominas ad exigendum ipsum tributum deputatis extradari et exsolvi facere debeatis, ac per eosdem tributarios...exigi et recipi admittatis...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. appresso. In superiore margine et sub sig. Deliberatio baronum not. canc., in dorso vero manibus fere coaevis scriptae sequentes adnot.: a) Hogi Zentpeter napba menden ember vamot adyon; b) Tertia littera Sigismundi imperatoris, ut circa festum sancti Petri quivis tributum dare teneatur; c) Ut quilibet in Pesth tributum solvere teneatur non obstantibus nundinis ibidem celebrandis, signanter extranei leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7716. (Sign. ant. Fundat. Fasc. 39. No. 20.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 241., nr. 2179.

[1] Aug. 1.

[a] recte: nundinis

(Vissegrad, XXX. oct. Iacobi.) Nos Stephanus regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d.p.m., quod Osvaldus filius Laurentii de Rozgon...in octavis b. Georgii[1]... iuxta continentiam litterarum conventus de Lelez evocatoriarum ...in figura nostri iudicii contra...Petrum Zudar condam banum ac magistros Georgium et Benedictum similiter Zudar dictos, fratres eiusdem Petri bani easdem litteras...asserens actionem...suam litteris contineri in eisdem nobis presentarat declarantes, quod cum prefatus Osvaldus acceptis ...regio et...dicti conventus hominibus feria quinta...post octavas...passce[2]...ad facies quarundam...possessionum...in comitatu Zempliniensi existentium...apud manus dictorum Petri Zudar...ac magistrorum Georgii et Benedicti...occupative habitarum...accedendo easdem...nomine iuris sui...sibi statuere voluissent, tandem...familiaris...Petri bani... in personis...domini sui...ipsos regium et conventus homines a statutione predictarum possessionum...prefato Osvaldo fienda prohibuisset..., propter quod...eosdem...contra memoratum Osvaldum ad dictas octavas...b. Georgii[3]...nostram in presentiam citavissent rationem contradictionis eorum reddituros...Quibus...litteris exhibitis...prefati...Petrus banus ac mag. Georgius personaliter, pro...Benedicto (vero) David litteratus...responderunt ..., quod tempore recaptivationis dictarum possessionum...pro eo facta extitisset prohibitio prenotata, quia eedem possessiones...ipsis ex donatione domini Lodouici...regis...pertinerent et super ipsis...sufficientia haberent instrumenta, sed post...decessum...Lodouici regis...domine Elizabet relicta et Maria filia ipsius...regis, regine Hungarie...Petrum banum...detineri et universas eorum possessiones et hereditates...occupari, inter ceteraque bona ipsorum litteralia instrumenta super premissis....possessionibus eorum confecta de domo ipsorum excipi et in scriniis, in quibus scil. eadem per ipsos reposita et conservata extitissent, Budam, ad domum ipsarum tauarnicalem portari et reponi fecissent; post hec ...ex prescriptis ipsorum possessionibus eedem domine...regine diversis personis donationem...facientes, litteralia eorum instrumenta...eisdem personis, quibus eedem donate extitissent...tribuissent, quedam etiam ex...eorum litteralibus instrumentis...mag. Georgius filius Jakch, tesaurarius...dominarum...reginarum, proximus existens prefati Osvaldi, Symonis et Ladislai filiorum Laurentii de Rozgon, de...domo tauarnicali reginali excipiendo eisdem Osvaldo, Symoni et Ladislao ob favorem proximitatis eorundem tradidisset et assignasset; demum autem prelibatis dominabus nostris reginis...Petro bano gratiam facientibus..., universeque possessiones ipsorum...ipsis restitute fuissent..., sed vix decima pars dictorum universorum litteralium instrumentorum ipsorum ab ipsis...ablatorum ...eis fuisset restituta - petentes hiis dictis ex parte prefatorum Osvaldi, Symonis et Ladislai...ante omnia alia in facto predictorum instrumentorum ipsorum per...magistrum Georgium filium Jakch...Osvaldo, Symoni et Ladislao...traditorum iustitie medelam eis per nos impertiri. Quibus auditis...Osvaldus, Symon et Ladislaus...obiecerunt..., quod ...mag. Georgius filius Jakch ipsis penitus nullum litterale instrumentum...Petri bani ac magistrorum Georgii et Benedicti vel aliorum de...domo tauarnicali reginali tradidisset, sed hoc...verum esset, quod post detentionem ipsius Petri bani...Demetrius cardinalis, Strigoniensis ecclesie pridem gubernator, quedam litteralia instrumenta, sed ipsorum propria...de...domo reginali tauarnicali ad mandatum...dominarum...reginarum excipiendo ipsis, scil. Symoni et non prefatis Ladislao et Osvaldo restituisset, ymmo universa litteralia munimenta...Petri bani ac magistrorum Georgii et Benedicti post eiusdem Petri...de... reginali captivitate liberationem de...domo tauarnicali reginali excepta et eisdem Petro... ac magistris Georgio et Benedicto de reginali mandato ex integro restituta extitissent, et... in huiusmodi instrumentorum restitutionis declarationem...litteras domine...Marie regine ...nobis presentavit. (Vide nr. 108. Maria regina Hungariae 1390. nov. 25.) Quibus litteris ...domine nostre...regine exhibitis, prefato Osvaldo sicut antea, sic et nunc rationem premisse contradictorie inhibitionis per prefatos in causam attractos assignari petente, quamvis...mag. Georgius filius Jakch tesaurarius regie et reginalis maiestatum ad requisitionem...domine...Marie regine, hoc, quod nullum instrumentorum...Petri bani et magistrorum Georgii et Benedicti in...domo tesauraria reginali remansisset..., ut id ex ...litteris...domine...regine...retulerit, tamen - quia...Petrus banus ac mag. Georgius et procurator annotati Benedicti litteralia eorum instrumenta factum...possessionum litigiosarum tangentia per...magistrum Georgium filium Jakch de...domo tesauraria reginali excepta et prefatis nobilibus de Rozgon ob favorem proximitatis eorundem tradita et assignata fore, iidem etiam nobiles de Rozgon post detentionem...Petri bani quedam litteralia instrumenta per...dominum Demetrium cardinalem de...domo tesauraria reginali ex

mandato... dominarum... reginarum excepta et... Symoni de Rozgon restituta fore eadem non... Petri bani ac magistrorum Georgii et Benedicti, sed ipsorum propria existere allegantes affirmarant; sicque in eo, utrum ipsa instrumenta litteralia per... dominum Demetrium cardinalem... Symoni de Rozgon... restituta ipsos solos nobiles de Rozgon..., aut... Petrum banum et fratres eiusdem... contingant, an ne, magna suspicio in nostris ac... dominorum Valentini tituli s. Sabine presbiteri cardinalis, gubernatoris episcopatus Quinqueeccclesiensis, Iohannis Waradiensis, Demetrii Vesprimiensis et Iohannis Jauriensis ecclesiarum episcoporum, necnon virorum magnificorum comitis Emerici Bubek iudicis et Leustacii de Elsua curie regie magistri ac Iohannis de Kapolya condam vayuode regni Ruzie, necnon magistrorum Iohannis de s. Saluatore... iudicis curie regie et Martini de Vsa nostri protonotariorum ceterorumque quamplurimorum regni primatum ac virorum ecclesiasticorum nobis in examine ipsius cause adherentium cordibus gestabatur, pro eo eorundem prelatorum et baronum ac regni primatum consilio... assumpto, ex huiusmodi suspitione per... nobilium de Rozgon iuramenta veritatem elicere volendo, causam prescriptam... in facto prescriptarum possessionum... coram nobis habitam ad octavas... b. Iacobi apostoli[4] ... duxeramus prorogandam. Tandem ipsis octavis... instantibus... Osvaldus de Rozgon... presentibus... Petro Zudar... ac David litterato, qui pro... magistro Georgio ac Benedicto similiter Zudar... coram nobis adherebant, sicut prius, sic et nunc rationem premisse contradictorie inhibitionis per... Petrum banum ac magistrum Georgium et Benedictum... assignari postulavit... Quo audito... Petrus banus... ac... David litteratus procurator... magistri Georgii et Benedicti... responderunt..., quod tempore recaptivationis et statuionis dictarum possessionum... in personis ipsorum... pro eo facta extitisset prohibitio prenotata, quia - licet tempore detentionis ipsius... Petri... universa litteralia instrumenta factum universarum possessionum... ipsius... et fratrum suorum... tangentia ab ipsis alienata... extiterint, tamen post liberationem ipsius... quedam ex ipsis litteralibus instrumentis... quodammodo ad manus ipsorum... devenissent, que non ad presens, sed in termino ulteriori ... exhibere possent... Quibus perceptis iudicantes commisimus..., ut... dominus Petrus banus et magistri Georgius ac Benedictus dicti Zudar universa eorum litteralia instrumenta, si que facto in premisso haberent confecta, in octavis... b. Michaelis archangeli[5] ... coram nobis exhibere teneantur, quibus visis faciamus inter partes quid iuri videbitur expedire...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7662. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 610. No. 31.) - TRANSCR.: (summarie et in tertia persona loquendo) Leustachius de Ilsua regni Hungariae palat. 1392. jan. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 7743. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 32. No. 22.)

[1] 1391. maj. 1.

[2] 1391. apr. 6.

[3] 1391. maj. 1.

[4] 1391. aug. 1.

[5] 1391. oct. 6.

129 Roma, 1391. sept. 14.

(Rome, ap. s. Petrum, XVIII. Kal. Oct., pontif. a. secundo.) Bonifatius (IX.) ep., servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam... Petitio pro parte... Sigismundi regis Vngarie.... nobis... exhibita continebat, quod... ipse... considerans, quod fructus, redditus et proventus mense... capituli eccl. Strigoniensis erant, prout sunt, adeo tenues et exiles, quod canonici eiusdem eccl., qui numero trigintanovem existunt, nequibant, prout nequeunt ex eis condecentem statum tenere, prout ipsius eccl., que metropolitana est, dignitas exigit; ac eisdem capitulo... compatiens ius patronatus de Sasad et de Vrs parrochialium ecclesiarum plebium nuncupatarum, Vesprimiensis dioc., ad ipsum regem iusto titulo pertinens, infra quarum parrochias modicus populus habitare dinoscitur et in quibus ecclesiis omnimoda iurisdictio et earum dispositio ad archiepiscopum Strigoniensem pro tempore existentem pertinet, prefatis capitulo ad finem, quod eedem parrochiales ecclesie prefate mense unirentur et incorporarentur, liberaliter donavit atque concessit. Quare pro

parte regis et capituli predictorum nobis fuit...supplicatum, ut easdem parrochiales ecclesias, quarum sexcentorum predicte mense, cuius duorum milium florenorum auri secundum communem estimationem valorem annuum fructus, redditus et proventus, ut ipse rex asserit, non excedunt, unire, ac annectere et incorporare auctoritate apostolica... dignaremur, maxime, cum ad hoc...fratris nostri Iohannis archiepiscopi Strigoniensis accedat assensus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, dictas parrochiales ecclesias cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefate mense tenore presentium auctoritate apostolica perpetuo unimus, annectimus et incorporamus ita, quod cedentibus vel decedentibus...rectoribus earundem parrochialium ecclesiarum, aut ecclesias ipsas quomodolibet dimittentibus, liceat prefatis capitulo ecclesiarum ac iurium et pertinentiarum predictorum corporalem possessionem libere apprehendere ac licite perpetuo retinere predicti archiepiscopi aut diocesani loci vel cuiuscunque alterius super hoc licentia minime requisita, reservatis tamen de fructibus, redditibus et proventibus earundem parrochialium ecclesiarum congruis portionibus ad eiusdem archiepiscopi arbitrium moderandis pro perpetuis vicariis in eisdem ecclesiis instituendis, de quibus ipsi vicarii possint congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia eis incumbentia onera supportare...

ORIG.: A)Membr. cum plica et bulla plumbea de filo sericeo rubri et flavei coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. Privilegium super decimis Vrs et Sasaad adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca B) Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XX., fol. 191v. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - MENT.: a) Bonifatius papa IX. 1400 maj. 1. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3. nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bonifatius papa IX. 1400. maj. 1. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Martinus papa V. 1424. dec. 30. > Franciscus pleb. de castro Budensi et Augustinus pleb. de Pesth in instrumento Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1435. apr. 27. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Martinus papa V. 1424. dec. 30. > Iohannes Carvajal, card. diac. per Germaniam, Hungariam regna et terras Turchis subiectas et illis finitimas apost. sedis de latere legatus specialiter deputatus in instrumento Tilmanni Slecht, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. imp. notarii, eiusdemque cardinalis et legati scribae 1458. mart. 28. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 5., nr. 23. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Martinus papa V. 1425. aug. 20. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca); f) Martinus papa V. 1425. aug. 20. > Capit. ecclesiae Vaciensis 1435. jun. 4. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g) Martinus papa V. 1425. aug. 20. > Iohannes Carvajal, card. diac., per Germaniam et Hungariam regna et terras Turchis subiectas et illis finitimas apost. sedis de latere legatus specialiter deputatus in instrumento Tilmanni Slecht, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. imp. notarii, eiusdemque cardinalis et legati scribae 1458. mart. 28. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 5., nr. 23. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); h) Martinus papa V. 1425. aug. 20. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Mon. Vat. Hung. I/3 p. 164-165. (partim); Mon. Rom. Vespr. II. p. 279-280. (partim) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 244. nr. 2210.

130 Visegrád, 1391. oct. 11.

(Vysegrad, II. die XXVI. diei oct. nat. Virg.)...capitulo ecclesie Budensis Stephanus regni Hung. palat. et iudex Comanorum...Noveritis, quod nobis vigesimo sexto [die octavarum] festi nativitatis beate virginis[1] unacum regni nobilibus in sede nostra iudiciaria...sedissemus..., [Ladislaus filius Thome pro magistro Dionisio filio Stephani de Luchonch condam bani...[quasdam duas] litteras nostras, unam prorogatoriam at aliam iudicialem...nobis presentavit, quarum prima...declarabat, quod discussionem...cause, quam inter comitem Weluengum condam iudicem civi[tatis Bud]ensis actorem...et inter

magistrum Dionisium filium condam Stephani bani de Luchonch...super factis in...litteris domini Ladislai ducis Opulie condam...palatini adiudicatoriis contentis in octavis festi b. Michaelis archangeli in anno domini M^mo CCC^mo octuagesimo septimo... facere debuissemus[2], ...ad octavas festi b. Georgii martyris[3]...duxissemus prorogandam. Ad quas quidem octavas...comes Weluengus per Iacobum filium Petri...procuratorem...magistri Dionisii...coram nobis expectatus nostram in presentiam actor existendo...non venisset ...Quibus...litteris exhibitis...Ladislaus filius Thome procurator...magistri Dionisii... ex parte...domitis Wluengy per nos iuris equitatem petivit impertiri et quia prefatus comes Vel[uengu]s...evocandus fore videbatur, pro eo vestram amititiam...petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Petrus de Nempti, vel Michael filius Stephani de Petri, aut Michael filius Georgii de Tyan, sin Iohannes filius Demetrii de Gyrak, an Nicolaus de Zykele, aliis absentibus homo noster...comitem Wluengum...contra ...magistrum Dionisium filium condam Stephani bani ad octavas festi omnium sanctorum[4]... nostram evocet in presentiam...

In dorso: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Budensis pro magistro Dionisio filio Stephani de Luchonch condam bani contra comitem Veluengum condam iudicem civitatis Budensis ad octavas festi omnium sanctorum evocatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis, quo erat clausa. In tergo adnot. coaeva: Capitulum ut intra; homo regis Michael de Petry, vel Ladislaus de Chan, aut Benedictus de Mende, seu Gregorius de Kucheeth. Exhibuit Iohannes filius Demetrii cum nostris etc(etera). Ad Iacobum. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat.) Dl. 42.503.- ED.: Losonci Bánffy-cs oklt. I. p. 436-438. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 247. nr. 2243.

[1] 1391. oct. 10.

[2] 1387. oct. 6.

[3] 1388. maj. 1.

[4] 1391. nov. 8.

131 Buda, 1391. dec. 11.

(Bude, f. II. a. Lucie.) Maria...regina Hungarie...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod magister Nicolaus Nitriensis, procurator et sindicus causarum regalium et nostrarum reginalium religiosis dominabus sanctimonialibus claustri...Virginis gloriose de Veteribuda per regalem et nostram maiestates pro exequendis et defendendis...iuribus ...predicti claustri et dominarum in eodem deo...famulantium procurator deputatus..., in personis quibus supra, signanter vero religiose virginis domine Margarethe filie condam ducis Opulie, consanguinee nostre...in eodem claustro vitam religionis ducentis exhibuit nobis...duo privilegia, unum...capituli Budensis, aliud...comitis Jacobi de Scepus condam iudicis curie regie...petens...nominibus earundem dominarum...nostram maiestatem, ut easdem binas litteras privilegiales...ratas habere et...nostris litteris patentibus ...inseri facere atque confirmare et continentiis earundem reginalem consensum...adhibere dignaremur. Quarum unius, scil....Capituli Budensis littere... (in oct. passce d. a. millesimo CCC^mo septuagesimo secundo emanate[1]) tenor talis est: ...Quod Nykus Mayor dictus, hospes de Veteribuda et...Elizabet coniux eiusdem coram nobis dixerunt, quod ipsi sessionem ipsarum prope claustrum b. Virginis de Veteribuda a parte ville Zenth Jacabfalua et universa edificia in facie eiusdem habita, item terras arabiles in quatuor locis, vidl. circa pratum magnum retro castrum domine regine et retro claustrum...sanctimomialium, ac retro predicte sessionis in territorio Veterisbudensis habitas prefate Elizabeth...iure paterno devolutas sub certis earum metis...religiose domine Kynge nominate de predicto claustro s. Marie, filie vidl. ducis Opulie et sorori...Ladislai palatini regni Hungarie pro ducentis fl. aureis...vendiderunt... Alterius siquidem...comitis Jacobi...littere (Bude, in f.b. Bartholomei a. d. millesimo LXX^mo tertio emanate[2]) tenor is est: ...Quod Thomas dictus de Zala, hospes de Veteribuda et...Margaretha coniux eius, filia Pauli filii Widus de dicta Veteribuda...quandam terre eorum particulam in territorio Veterisbude existendem, viginti sex iugera in se continentem eidem Paulo filio Wydus, patri pretacte domine emptionis titulo mediantibus litteris privilegialibus capituli Budensis...ad ipsam dominam iure paterno

devolutam, inter antiqui castri Kurchan vocati locum et curiam reginalem, ac ortum lapideum adiacentem usque magnam viam et claustrum b. Virginis de Veteribuda se extendentem, predicto claustro... pro sedecim marcis vendidisse sunt confessi... Nos itaque attendentes... supplicationes rel. dominarum predictarum, signanterque... domine Margarethe virginis sanctimonialis, consanguinee nostre..., easdem binas litteras... capituli Budensis et comitis Jacobi... ratificamus et presentibus nostris litteris patentibus confirmamus, ac premissis venditionibus et emptionibus consensum nostrum reginalem adhibemus, prenominatam curiam cum suis edificiis et habitatoribus in eadem, necnon terris arabilibus curiam ad eandem spectantibus... amodo et deinceps ab omni prorsus exactione censuali, daciis et solutionibus quibuslibet nostram maiestatem quovismodo tangentibus penitus... eximendo in ius et proprietatem predictarum rel. dominarum et dicti earum claustri in perpetuum convertendo statuentes et reginali... edicto committentes, ut nullus omnino hominum predictas rel. dominas et earum homines prenotatos curiam et terras arabiles nomine earundem dominarum tenentes ratione alicuius debiti censualis, ac solutionibus et daciis quibuslibet temporis in eventu audeat quovismodo impedire et perturbare...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Commissio propria domine regine not. canc. legitur. In dorso manu saec. XVI. haec adnot. sunt scriptae: 1) Consensus et confirmatio reginalis super venditione et emptione domorum sanctimonialium de Veteribuda, ac terrarum ac pratorum ad easdem pertinentium; 2) Privilegium super terras arabiles Veterisbude habitas. Arch. Nat. Hung. Dl. 7666. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 41.) - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1406. apr. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 9127. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 5.); b) Sigismundus rex Hung. 1406. apr. 20. > Barbara regina Hung. 1417. aug. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.519. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 13.) - REG.: Fejér: CD. X/1. p. 664. (ment.); Zsigmondkori oklt. I. p. 253., nr. 2298.

[1] 1372. apr. 4. Bártfai Szabó: Óbuda, reg. 77.

[2] 1373. aug. 24. Idem: ibid. reg. 81.

132 Esztergom, 1391. dec. 26.

(Strigonii, die 26. dec.) Universis... presentes litteras... inspecturis... Iohannes de Canisia... Strigoniensis ecclesie archiepiscopus locique eiusdem comes perpetuus, ac aule utriusque regie et reginalis maiestatum Vngarie sumpmus cancellarius salutem et desiderium eternorum... Divina miseratio semper salutem fidelium operando ecclesiam gloriosi prothomartiris... voluisse videtur in castro archiepiscopali nostro Strigoniensi non sine ministerio collocari, ut ubi beatus Stephanus et apostolus Vngarorum originem et vocabulum habuit, illic ex eorum consortio sanctitatis et nominis utrique reddetur honorificentia specialis... Itaque desiderantes illic divinum cultum augere... ad laudem et gloriam... dei et honorem... virginis matrisque sui filii, necnon utriusque Stephani, prothomartiris vidl. et confessoris, ac gloriosissimi martiris et pontificis beatissimi Adalberti patroni nostri totiusque celestis curie, ... habito... tractatu et... deliberatione... cum fratribus nostris canonicis Strigoniensibus more solito in thesauraria seu sacristia ecclesie nostre ... capitulariter congregatis..., disposuimus..., quod ... ecclesia sancti Stephani prothomartiris sit et esse debeat prepositura collegiata et sub nomine prepositi gubernetur, cui prepositure annectimus... canonicatum ecclesie nostre Strigoniensis, quem in presenti dominus Martinus olim rector seu magister dicte ecclesie sancti Stephani et quem dominum Martinum nunc ipsius ecclesie facimus prepositum, obtinet ita, quod quicunque de cetero dicte ecclesie sancti Stephani erit prepositus, sit et esse debeat Strigoniensis canonicus, qui prepositus continuam in eadem ecclesia et prepositura residentiam facere teneatur... et qui in sepedicta ecclesia... sit et esse debet prepositus tamquam prelatus... et sex canonici tamquam membra, qui prepositus et canonici capitulum faciant et collegium... Volumus insuper et tenore presentium ordinamus, quod prepositus, qui pro tempore fuerit, capellanum unum teneat et quilibet canonicorum clericum unum cantare scientem suis expensis observare continue teneatur, qui in ipsa ecclesia ad missam et vesperas cotidie convenire

debeant et cantare...teneantur... Verum quia spiritualia sine temporalibus diu adesse non possunt, prefate ecclesie...taliter duximus providendum, videlicet, quod ultra...decimas frugum et vini de Bath, quas...ratione magistratus percipiebat...dominus Martinus prepositus olim magister seu rector, donamus...decimas vinorum et non frugum in locis seu villis infrascriptis: in Zelews Viuar, in utraque Thothalia, in villa Alexii, que ville sunt circa Bath; item decimas...in Apachauasarhel cum suis pertinentiis in vino et frugibus consistentes; item quartas decem et novem ecclesiarum nominatim in aliis litteris nostris expressarum, quas tenuit, dum viveret Thomas archidiaconus Gumariensis procurator olim archiepiscopi Strigoniensis in decimatione Borsyensi servorum nostrorum dominorum de capitulo habitas et existentes; item molendinum prope villam Kemend; item duas vineas: unam in Nyermaal, et aliam in Chernawlg in territorio Palata sitas...eidem prepositure...usui proprio... donamus, de quibus omnibus prepositus pro tempore existens teneatur...solvere singulis annis...in communi vigintitres fl. auri et duas garletas frumenti in festo beatorum Simonis et Iude[1] apostolorum...sub pena dupli...Item de patrimonio nostro...ecclesie sancti Stephani et canonicis eiusdem damus... domum unam in castro Budensi positam ex opposito sanctuarii capelle Georgii, cui hec sunt confinia: a parte meridionali domus Conradi Tvczentmark, a parte septemtrionali domus Vlrici Pansar; item aliam domum in eodem castro Budensi in vicinitate fundorum a parte meridionali magistri Nicolai filii condam magistri Nicolai de Gara...pridem palatini, a parte vero septemtrionali magistri Georgii filii Iakuch cum earum iuribus, utilitatibus, emolumentis et pertinentiis universis habitis et habendis, solum canonicis ecclesie supradicte. Item magister Franciscus Bernardi et sui successores ratione quarundam domorum eorundem eidem Francisco et suis successoribus per nos feudatarum in civitate Budensi...existentium tenetur et obligatur eisdem canonicis singulis annis triginta fl. auri dare atque assignare, pro quibus etiam ecclesie cathedrali nostre certam luminarium et pecunie quantitatem in certis terminis dare obligatur, prout in litteris aliis clarius expressatur. Item ratione molendini sub quadam turri Verpech vocata in castro Strigoniensi constructo[a] canonici...ecclesie sancti Stephani habebunt quatuor garletas tritici, quod molendinum collegio eorundem canonicorum presentibus...incorporavimus. Item censum ecclesie de Rosnowbanya, scil. triginta fl. auri ad mensam archiepiscopalem pertinentes eisdem canonicis presentibus annectimus perpetuo...possidendos....Quartas autem de S.sul[b], quas in presenti...dominus Martinus prepositus ex concessione recolende memorie domini Demetrii olim administratoris perpetui...nostre Strigoniensis ecclesie ...possidebat..., damus...custodi seu sacristie ipsius ecclesie pro luminaribus in divinis officiis fiendis et amministrandis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Strigoniensis 1636.jun.24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc.1., nr. 1. - COPIA SIMPL. (saec. XV. ignoti auctoris): Membr. cum signo et subscriptione Martini de Turnowia, cler.Pragensis dioc., publ.apost. et imp.auct. notarii ac iudicis ordinarii scribaeque curiae Iohannis de Kanizsa archiepiscopi Strigoniensis. In dorso manu saec. XVI-XVII. Publicum instrumentum super fundatione dotationeque prepositure sancti Stephani prothomartiris in ecclesia Strigoniensi adnot.est scripta. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 53., fasc.1., nr.2. - Vide etiam nr.3. (Arch.Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Batthyány III.p.287-291.; Fejér: CD.X/1.p.695-703.; Pór,p.94.; Békefi: Káptalani isk. p. 386-387. (partim). - REG.: Pataki; Bud. Rég. XV(1950) p.284., not. nr. 11.; Zsigmondkori oklt. I. p. 254., nr. 2315. - COMM.: Csánki, Századok 40(1906) p. 692-694.

[a] recte: constructi

[b] Secunda littera vocabuli in photographia non bene videtur.

[1] Oct. 28.

133 1392. mart. 10.

(VI. Id. Mart.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex ac marchio Brandenburgen., sacri Rom. imp. archicamerarius, necnon Boemie et Lucemburgen. heres...ad univ. not...h. ser. volumus pervenire, quod...providi viri Stephanus iudex ac Petrus Ozek iuratus et Nicolaus notarius cives civitatis nostre Bardfa...exhibuerunt nobis quasdam litteras patentes

condam... Lodouici... regni Hungarie regis... super variis libertatum prerogativis pro... civibus (eiusdem civitatis) dudum emanatas... supplicantes, ut easdem... ratificare... et... innovantes... dignaremur... confirmare, quarum tenor is est: Nos Lodouicus... rex Hungarie, Polonie, Dalmatie etc(etera) m. commendantes t. pres. significamus universis, quod nos quandam civitatem nostram muratam Berdfa nominatam, in comitatu de Sarus iuxta fluvium Tapul vocatum existentem, in numerum, collegium at cateruam civitatum nostrarum Cassensis et Budensis... duximus agregandam- volentes et committentes, ut a modo in antea fideles cives et hospites nostri de dicta Bardfa in lucro camere et electione iudicis eorum, quam etiam quibuscumque imunitatibus, libertatibus, gratiis, concessionibus et prerogativis perpetuis temporibus utantur, gratulentur et potiantur, quibus cives nostri... Cassenses et Budenses gaudent... et fruuntur... Datum Bude, feria sexta... ante dominicam Reminiscere a. d. millesimo trecentesimo septuagesimo sexto[1]. Nos itaque... memoratorum iudicis, iurati ac notarii supplicationibus... exauditis, pretaxatas litteras... Lodouici regis... presentibus... insertas... approbamus..., nichilominus... domine Marie regine conthoralis nostre... ac prelatorum et baronum nostrorum deliberatione... ac decreto et sanctione uniformi... antefatas litteras regales... simulcum prerogativis in tenoribus earundem... latius explicatis mera auctoritate et potestatis plenitudine nostre maiestatis... pro civibus et hospitibus nostris de Bardfa... innovantes... confirmamus presentis privilegii nostri patro cinio mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1424. jul. 5. Arch. civit. Bártfa (Bardejov) 1319-1526. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 212.740. b) Capit. eccl. Scepusiensis 1426. dec. 28. Ibid. - PHOTOCOPIA: ibid. DF. 212.845. - ED.: Katona: XI. p. 321. (partim); Fejér: CD. X/2. p. 61. (Fragm.) - REG.: Iványi: Bártfa p. 29., nr. 166.; Zsigmondkori oklt. I. p. 263., nr. 2445.

[1] 1376 mart. 7. - ED.: Wagner: Dipl. Sáros. I. p. 99.; Janota: Bardyjow p. 144.; Rhódy: Régi oklevelek I. p. 7.

134 Buda, 1392. apr. 7.

(Bude, in Ramispalm.) Sigismundus... rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgen. etc(etera)... Capitulo ecclesie Boznensis... Scitote, nos... castrum Koswara... in comit. de Barania situatum, per condam Ladizlaum Philpe de Zuglak nostrum... infidelem, suis sceleratis actibus..., signanter... crimen lese maiestatis concernentibus precipue exigentibus hic Bude... spiculatoris framea... decollatum... iure hereditario possessum, exeoque... ad manus nostras regias... devolutum, nove nostre donationis titulo... Stephano filio Philpus de Korogh, pridem bano, perpetuo contulisse... Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, quo presente Gregorius de Erduhath... aliis absentibus homo noster... introducat memoratum Stephanum banum in... dominium ipsius castri...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Boznensis 1392. apr. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 7767. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 272., nr. 2494.

135 Diósgyőr, 1392. apr. 8.

(in Dyosgevr. f. II. p. Ramispalm.) Sigismundus... rex Hungarie... iudici, iuratis et universis civibus nostris de Veteribuda... Refert nobis... Lucas prepositus Budensis ... domine Marie regine consortis nostre... secretarius cancellarius, quomodo vos series ... sententie per ipsum in facto testamenti condam domine relicte Iohannis filii Martini, olim cohospitis vestri super facto cuiusdam domus et vinee ibidem habitarum contra... relictam Ladislai dicti Seres late ad alia litteratoria nostra mandata vobis iniuncta effectui mancipare non curassetis..., super quo amirantes vobis multum imputamus; quare mandamus vestre fidelitati..., quatenus... series... ipsius sententie iuxta contenta ipsarum aliarum litterarum nostrarum vobis directarum inmobiliter debeatis observare...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1392. apr. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 7778. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 42.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 270., nr. 2464.

136 Diósgyőr, 1392. apr. 9.

(in Dyosgeur, f. III. p. Ramispalm.) Sigismundus... rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Vestre fidelitati...mandamus, quatenus alias litteras nostras cum presentibus vobis exhibendas in facto domini Luce prepositi eiusdem ecclesie...domine Marie regine consortis nostre...secretarii cancellarii...iudici, iuratis et universis civibus nostris de Veteribuda directas per hominem vestrum...exhiberi faciatis...et quitquit iidem... fecerint vel responderint, nobis...rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit ecclesiae Budensis 1392. apr. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 7778. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 42.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 270., nr. 2465. - MENT.: Bártfai Szabó, Óbuda, p. 95.

137 1392. apr. 24.

(IV. die VIII. diei passce.)...domino Sigismundo...regi Hungarie...Cap. ecclesie Budensis...Litteras vestre sublimitatis...noveritis nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 136. Sigismundus rex Hungariae 1392. apr. 9.) Nos itaque mandatis vestre excellentie ...obedire cupientes...magistrum Benedictum...concanonicum nostrum ad...litterarum vestrarum exhibitionem faciendam duximus transmittendum, qui...ad nos reversus nobis retulit..., quod ipse octavo die festi passce domini[1]...alias litteras vestras...iudici, iuratis et universis civibus de Veteribuda...exhibuisset hunc tenorem continentes: (Vide nr. 135. Sigismundus rex Hungariae 1392. apr. 8.) Quibus...litteris exhibitis prefati iudex, iurati et universi cives de dicta Veteribuda quandam domum quondam Iohannis filii Martini in...Veteribuda habitam cum omnibus suis utilitatibus ac edificiis in superficie eiusdem habitis et constructis iuxta series litterarum...domini Luce prepositi et prelati nostri adiudicatoriarum Demetrio litterato et Petro sartori, civibus de Veteribuda..., executoribus vidl. testamenti domine relicte condam Iohannis filii Martini...et per consequens religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. virginis de Veteribuda... in sui presentia statuissent perpetuo possidendam...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta Super domo condam Iohannis filii Martini adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7778. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 42.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 271., nr. 2485.

[1] 1392. apr. 21.

138 1392. maj. 2.

(II. Phil. et Iac.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Iohanne dicto de Chuth filio Galli de Felkezew ab una, parte vero ex altera Iacobo dicto Pogan filio Iohannis de eadem Felkezew coram nobis personaliter constitutis, per eundem Iohannem filium Galli confessum extitit..., quod ipse quandam vineam suam in territorio eiusdem ville Felkezew, in monte Omal vocato, in vicinitatibus vinearum Iacobi Sclaui et Iohannis filii Nicolai existentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis prefato Iacobo dicto Pogan pro sexaginta fl. aureis...tamdiu, quousque ipse aut sue posteritates eandem ab ipso Iacobo eisdem sexaginta fl. aureis redimere valerent...possidendam... (cum exp. caut.) pignori obligasset...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7788. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1599. No. 18.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 273., nr. 2497.

139 Kassa, 1392. jun. 22.

(Cassouie, sab. a. nat. Ioh.) Nos Maria...regina Hungarie...notificamus... presentes inspecturis, quod quamquam Gregorius filius Pauli de Apowr...Iohanni filio Iohannis, crucifero de Palisna, condam priori Aurane, nostro notorio infideli et emulo eiusque complicibus adheserit et in ipsorum comitiva ac consortio diutius permanserit, propter quod...nota infidelitatis videtur fore offuscatus hactenus permansisse; tamen...nos ...potissime supplicationibus nonnullorum fidelium aule nostre militum et iuvenum, specialiter vero magistri Nicolai Bisseni, comitis Magne Insule nostre pro eodem intervenientibus, omnes et singulos excessus..., quibus idem in sequela eiusdem Iohannis prioris, nostri infidelis qualitercunque nostram offendisset maiestatem..., relaxamus et indulgemus capiti, possessionibus, rebusque et bonis eiusdem universis de plenitudine nostre reginalis potestatis ...harum nostrarum testimonio litterarum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio magistri Stephani de Zin not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7797. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1512. No. 27.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.277., nr. 2541.

140 1392. sept. 8.

Coram magistratu civitatis Budensis mag. Martinus praepositus ecclesiae s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi quandam domum eiusdem ecclesiae in castro novi montis Pestiensis, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pavsar et Cunradi Thavsentmark habitam Sigismundo apothecario et suis heredibus pro triginta tribus fl. auri ratione redditus purkrecht dicti praefato magistro Martino praeposito et canonicis dictae ecclesiae s. Stephani ac successoribus eorundem singulis annis solvendis in perpetuum feudum locavit.

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum vestigio sig. minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3. nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1396. febr. 17. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3. nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 284., not. nr. 11.; Zsigmondkori oklt. I. p. 284., nr. 2619.

Nos Iohannes Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod honorabilis vir magister Martinus prepositus ecclesie sancti Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, de cuius confessione per litteras capituli ecclesie Strigoniensis certificabamur, quandam domum ipsius ecclesie sancti Stephani in dicto castro novi montis Pestiensis, in vicinitate domorum quondam Iohannis Pavser et Cunradi Thavsentmark habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, de consensu omnium canonicorum eiusdem ecclesie sancti Stephani, ymo nullo penitus contradictore existente locavit, tradidit et assignavit provido viro Sigismundo apothecario, nostro concivi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam eo modo, ut prefatus Sigismundus suique heredes ac posteri prescriptam domum successu temporum possidentes singulis annis et perpetue ratione redditus purkrecht dicti triginta tres florenos auri aut pecuniam usualem equivalentem in duobus terminis infrascriptis, videlicet decem et septem florenos auri in festo beati Thome martiris[1] et residuos sedecim florenos similiter auri in festo sancti Michaelis archangeli[2], festis scilicet continue et consequenter affuturis prenotatis magistro Martino preposito et canonicis ecclesie sancti Stephani supradicte ac successoribus eorundem dare et amministrare teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus magister Martinus prepositus se suo et successorum suorum nominibus eundem Sigismundum suosque heredes ac posteros ab omnibus ratione predicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo tamen redditu annotato semper remanente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium premissarum

presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in festo nativitatis beate virginis Marie, anno M°CCC° nonagesimo secundo.

[1] Dec. 29.
[2] Sept. 29.

141 Visegrád, 1392. oct. 6.

(In Visegrad, oct. Michaelis.) Nos comes Johannes de Kapla, iudex curie... Sigismundi regis Hungarie m. comm., quod cum ob contradictoriam inhibitionem... possessionum Chaplar, Celum, Kenderthow et Bagad in comit. Albensi existentium, Blasius filius Georgii de Nyek et Stephanus fil. Nicolai de Zamar nobiles dominas filiam condam Nicolai de Chuth, Conradi civis Budensis et Elizabet filiam condam Demetrii de Val, Clementis civis Albensis, ac Annam filiam condam Michaelis filii Demetrii de Malus, Francisci de Apay consortes ac Paulum Jungher dictum de Kukemen per regium et capituli Budensis homines...citationis modum observando ad certum terminum contra se regiam in presentiam in causam attraxisset, et ipsa causa primo comiti Emerico Bubek, pridem similiter iudici curie regie (data est), demum ad oct. f. b. Michaelis prorogative devenisset; tandem ipsis octavis instantibus prefatus Blasius fil. Georgii pro se...et pro ipso Stephano...ad nostram veniendo presentiam volens premissas possessiones...sibi et annotato Stephano pertinere debere, comprobare quasdam litteras Sigismundi regis patentes, Bude, f. VI. p. Petri apostoli ad vincula, in anno proxime preterito[1] emanatas... nobis presentavit... (Vide nr. 132. Sigismundus rex Hung. 1391. aug. 4.)

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Comes Frank fil. Konye bani de Zechen iudex curiae reg. 1398. apr. 21. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.270. > Conv. Crucifer. de Alba 1400. sept. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.274.

[1] 1391. aug. 4.

142 1392. oct. 16.

(in Galli.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ....not. h.s. volumus pervenire, quod mag. Ladislaus filius Ladislai filii Tuteus de Bathmonostra nostram...veniendo in presentiam proposuit...in hunc modum: quod ipse...unacum honor. viris dominis Iohanne preposito et capitulo ecclesie Albensis...in quibusdam curiis, domibus et equis suis equatialibus, necnon possessione eorundem dominorum prepositi et capituli...huiusmodi... concambium...fecissent, ut possessionem Eel...in comitatu de Bodrogh existentem cum ...suis utilitatibus, litteris...superinde confectis...ad manus suas assignassent possidendam; e converso autem ipse quasdam curiam et domos suas in civitate Budensi, in loco Sabbati, in vicinitatibus fundorum curiarum Dominici dicti de Chabya et Iohannis filii Thome de Bathe adiacentes, similiter cum...suis utilitatibus ac edificiis in superficie eiusdem habitis et constructis, immo triginta unam equas suas equatiales simulcum totidem poledris anni presentis modo simili per modum concambii prenominatis dominis Iohanni preposito et capitulo ecclesie Albensis ...contulit coram nobis iure perpetuo...possidendas..., assumpmens ipse mag. Ladislaus suo et omnium suorum...nominibus et personis... dominos prepositum et capitulum in dominio...curie et domorum pacificos...conservare... suis laboribus propriis et expensis. In casu autem, quo idem mag. Ladislaus vel sui successores...dominos prepositum et capitulum in dominio...curie et domorum...pacificos conservare nollent aut non possent, extunc ibidem in eadem civitate et castro Budensi tantos curiam et domos, in quantas eedem in valore et pretio se extenderent...dominis preposito et capitulo dare...tenerentur, ubi autem pro predictis domo et curia consimiles curiam et domos...dominis preposito et capitulo dare nollent vel non possent, extunc iidem... prepositus et capitulum in dominium...eorum possessionis Eel absque strepitu...iudicii intrandi...habeant facultatem, ad que...mag. Ladislaus se suosque successore ultronea obligavit voluntate coram nobis...

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo rubei coloris pend. Arch. famil. Zichy 211. B. 769. - ED.: Zichy IV. p. 496-498. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 287., nr. 2643.

143 Visegrád, 1392. nov. 24.

(L. die oct. Michaelis) Nos Johannes de Kapla iudex curie...Sigismundi regis Hungarie damus pro mem., quod cum ob contradictoriam inhibitionem statutionis quarundam possessionum Chaplar, Celum, Kenderthow et Bogad...in comit. Albensi existentium, Blasius filius Georgii de Nyek et Stephanus fil. Nicolai de Zamar nobiles dominas: filiam[1] condam Nicolai de Chuth Conradi civis Budensis, et Elizabet filiam condam Demetrii de Val Clementis civis Albensis, ac Annam filiam condam Michaelis filii Demetrii de Malus Francisci de Apay consortes, ac Paulum Jungher dictum de Kukemen per regium et capit. Budensis homines legitime citationis modum observando ad certum terminum contra se regiam in presentiam in causam attraxissent, et ipsa causa partes inter easdem primo (coram) comit(e) Emeric(o) Bubek pridem similiter iudic(e) curie...et demum ipso honore iudicatus curie regieab eodem...ablato...et nobis dato mediantibus litterarum prorogatoriarum diversimode ventillando ad presentes oct. f. b. Michaelis prorogative devenisset[2]; tandem ipsis octavis instantibus prefatus Blasius fil. Georgii pro se personaliter et pro ipso Georgio cum lit. prorogatoriis capit. Budensis ad nostram veniendo presentiam, volens premissas possessiones...sibi et annotato Stephano pertinere debere comprobare, quasdam litteras... Sigismundi regis patentes, Bude, f. VI. p.f. Petri apost. ad vincula, in anno proxime transacto[3] emanatas presentavit...(Vide nr. 126. Sigismundus rex. Hung. 1391. aug. 4.)...Quibus litteris exhibitis prefatus Blasius...in sua...et Stephani fil. Nicolai personis rationem premisse contradictorie inhibitionis assignare postulasset per causam attractos...Quo audito Paulus dictus Jungher pro se,...pro prelibatis autem nobilibus dominabus Elyzabeth...ac Anna - prelibata nob. domina filia condam Nicolai filii Johannis de Chuth - octavas ad easdem non veniente, nec mittente, prefatus Clemens cum lit. procuratoriis capit. eccl. Albensis... in nostram exsurgentes presentiam, primo idem Paulus respondit..., quod statutioni premissarum possessionum pro eo ipse contradictor apparuisset, quia dicte possessiones sibi iure hereditario pertinerent, et demum annotatus Clemens in personis earundem dominarum allegasset..., quod pro eo in personis earundem ...contradictio facta fuisset, quia eedem possessiones ipsius nobilis domine vigore instrumentali pertinerent...Ubi primo idem Paulus...duas..., procurator dictarum nob. dominarum in earum personis...quinque litteras...presentasset...Hiis perceptis, quia nos absque revisione et examinatione (illarum) litterarum... discussionem facere non poteramus, pro eo causam inter partes in premissis habitam ad oct. f. Epiph....nunc venturas[4]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.262. - TRANSCR.(sensualiter): Comes Frank fil. Konye bani de Zechen iudex curiae 1398. apr. 21. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.270. > Conventus Cruciferorum de Alba 1400. sept. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.274. (Sign. ant.: Arch. famil. Kisfaludy nr. 153.) - COMM.: Zsigmondkori oklt. I. p. 581., nr. 5282.

[1] Cuius nomen non indicatur.

[2] 1392. oct. 6.

[3] 1391. aug. 4.

[4] 1393. jan. 13.

144 1392. nov. 25.

Coram magistratu Castri novi montis Pestiensis Nicolaus filius Andree de Szente, civis eiusdem civitatis, duas domos suas in eodem Castro habitas magistro Georgio filio Nicolai de Kővágóörs, castellano Strigoniensi pro duobus millibus et octingentis fl. auri vendit.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPLEX: Chart. pap. saec. XVIII. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Batthyany de Körmend.) Dl. 106.815. (Sign. ant.: No. 14. ad Fasc. 109.)

Nos Ioannes Sleczy[a] iudex Castri Novi Montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memoriae commendamus, quod providus vir Nicolaus filius Andreae de Szente,

iuratus concivis noster coram nobis personaliter constitutus duas domos suas in Castro praedicto, unam videlicet in vicinitate domorum Michaelis Nodler et quondam Ulrici Albi habitam, aliam vero domibus Petri Rauchan et Sigismundi apothecarii vicinam cum earum utilitatibus et pertinentiis universis de consensu dominae Margarethae consortis, necnon Elisabeth filiae, item Ladislai, Andreae, Michaelis, Stephani, Emerici filiorum suorum personaliter adstantium, imo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit nobili viro, magistro Georgio, filio Nicolai de Kő Vágó Eörs, castellano Strigoniensi et per eum suis haeredibus haeredumque suorum successoribus iure perpetuo ac irrevocabiliter possidendas pro duobus millibus et octingentis florenis auri plene perceptis et habitis ab eodem. Assumsit nihilominus memoratus Nicolaus filius Andreae eundem magistrum Georgium filium Nicolai, suosque haeredes et posteros ab omnibus ratione dictarum duarum domorum ac universarum utilitatum earundem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostrae civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium praemissarum praesentes litteras nostras duximus concedendas, per mittentes[b] privilegialibus litteris nostris confirmare, dum praesentes nobis fuerint importatae[c]. Datum in festo Catharinae virginis et martiris gloriosi[d] anno domini millesimo trecentesimo secundo.

[a] recte: Gleczel (quod ex litteris eiusdem magistratus eodem tempore confectis clare patet.)
[b] recte: promittentes
[c] recte: reportatae
[d] recte: gloriosae

145 1392. nov. 29.

Magistratus civitatis Budensis magistrum Georgium filium Nicolai de Kővágóörs, castellanum Strigoniensem duas domos Budae habitas pro possessione Bennek vocata magistro Nicolao filio Johannis de Kanizsa (cum exp. caut.) concambialiter tradidisse testatur.

ORIG.: A) Membr., in inferiore margine litteris A-B-C intercisa, cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso Littera concambialis inter Georgium provisorem castri Strigoniensis et magistrum tavarnicorum facta adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.270. - B) Membr. in superiore margine lit. A-B-C intercisa, cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.250. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyány de Keszthely, Acta antiqua. Alm. 3., lad. 3. Bennek nr. 8.) - TRANSCR.: (partim) Nicolaus de Zeech, tavarn. regal. magister 1409. apr. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 9544. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 292., nr. 2700. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 283., not. 7.; Ibid. p. 284-285. not. 12.; p. 295., not. 87.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 233, nr. 6740.

Nos Iohannes Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobilis vir magister Georgius filius Nicolai de Kw[e]uagow[e]rs castellanus Strigoniensis coram nobis personaliter comparendo duas domos suas in castro predicto[1]: unam videlicet in vicinitate domorum Michaelis Nodler et condam Vlrici albi habitam, aliam vero domibus Petri Rauchan et Sigismundi apothecarii vicinam cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum suorum, ymo nullo contradicente dedit et concambialiter tradidit magnifico viro magistro Nicolao filio Iohannis de Kanyza thauarnicorum regalium magistro iure perpetuo possidendas pro quadam possessione Bennuk vocata, in comitatu Simigiensi adiacenti. Assumpsit nichilominus memoratus magister Georgius eundem magistrum Nicolaum filium Iohannis et suos posteros ab omnibus ratione dictarum duarum domorum ac universarum utilitatum earundem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei

memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium premissarum presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia festi beati Andree apostoli, anno domini M°CCC° nonagesimo secundo.

[1] Scil.: Budensi.

146 1392. nov. 29.

(in vig. Andree.) Capit. ecclesie Budensis... ad univ.... not. h.s. volumus pervenire, quod magnifico... domino Nicolao filio Iohannis de Kanysa, magistro tavarn. reg. ab una, parte vero ex altera nobili viro magistro Georgio parvo, filio Nicolai de Kewagowrs, castellano Strigoniensi nostram... veniendo in presentiam propositum extitit per eosdem... in hunc modum: Quod... in quibusdam ipsorum possessione et domibus... huiusmodi ordinationem et concambium fecissent..., quod idem mag. tavarn.... possessionem suam Bednek vocatam, in comitatu Simigiensi adiacentem, simulcum omnibus... utilitatibus... prenotato magistro Georgio filio Nicolai et per eum suis heredibus... et posteritatibus universis titulo concambiali (cum exp. caut.) dedisset... perpetuo possidendam...; e converso vero idem mag. Georgius filius Nicolai quasdam duas domos suas in castro Budensi, unam vidl. in vicinitate domorum Michaelis Nodler [et] condam Vlrici albi habitam, aliam vero domibus Petri Rauchan et Sigismundi apotecarii vicinam... cum omnibus earum utilitatibus ac hedifficiis in superficiebus earundem habitis et constructis memorato magistro tavarnicorum regalium similiter per modum concambii... contulisset... coram nobis possidendas ...ac iuxta nutum sue voluntatis in vita pariter et in morte disponendas... In casu autem, quo ipse mag. tavarn. reg. aut eius successores et posteritates annotatum magistrum Georgium vel successores eiusdem in pacifico dominio... possessionis Bednek et suarum utilitatum conservare nollent vel non possent, tunc idem mag. tavarn. vel eius posteri de eorum possessionibus in districtu Raba et ex parte regni Hungarie adiacentibus aliam possessionem premisse possessioni [Be]dnek utilitate, fructuositate et valore consimilem ...magistro Georgio filio Nicolai aut posteritatibus eiusdem (similiter cum exp. caut.) dare et perpetuare... tenerentur...; idem (vero) mag. Georgius et sui posteritates in dominio[a] prescriptarum duarum domorum nullo modo redire et easdem pro seipsis repetere valerent. Cuique concambiali permutationi ac omnibus et singulis pactis, conditionibus et obligationibus inter partes... modo prehabito factis magnificus vir, Stephanus comes Siculorum regalium, frater memorati magistri tavarnicorum regalium uterinus astantia personali benivolum prebuit consensum... similiter coram nobis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1393. febr. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.255. (Arch. famil. Batthyány de Körmend. Acta antiqua. Alm. 3. Lad. 3. Bennek nr. 10.)

[a] recte: dominium

147 Buda, 1392. dec. 7.

(Bude, II. Nicolai.) Nos Sigismundus... rex Hungarie... m. comm. per presentes, quod nos consideratis fidelitatibus et innumeris sinceris famulatibus ac fidelibus... servitiis ...magistri Francisci Bernardi, comitis camerarum monetarum nostrarum per ipsum nobis ac sacro regio dyademati in diversis locis et temporibus... exhibitis, ...et attentis eiusdem... supplicationibus nostro culmini per ipsum... oblatis... huiusmodi gratie et liberalitatis prerogativam eidem... mera nostra regia auctoritate sanximus faciendam, ... ut... possessionem suam Jaztrebarzka vocatam, in Zagrabiensi comitatu habitam, nunc erga manus eius pacifice existentem, cum omnibus suis utilitatibus, proventibus, commoditatibus et universis pertinentiis... quibuscunque personis, tam religiosis et ecclesiasticis, quam etiam viris secularibus, demptis solummodo ecclesiis seu monasteriis, quandocunque et quibuscunque maluerit, donandi, legandi, vendendi, concambialiter tradendi et in perpetuam hereditatem eorundem ascribendi, ac iuxta libitum sue voluntatis de eadem disponendi iugiter liberam... habeat... facultatem... presentis nostre gratiose annuentie... robore in ewm prefulcitam...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio domini Nicolai de Kanysa, magistri tawarnicorum, in dorso vero manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: Littera super possessione Jastrebarchka. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat.) Dl. 42.528. - TRANSCR.: Wladislaus rex Hungariae saec. XV. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Erdődy de Vöröskő) Dl. 72.246. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 243., nr. 2710.

148 Buda, 1392. dec. 9.

(Bude, II. die Concept. Marie.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod nobis in festo conceptionis virginis gloriose[1]...Bude unacum prelatis et baronibus ac proceribus regni nostri in sede nostra iudiciaria pro tribunali consedentibus, causasque quorumlibet causidicorum...discutientibus, hon. et circumspectus...dominus Lucas prep. secretariusque cancellarius reginalis maiestatis et capit. ecclesie Budensis...in nostram ac dictorum prelatorum et baronum ac procerum nostrorum presentiam exurgendo proposuerunt in hunc modum: quod carinarii et naute Pestienses et de Ienew...domino preposito et capitulo ecclesieque eorundem iuxta adiudicationem et sententiam...domini Lodomerii archiepiscopi Strigoniensis de mandato et commissione...condam domini Ladislai regis...contra eosdem latam[2], et demum per eundem dominum Ladislaum regem...confirmatam[3], quibus quidem privilegiis ipsius condam Ladislai regis dictas litteras sententionales...condam...Lodomerii archiepiscopi in se transscriptive contentas coram nobis et ...regni nostri baronibus...per...dominum Lucam prepositum et capitulum...productas continebatur isto modo: quod carinarii et naute Pestienses et de Ienew tertiam partem nauli sive tributi in denariis, in salibus sive in aliis rebus cuiuscunque maneriei existant preposito et capitulo memoratis ipsorumque ecclesie...integraliter solvere sunt astricti, quam quidem solutionem iidem...preposito et capitulo prorsus sprevissent faciendam...Qui quidem carinarii ibidem...personaliter adherentes proposuerunt ex adverso, quod ipsi cum ...preposito et capitulo tempore...condam domini Karuli regis...coram eodem compositionem moderative inter se fieri fecissent et iuxta quam dictum tributum seu naulum...preposito et capitulo semper solvissent et adhuc solvere prompti forent et parati, prout hoc in litteris compositionalibus...per canonicos etiam nobis in specie productis...plenius...continetur, sed naute...in ius ac deportationem et delationem rerum...carinariis deferre debendarum se intromisissent, per quod...carinariis dampna non modica et inimititie evenissent... magne. Cuius...littere compositionalis...Karuli regis continentia est hec: (Vide: Carolus rex Hung. 1326. jul. 1[4].) Et quia...naute in transductionem et delationem rerum...carinariis deferre debendarum se intromisisse demonstrabant, et ob hoc ipsi ecclesie Budensi et...preposito et capitulo eiusdem in huiusmodi deportatione ipsarum rerum dampna et nocumenta non modica evenisse agnoscebamus, nolentes... ecclesie, necnon prepositi et capituli...iuribus derogari, unacum...prelatis et baronibus ac proceribus regni nostri pro...tribunali unacum nostra serenitate consedentibus iudicantes sanximus, ...ut pretaxati carinarii universas res, cuiuscunque maneriei existant, de quibus naulum sive tributum exigi convenit in dictis litteris compositionalibus specificatis in carinis ipsorum transferre et deducere memoratisque preposito et capitulo vel ipsorum officialibus pro tempore per ipsos constituendos iuxta...compositionem in...litteris...Karuli regis specificatis tributum integraliter...solvere...teneantur; ubi vero...naute in ius seu quarumvis rerum deportationem...carinariis iuxta contenta...litterarum compositionalium deferre aptarum et debendarum se intromiserint, extunc iidem naulum seu tributum veluti dicti carinarii...domino preposito et capitulo vel eorum officialibus solvere teneantur; nolumus enim in huiusmodi rerum deductionibus et transmeationibus dictis carinariis aptarum et deferri debendarum ac conveniendarum per dictos nautas preiudicium generare aliquale; volumus etiam, ut prescripti naute sales, sive in curribus, sive in navibus absque demonstratione officialibus vel tributariis...prepositi et capituli per eosdem nautas fienda, prout in...litteris compositionalibus plenius continetur - deferre nequaquam presumpmant. Si vero iidem naute quevis premissorum singula vel aliqua ex predictis articulis contumatia et rebellione ducti pretermiserint vel non observaverint, extunc in dictam sententiam seu gravamina per...dominum archiepiscopum Lodomerium iuxta commissionem...domini Ladislai regis sententionaliter et adiudicative latam et conscriptam et demum per eundem...roboratam incurrant eo facto presentis nostre pagine munimine et robore in evum prefulcitam...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. appresso. Arch. Capit. Poson. (Bratislava.) Capsa Budensis I., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 39-42. - REG.: Knauz: Magyar Tört. Tár XIII(1863) p. 16-17.; Bártfai Szabó: Óbuda p. 95.; Id.: Pest megye p. 105.; Zsigmondkori oklt. I. p. 294., nr. 2716. - COMM.: Lederer: Századok 62(1928) p. 642-644.

[1] Dec. 8.

[2] Gárdonyi: Budapest tört. okl. eml. I. p. 217-220. (1285. jun. 14.)

[3] Fejér: CD.V/3. p. 285-287. (1285. jul. 7.)

[4] Fejér: CD. VIII/3. p. 56-59. (1326. jul. 22.)

149 1392. dec. 10.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum fil. Johannis de Kanizsa tres domos suas Budae habitas claustro b. Mariae virg. de Örményes animae suae et praedecessorum suorum ob remedium donavisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7817. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 294., nr. 2719. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 283., not. 7.; 285., not. 12.; 290., not. 46.; 295., not. 87.

Nos Iohannes Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod vir magnificus dominus Nicolaus filius Iohannis de Kanisa tauarnicorum regalium magister coram nobis personaliter comparendo quasdam tres domos suas in castro predicto habitas, unam in vicinitate domorum Michaelis Nodler et quondam Vlrici albi sitam et aliam domibus Petri Rauchan et Sigismundi apothecarii vicinam, necnon tertiam inter domos Michaelis Rösler et magistri Stephani cyrologi adiacentem cum earum utilitatibus et pertinentiis universis dedit, contulit ac libere resignavit claustro beate virginis Marie de Vrmynus iuxta Kedhyda et per consequens fratribus heremitis ordinis sancti Pauli primi heremite nunc et pro tempore deo famulantibus in eodem perpetuo iure possidendas, tenendas et in usus, quos melius poterint convertendas anime sue et predecessorum suorum ob remedium ac salutem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium premissarum presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria tertia proxima post festum conceptionis beate virginis Marie, anno domini M°CCC° nonagesimo secundo.

150 1392. dec. 14.

Magistratus civitatis Budensis petitioni magistri Nicolai filii Johannis de Kanizsa, tavarn. regal. magistri annuendo litteras suas patententes 1390. febr. 27. emanatas in privilegiali forma transcribendo confirmat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias Petri de Rohonicz, cler. Prag. dioc., publ. auct. imp. notarius 1444. oct. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8836. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 295., nr. 2727.

Nos Iohannes Gloczel iudex castri novi montis Pestiensis, Iohannes Pernhawser, Martinus Stoyan, Laurentius Nynderthaym, Iohannes Omichein, Hertlinus, Perchtoldus Krafft, Georgius Kasse, magister Iohannes litteratus, Nicolaus de Senche, Iohannes filius Viti et Michael de Erd tunc pro tempore iurati ipsius castri memorie commendantes significamus universis quibus expedit presentium per tenorem, quod vir magnificus magister Nicolaus filius Iohannis de Kaniza Thauarnicorum regalium magister in medium nostri veniendo exhibuit nobis quasdam litteras nostras, minoris sigilli nostri impressione munitas, in anno domini millesimo tricentesimo (!) nonagesimo, in dominica Reminiscere confectas et emanatas, in quibus lucide et aperte seriatim vidimus contineri, quod Onofrius filius Francisci de Florencia.. (sequuntur litterae magistratus civitatis Budensis, de 1390. febr.

27, vide n. 92.)

In cuius rei memoriam [perpe]tuam [que firmitatem ha]s litteras nostras privilegiales dupplicis sigilli nostri communitas ad petitionem partium duximus concedendas. Datum in crastino festi beate Lucie virginis et martiris, anno domini M°CCC° nonagesimo secu[ndo].

151 1392. dec. 14.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum fil. Johannis de Kanizsa, magistrum tavarnicorum regalium duas domos suas Budae habitas magistro Francisco Bernhardi civi eiusdem civitatis pro sexaginta fl. ratione redditus Purkrecht dicti, item duobus centenariis olei olivae, necnon una lagena alecum ac centum salibus annuatim solvendis locasse testatur.

ORIG.: A) Membr. cum fragm. sig. duplicis de filo sericeo viol.et albi col. pend. B) et C) Membr. cum filo sericeo viol.coloris, de quo sig. dupl. iam deperditum pendebat. Arch. Nat. Hung. Dl. 7818. - ED.: Zala vm. II. 257. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 295., nr. 2728. - MENT.: Rupp, Buda-Pest 157.; Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. 27.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 233., nr. 6740.

Nos Iohannes Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, Iohannes Pernhawser, Michael Nodler, Marcus Stoyani, Laurentius Nynderthaym, Iohannes Ömycheyn, Hertlinus, Perchtoldus Chraft, Georgius Kase, magister Iohannes litteratus, Nicolaus de Senche, Iohannes filius Viti et Michael de Erd tunc pro tempore iurati ipsius castri memorie commendantes significamus universis quibus expedit presentium per tenorem, quod magnificus vir dominus Nicolaus filius Iohannis de Kanisa thauarnicorum regalium magister coram nobis personaliter comparendo quasdam duas domos suas in castro predicto adiacentes, unam in vicinitate domorum quondam domini Nicolai Konth palatini et beginarum ordinis sancti Dominici habitam, aliam vero domibus Iohannis Ömicheyn predicti et sanctimonialium de insula leporum vicinam cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis universis, nullo penitus [con]tradictore apparente locavit, tradidit et assignavit magistro Francisco Bernhardi nostro concivi et per eum suis heredibus heredumque suorum s[u]ccessoribus iure perpetuo ac pacifice possidendas eo modo, ut idem Franciscum Bernhardi suique heredes ac posteri prefatas duas [do]mos successu temporum possidentes singulis annis et perpetue ratione redditus wulgariter purkrecht dicti claustro beate virginis ordi[nis] fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite de Vrmynus prope Kedhyda et per consequens fratribus nunc et pro tempore deo famulantibus in eodem sexaginta florenos auri aut pecuniam usualem equevalentem[a] in duobus terminis infrascriptis, triginta scilicet in festo penthecostes et residuos triginta in festo nativitatis beate Marie virginis, item in festo purificationis Marie duos centenarios olei olive et unam lagenam alecum vulgo tim dictam, necnon centum sales dare et persolvere teneantur. In casu autem, ubi annotatus magister Franciscus aut eius heredes oleum et aleca predicta propter caristiam seu viarum discrimina aut quovis alio casu fortuito dare non possent, ex tunc pro dictis duobus centenariis olei viginti florenos auri ac pro pretacta lagena alecum sex florenos similiter auri prenotato claustro dare et persolvere teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus dominus Nicolaus eundem magistrum Franciscum Bernhardi suosque heredes seu posteros ab omnibus ratione prescriptarum duarum domorum ac universarum utilitatum earundem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvis tamen redditibus prenotatis semper remanentibus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales alphabeto intercisas dupplicis sigilli nostri appensione munitas ad petitionem partium predictarum duximus concedendas. Datum in crastino festi beate Lucie virginis et martiris, anno domini M°CCC° nonagesimo secundo.

[a] recte: aequivalentem

152 Buda, 1393. jan. 6.

(Bude, in Epiph.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm...., quod nobis ... Bude ...in aula nostra regia unacum prelatis, baronibus et asseclis nostris conversantibus..., Iohannes archiep. ecclesie Strigoniensis...nostre detexit maiestati, quomodo in domo nostra tauarnicali quedam haberentur litteralia instrumenta...in uno trapello sub condam...Nicolai palatini sigillo inclusa..., que in prosequutione quorundam suorum iurium possessionariorum sibi et suis fratribus plurimum forent necessaria, supplicans... maiestati nostre..., ut ipsum trapellum aperiri et tenorem dictorum litteralium instrumentorum nostris litteris patentibus...inseri et sibi ac suis fratribus duri facere dignaremur ...Nos igitur...Iohannis archiepiscopi supplicationibus suo, necnon magnifici viri, domini Nicolai magistri tavarnicorum nostrorum et Stephani comitis Siculorum, filiorum scil. condam magistri Iohannis filii Laurentii de Kanisa, fratrum suorum nominibus nostre... oblatis maiestati...exauditis, dictum trapellum aperiendo et in eo quasdam duas litteras ...capituli ecclesie Quinqueecclesiensis, unam...patentem et aliam clause emanatam reperiendo...et iustas fore agnoscendo, tenoremque earundem presentibus...inseri faciendo eidem et suis fratribus...ad cautelam duximus concedendum, quarum unius, utputa patentis tenor is est: (Capit. ecclesiae Quinqueecclesiensis 1346. apr. 7[1].); alterius siquidem...tenor talis est: (Capit. ecclesiae Quinqueecclesiensis 1346. apr. 7.)...Preterea, quia...easdem rursus... in dictum trapellum includendo et impressione...secretioris sigilli nostri consignando in eadem domo nostra Tauarnicali duximus reponendas, ideo... eisdem...Iohanni archiepiscopo et suis fratribus eorundemque fratrum suorum heredibus ...annuimus, ut ipsos nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri ad exhibitionem dictarum duarum litterarum annotati capituli contra quosvis hominum personas specietenus faciendam conpellere audeat vel presumpmat, sed tenores earundem superius conscripte[a] semper et ubique tam[b] roboris...habeantur, ac si eedem in specie semper exhiberentur...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In dorsi sinistro margine manu saec. XV-XVI. Ista littera ad presens non placet adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 3837. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 643. No. 14.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 300., nr. 2770.

[1] Anjou IV. p. 582-584.

[a] recte: conscripti

[b] recte: tanti

153 Perugia, 1393. jan. 16.

(Perusii, XVII. Kal. Febr., a. V.) Bonifatius (IX.)...aep-o Barensi (?)...s. Joh. bapt. prope flumen Kyris et s. Stephani de Zenthyag Varad. dioc. monasteriorum abbatibus ... Cum..., sicut accepimus, prepositura eccl. Waradiensis...vacare noscitur ad presens, nos volentes Andree (Johannis de Bogath can. et cantori eccl. Budensis)...gratiam facere specialem..., discretioni vestre mandamus, quatenus dictam preposituram, cuius proventus octuaginta marcarum auri...valorem annuum...non excedunt...eidem Andree...conferre ...curetis, inducentes ipsum...in corporalem possessionem prepositure...ac facientes eundem ad huiusmodi preposituram admitti sibique de ipsius...proventibus responderi...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensis. Liber II., fol. 15-16. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budensis. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. 210-211.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 285.; Zsigmondkori oklt. I. p. 301., nr. 2785.

154 Visegrád, 1393. jun. 4.

(In Visegrad, XXXV. die oct. Georgii.) Littera comitis Johannis de Kapla, olim iudicis curie...Blasium filium Georgii de Nyek in facto...possessionis Harkyan cum... Ladislao filio Lorandi de Palota in lite extitisse, in ipsaque lite ipsum Ladislaum in facto eiusdem possessionis... litteras emptionales contra prefatum Blasium exhibere assu.apsisse declarabat...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. apr. 9. Arch. comitatus Komaromiensis: Vegyes perek 65. II. 8. - ED.: Alapi: p. 45. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 325., nr. 2967.

155 1393. jun. 5.

(in f. corp. Christi.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ....not. h. s. volumus pervenire, quod rel. vir dominus fr. Mathias prepositus ecclesie b. Leustachii de Chwth... exhibuit nobis quasdam litteras condam domini Bele regis...pendenti sigillo eiusdem consignatas[1]...petens nos..., ut easdem litteris nostris privilegialibus inseri...faceremus, transsumptumque sibi dare dignaremur ad cautelam, quarum tenor is est:...Nos itaque petitionibus...domini fratris Mathie prepositi nobis factis et exhibitis pretactas litteras... Bele regis...presentibus litteris nostris privilegialibus inseri...et transscribi fecimus pro eodem uberiorem ad cautelam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1466. maj. 13. Arch. Capit. Strig. Publ. Capsa 18., fasc. 3., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Mon. Eccl. Strig. I. p. 509-513.

156 Zólyom (Zvolen), 1393. aug. 14.

(Zoly in vig. Assumpt.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) ac marchio Brandenburg. m. comm...., quod nos sicuti pro utilitate et comodo regnicolarum nostrorum, sic non minus ad supplicationis instantiam...iudicis et iuratorum civium nostrorum de Antiquo Zolio nostro culmini...porrectam, nundinas seu forum annuale in dicta civitate nostra Zoliensi singulis annis diebus dominicis proximis post festum Assumptionis Virginis Gloriose, vidl. octo diebus diem dominicam precedentibus et totidem subsequentibus more et ad instar aliarum nundinarum in civitate nostra Budensi celebrari consuetarum perpetuo gratiose celebrari annuendo (sub conditionibus in litteris fusius specificatis) duximus concedendas, sine tamen preiudicio et destructione aliarum vicinarum et conprovincialium nundinarum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. sub textu appressi, in cuius loco Relatio domini Ladislai filii Petri de Sarow, magistri curie regie de baronum nostrorum consilio not. canc. legitur. Arch. civit. Zólyom (Zvolen). - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 268.921. - REG.: Föglein: Levéltári Közl. 3(1925) p. 239.; Zsigmondkori oklt. I. p. 336., nr. 3037.

157 1393. sept. 9.

Magistratus civitatis Budensis magistrum Franciscum Bernhardi, civem Budensem, quandam domum suam in castro Novi Montis Pestiensis, in vicinitate domorum magistri Iohannis filii condam Simonis bani et quodam vico mediante Georgii Kase habitam pro duobus millibus et sexingentis fl. auri Iohanni archiepiscopo Strigoniensi iure perpetuo possidendam vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 2., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) Magistratus civitatis Budensis 1396. febr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Comes Petrus Gereb de Wyngarth, iudex curiae regiae 1496. maj. 22. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 31. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Capit. ecclesiae Strigoniensis 1694. oct. 16. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.628. - REG.: Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. nr. 30.; Zsigmondkori oklt. I. p. 340., nr. 3072.

Nos Vlricus Rabinstayner iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod magister Franciscus Bernhardi, concivis

noster, coram nobis personaliter constitutus quandam domum suam in castro predicto, in vicinitate domorum nobilis viri magistri Iohannis filii condam Simonis bani et quodam vico mediante Georgii Kase habitam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis, de consensu domine Vrsule consortis Pauli et Philippi filiorum suorum personaliter astantium et omnium proximorum suorum, nullo penitus contradictore apparente, vendidit et tradidit in Christo patri reverendissimo et domino domino Iohanni archiepiscopo ecclesie Strigoniensis et per eum illi vel illis, cui vel quibus ipse voluerit perpetuo iure possidendam pro duobus millibus et sexingentis florenis auri plene habitis et perceptis ab eodem. Assumpsit nichilominus idem magister Franciscus eundem dominum Iohannem archiepiscopum ab omnibus ratione predicte domus et universarum utilitatum eiusdem inquietare nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem civitatis nostre ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instantiam et petitionem partium presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in crastino festi nativitatis beate Marie virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio.

158 Buda, 1393. sept. 21.

(Bude, in Mathei.) Nos Maria...regina Hungarie...m.c.t.pr. significamus quibus expedit universis, quod religiosus vir, frater Gallus, prior ordinis predicatorum sancti Dominici de Insula leporum in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate Margarethe de eadem Insula...exhibuit nobis quasdam litteras condam...domini Lodovici regis, patris nostri...in facto tributi in porta Budensi pro predictis dominabus exigi consueti...privilegialiter emanatas...supplicans nostre maiestati, ut dictas litteras ...ratas...habendo...pro eisdem religiosis dominabus...dignaremur confirmare, quarum tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1365. febr. 27. confirmat quasdam suas litteras pro eisdem rel. dominabus sanctimonialibus 1351. febr. 21. patenter emanatas.) Nos itaque...supplicationibus memoratarum religiosarum dominarum (sanctimonialium) favorabiliter inclinate pretactas litteras...domini Lodovici regis...presentibus...insertas ...ratificamus et pro eisdem perpetuo valituras confirmamus harum nostrarum testimonio litterarum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sig. Relatio magistri Iohannis filii Dominici de Pastoh not. canc. legitur. In dorso manu saec. XV-XVI. haec adnot. est scripta: Vt tributum nullas in regno solvere debeant, confirmatio Marie regine. Arch. Nat. Hung. Dl. 7823. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 42. No. 5.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.343., nr. 3099.

159 1393. sept. 22.

(X. Kal. Oct.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not...h.s.volumus pervenire..., quod...mag. Blasius can. Budensis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda...exhibuit nobis quoddam privilegium ...Lodovici regis Hungarie, patris ac soceri nostri...super revocatione et cassatione gratie nonullis hominibus facte in facto tributorum predictarum dominarum sanctimonialium confectum...supplicans...nostro regio culmini..., ut ipsum...ratificare...ac pro eisdem...nostris litteris privilegialibus...inseri faciendo dignaremur confirmare, cuius ...tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1365. maj. 20.) Nos igitur supplicationibus...magistri Blasii canonici nostre...oblatis maiestati...exauditis...prefatas litteras ...domini Lodovici regis...presentibus...insertas quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos...approbamus..., ipsas nichilominus ex...domine Marie...regine ...consortis nostre...prelatorumque et baronum nostrorum consilio...ac ex certa nostre maiestatis scientia de regie potestatis plenitudine pro eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus innovantes in perpetuum valituras confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo viridis et rubri coloris sig. duppl. pend. iam deperditi. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc. legitur,

in dorso vero manu saec. XVI. haec adnot. sunt scriptae: a) De tributo; b) Confirmatio Sigismundi super facto revocationis gratie cuilibet in tributis dominarum facte. Arch. Nat. Hung. Dl. 7824. (Sing. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 22. No. 20.) - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1406. jan. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 9123. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 2.) - MENT.: Sigismundus rex Hungariae 1406. jan. 2. > Michael Orzagh de Gwt, regni Hungariae palatinus 1472. sept. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 16. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 22.)

160 1393. sept. 30.

Magistratus civitatis Budensis Johannem archiepiscopum Strigoniensem quandam domum suam in Castro Budensi, in vicinitate domorum magistri Johannis filii quondam Simonis bani et quodam vico mediante Georgii Kase habitam magistro Francisco Bernhardi, civi Budensi suisque heredibus, sub certis conditionibus perpetuo possidendam locasse testatur.

ORIG.: Membr., in superiore margine litteris ABC istercisa cum fragm. sig. minoris rubri tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3., nr. 5. - TRANSCR.: a) Magistratus civit. Buden. 1396. febr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 1., nr. 5.; b) Magistratus civit. Buden. 1396. febr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53, fasc. 2., nr. 2.; c) Magistratus civit. Buden. 1396. febr. 24. Arch. Capit. Strig. Lad. 64., fasc. 1., nr. 6.; d) (sensualiter) Petrus filius Henrici de Brezewycz, magister tavarnicorum regalium 1424. jul. 16. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 3.; e) (sensualiter) Petrus fil. Henrici de Brezewicz, magister tavarn. regalium 1424. jul. 16. > Capit. eccl. Strig. 1694. oct. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.002. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 163-164.; Esztergomi főkáptalan birtokai p. 90-91. - REG.: ibid. p. XXIII.; Csánki: Századok 40(1906) p. 693-694.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 106., nr. 468.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. nr. 30.; Zsigmondkori oklt. I. p. 345., nr. 3118.

Nos Vlricus Rabinstainer iudex Castri Novi Montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod in Christo pater reverendissimus et dominus dominus Johannes archiepiscopus ecclesie Strigoniensis in medio nostri personaliter constitutus quandam domum suam in Castro predicto, in vicinitate domorum nobilis viri, magistri Johannis filii quondam Simonis bani et quodam vico mediante Georgii Kase habitam cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis, nullo penitus contradictore apparente, locavit, tradidit et assignavit viro provido, magistro Francisco Bernhardi concivi nostro, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ae pacifice possidendam eo modo, ut idem magister Franciscus Bernhardi suique successores seu posteri domum predictam successu temporum possidentes singulis annis et perpetuo ratione redditus vulgo purkrecht dicti in festo sancti Michaelis archangeli[1] pro luminaribus predicte kathedralis ecclesie Strigoniensis viginti quatuor lacernas seu candelas baculares, singulas quinque marcas ponderantes, ac unum centenarium olei lini pro lampadibus subcustodi in predicta ecclesia Kathedrali predicte ecclesie Strigoniensis nunc et pro tempore constituto, item in festo sancti Georgii martiris[2] altariste sive rectori altaris officii defunctorum ecclesie annotate viginti florenos auri aut pecuniam usualem equivalentem, item in festo Nativitatis Marie virginis[3] gloriose collegio et canonicis ecclesie sancti Stephani protho-martiris in Castro Strigoniensi per predictum dominum Johannem archiepiscopum de novo ordinato triginta florenos computi pretitulati dare et persolvere teneantur. In casu autem, quo prenotatam domum per negligentiam possessorum, seu ignis voraginem aut alio quocunque casu fortuito desolari contingeret, adeo ut sepedicti proventus exinde commodose porrigi non possent, extunc memoratus magister Franciscus aut sui posteri huiusmodi defectum de proventibus cuiusdam predii seu allodii inter supradictum Castrum Budense et villam Nyek adiacentis, quod scilicet quondam comitis Kwnczlini prefuisse dinoscitur, refundere seu supplere teneantur. Assumens nichilominus prenomimatus dominus Johannes archiepiscopus eundem magistrum Franciscum Bernhardi suosque successores atque posteros ab omnibus ratione iam dicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem civitatis nostre ab antiquo approbatam, salvis tamen redditibus prescriptis semper remanentibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instantiam et

petitionem partium presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in crastino festi sancti Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio.

[1] Sept. 29.

[2] Apr. 24.

[3] Sept. 8.

161 Bsenec, 1393. oct. 18.

(In campis ante castrum Bizencz, sab., in die s. Lucae.) Stiborius de Stiboricz, comes Posoniensis..., prudenti viro dicto Kiczmegel civi Posoniensi... Petimus..., quatenus centum et quinquaginta florenos aureos, quos vobis Gralandas, civis Budensis, ex commissione Johannis nostri notarii, ibidem in Bude (!) presentavit, nostro familiari presentium ostensori, presentetis, quod si habetis, de quibus vos dicimus, facimus presentibus... quitum... .Et si pecunias non habetis, redatis literam presentanti.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. virid. col. - Brno, Arch. Nat. Art. Fremde Urkunden, Ungarn. - ED.: Cod. Dipl. Moraviae, XV. p. 303-304. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 350., nr. 3152.

162 Roma, 1393. nov. 3.

(Rome, ap. s. Petrum, III. Non. Nov., a. IV.) Bonifatius (IX.)...univ. Cristi fidelibus pres. lit. inspecturis salutem...Cupientes..., ut altare s. trium regum, Marie Magdalene, Elizabeth et Helene...in paroch. eccl. s. Marie Budensis Vespr. dioc. congruis honoribus frequentetur...et Christi fideles...ad eius conservationem manus promtius porrigant adiutrices..., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo s. Marie Magdalene predictum altare devote visitaverint, annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, duos annos et totidem quadragenas de...penitentiis eis relaxamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber II., fol. 222[v]-223. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 231-232.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 290.; Zsigmondkori oklt. I. p. 354., nr. 3191.

163 Visegrád, 1393. p. nov. 22.

(In Wisegrad, ...quind. oct. omn. sanct.) Capitulo ecclesie Wachiensi... Leustachius de Ilsowa regni Hungarie palatinus et comes Albensis...Noveritis, quod vigesimo sexto die oct. b. Johannis babt.[1] Johannes filius Chechen pro nobili domina Anna ...relicta Ladislai filii Akus, nunc...consorte magistri Frank, filii condam Kone bani... quasdam litteras...Emerici Bubek, pridem iudicis curie regie transmissionales, in Vysegrad decimo die oct. Michaelis archang. in a. d. mill. trecent. LXXX. septimo[2] emanatas nobis presentavit declarantes, quod Sigismundo rege...unacum...comite Emerico et ceteris regni proceribus... in sede sua iudiciaria in examine huius cause sedentibus nobilis domina relicta condam Mychk, filii Akus de Peleske pro se...et pro puella Sara...filia sua in tenera etate constituta, ac pro alia nob. domina, rel. Ladislai filii eiusdem Akus (et) Johannes prepositus Agriensis...ad eiusdem comitis Emerici veniendo presentiam, litteras ...Stephani...pridem palatini in Kapproncha f. IV. a. f. b. Laurentii a. d. mill. trecent. LXXX. septimo[3] emanatas eidem...presentasset, habentes hunc tenorem[4]: quod...nob. domine condam Mykch et Ladislai, filiorum condam magistri Akus de Pelyske relicte unacum nob. puella Sara..., filia ipsius Mykch in tenera etate constituta, ...presentibus Akus bano regni Sclauonie ac magistro Stephano fratre eiusdem...nostram veniendo in presentiam...contra ipsos...proposuerunt..., quod...(ipsi) prefatis dominis ipsarum ab

hac luce decedentibus ipsas de universis possessionibus et portionibus possessionariis... tam iure hereditario, quam emptitio et impignoratitio contingentibus..., ymmo etiam iuribus ipsarum dotalitiis et quartalitiis annotate...puelle non persolutis, potentialiter exclusissent ... Quo audito...Akus banus et magister Stephanus...responderunt..., quod hoc...verum foret, ut ipsi dictas possessiones et portiones possessionarias, que ipsorum Mykch et Ladislai prefuissent, occupassent...eo, quod eedem... Mykch et Ladislao non emptitionis et impignorationis titulis, sed iure...acquisititio et hereditario pertinerent...Quibus perceptis..., quia nobis...adiudicantibus prefate domine et filia Mykch bani de...possessionibus Mykch et Ladislai...per...Akus banum et Stephanum excluse fore...clare adinventum fuerat, ex eo ipsos...in facto potentie...convictos fore decernentes, dictasque dominas et filiam... Mykch in dominium dictarum possessionum...usque decisionem presentis cause introducere ...adiudicantes commiseramus eo modo, ut iidem...litteralia instrumenta si que haberent, in oct. f. b. Michaelis archang. preteritis[5]...exhibere tenerentur.....Sed quia...Acus banus et mag. Stephanus super nostro iudicio non contentabantur..., pro eo...discussionem premissam...in curiam regiam, ad dictas oct. Michaelis archang.[6] duxeramus transmittendam - committentes partibus, ut seriem deliberationis...iudicis curie regie ad oct. f. b. Martini[7] ...nobis deberent reportare. Quibus litteris exhibitis...procurator dicte...domine ...Akus banum medio tempore ab hac luce decessum, cunctaque iura possessionaria...in magistrum Mykch, filium...olim Akus bani iure germine condescensa fore, ipsique nobili domine de premissis oneribus et gravaminibus, in quibus...Akus banus contra ipsam... fuisset innodatus, ipsos Akus banum et magistrum Mykch nullam satisfactionem impendisse referens, allegarat eo modo, quod...eadem domina ipsum magistrum Mykch ad premissa se nostram in presentiam facere vellet evocari...; pro eo vestram amititiam...petieramus, quatenus mitteretis hominem..., quo presente homo noster magistrum Mykch...contra dominam Anna vocatam, relictam condam Ladislai filii Akus, nunc consortem magistri Frank, filii condam Kone bani ad oct. Assumpt. (virg.)[8]...nostram evocet in presentiam. Tandem ipsis octavis instantibus Johannes dictus Chazar pro...domina Anna...litteras vestras...nobis presentavit..., in quibus...sabbato...p. f. b. Petri ad vinc.[9] preteritum ...magistrum Mykch filium condam Akus bani...in possessione Wagh...ad dictas octavas evocatum comperiebamus, ad quas...magister Mykch...non venerat, neque miserat. Et quia idem magister Mykch...ad premissa adhuc in tribus foribus conprovincialibus proclamari visus fore fuerat, pro eo...vestram amititiam...petieramus..., quatenus vestrum mitteretis hominem..., quo presente homo noster...magistrum Mykch in premissis perhemptorie responsurum ad quindenas f. omn. sanct. tunc venturas[10] in tribus foris conprovincialibus publice et manifeste nostram in presentiam proclamari, insinuando ibidem, ut si veniret et ad premissa responderet, discussionemque...reciperet bene quidem, alioquin ipsius absentia non obstante...finem debitum...faceremus causa in premissa. Tandem ipsis octavis...occurrentibus..., Johannes parvus...pro...domina relicta magistri Ladislai filii Akus...litteras vestras super premissa trina forensi proclamatione receptas nobis presentavit declarantes, quod vos... unacum Emerico de Musthelee Nicolaum chori eccl. vestre clericum...pro testimonio ...transmisissetis, ...qui...vobis...retulissent, quod ipsi feriis, vidl. tertia p. f. b. Demetrii mart.[11] primo in Pesth, quinta vero in Hathowan[12] et sexta in Kechkemeth[13] post sese...preteritis, scil. feriis conprovincialibus in eisdem civitate Pest et villis celebratis, memoratum magistrum Mykch, filium condam Akus bani, in premissis perhemptorie responsurum et finem congruum recepturum...contra prefatam dominam ad predictas quindenas f. omn. sanct. fecisset proclamari. Ad quas... quindenas...magister Mykch per...procuratorem nobilis domine...in persona...coram nobis expectatus non venit, neque misit...Verumtamen, quia prefatus condam Akus banus genitor...magistri Mykch primo in presentia Stephani palatini...et demum...Emerici Bubek iudicis curie regie...sanctitam deliberationem...Sigismundi regis unacum...baronibus factam previis ex rationibus...contra prelibatam...dominam Anna nominatam et relictam magistri Ladislai nunc...in facto potentie, ex eoque sententia capitali et ammissione universarum...possessionum ac rerum et bonorum suorum...ordine iudiciario convictus extitisset...[14]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1414. febr. 14. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.747.(Sign.ant.: Arch. famil. Mednyánszky nr. 44.) - REG.: Zsigmondkori oklt.I. p. 356-357., nr. 3215.

[1] 1393. jul. 20.

[2] 1387. oct. 15. - Zsigmondkori oklt. I. p. 25-26., nr. 259.

[3] 1387. aug. 7.

[4] Zsigmondkori oklt. I. p. 18-19., nr. 180.

[5] 1387. oct. 6.

[6] Eodem a. et die.

[7] 1387. nov. 18.

[8] 1393. aug. 22.

[9] 1393. aug. 2.

[10] 1393. nov. 15.

[11] 1393. oct. 28.

[12] 1393. oct. 30.

[13] 1393. oct. 31.

[14] 1394. maj. 1. Ad processum iuridicum finaliter concludendum causa ad hunc terminum est prorogata. Alioquin transscriptum harum litterarum in fine est non solum laceratum, sed et mutilatum. Coniect. vide in Reg. superius cit.

164 1393. nov. 23.

(Dom. a. Katherine.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. ...h. s. volumus pervenire, quod provida domina Margaretha..., relicta Ladislai dicti Thompa de Veteribuda coram nobis...est confessa...in hunc modum, quod ipsa...volens diem messionis extreme operibus misericordie preveniri, ...quandam vineam suam in territorio Veterisbude..., in vicinitatibus vinearum Demetrii litterati et Benedicti dicti de Zala, civium de...Veteribuda, ac provide domine relicte Nicolai habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, loco scil. torcularis ac via ab antiquo consuetis, tum ad honorem dei omnipotentis et sue genitricis dulcissime, tum etiam sue ac omnium proximorum suorum, vivorum atque mortuorum, necnon predicti condam Ladislai mariti sui animarum remediis[a] claustro b. virginis in predicta civitate Veterisbude fundate[b] et per consequens religiosis dominabus sanctimonialibus claustro in eodem degentibus in elemosinam perpetuam...contulit ...iure perpetuo...possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum sig. de filo sericeo viridis coloris pend. In dorso manu saec. XVI-XVII. De vinea Ladizlay dicti tompa adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 7904. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No.15.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 95., nr. 100.; Zsigmondkori oklt. I. p. 357., nr. 3218.

[a] recte: remedium

[b] recte: fundato

165 Nagyszombat, 1393. nov. 25.

(In Tyrnawia, in Katherine.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...universis tributariis, nostris scil. et aliorum quorumcunque tam in terris, quam super aquis ubique in regno nostro constitutis...mandamus, quatenus....quotienscunque providi viri cives seu hospites...de Cassowia cum ipsorum rebus mercimonialibus sub presentium testimonio ad loca tributorum vestrorum pervenerint, tributum de eorum rebus mercimonialibus, veluti de rebus mercimonialibus civium seu hospitum nostrorum Budensium exigere estis assueti, sic et eodem modo de...rebus mercimonialibus...civium seu hospitum nostrorum

de Cassouia exigere, ac eosdem, solutis iustis tributis ipsorum, de locis tributorum vestrorum simulcum huiusmodi rebus ipsorum mercimonialibus pacifice... in eundo et redeundo sinatis pertransire...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc. est scripta. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Secr. F., nr. 15. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Conventus eccl. Jasoviensis 1453. dec. 22. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Secr. Arch. variarum familiarum F., nr. 47. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

166 1394. mart. 4.

Magistratus civitatis Budensis dominam Agnetem, relictam condam Pauli civis eiusdem civitatis quandam vineam suam in territorio Rezzymal vocato habitam Henrico Falk et consorti suae Dorotheae pro sexaginta fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7931. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 252-253. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 367., nr. 3323.

Nos Vlricus Rabinstayner iudex castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod honesta domina Agnes, relicta Pauli, nostra concivis, astantibus sibi Pescone caupone, Nicolao Fyerekel sartore et Andrea dicto mit der Notprezz in nostri medio residentibus coram nobis personaliter constituta quandam vineam suam in territorio Rezzymal vocato, superius allodium magistri Francisci dicti Bernhardi, in vicinitate vinearum Iohannis dicti Gleczel et Andree percussoris existentem habitam, cum loco torcularis inferius dictam vineam situato ceterisque utilitatibus ad eandem pertinentibus, de consensu omnium proximorum suorum, ymmo null[o pe]nitus contradictore apparente, vendidit et tradidit Heynrico nominato Falk et domine Dorothee consorti sue legittime et similiter nostris concivibus et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro sexaginta florenis per centum plene perceptis et habitis ab eisdem. Assumpsit nichilominus prenominata domina Agnes eosdem Heyricum Falk sartorem et dominam Dorotheam eorundemque succ[essores et posteros ab om]nibus ratione iam dicte vinee et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et [expedire propriis suis lab]oribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius re[i memoriam perpetuam]que firmitatem ad petitionem partium presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes p[rivilegialibus] litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in die cinerum, anno domini M° CCC^mo nonagesimo quarto.

167 1394. mart. 21.

(vigesimo primo Martii.) Conventus cruciferorum domus hospitalis s. regis de Alba... ad univ. not. h. s. volumus pervenire: Quod... magistro Georgio cantore ecclesie Wesprimiensis, ac Stephano filio Thome filii Dominici de Calta pro ipsis personaliter, pro Thoma vero filio predicti Thome filii Dominici, fratre ipsius Stephani uterino cum procuratoriis litteris nostris (cum onere) coram nobis constitutis per eosdem confessum extitit, quod licet... capit. eccl. Wesprimiensis totalem portionem suam possessionariam in possessione Olsoendred Symigensis, ac predium suum Zeech et Thelemer... habitatoribus destitutum inter possessiones Zenthagatha et Tebwrtheek Albensis comitatuum, dicto magistro Georgio cantori ac annotatis Thome filio Dominici de Colta, necnon Thome et Stephano filiis eiusdem Thome ac successoribus... eorundem... in feudum perpetuum pro tredecim pensis denariorum singulis annis... in oct. b. Georgii martiris... Wesprimii eidem capitulo Wesprimiensi persolvendis arendando locaverit, dictusque Georgius cantor et filii predicti Thome filii Dominici... portionem possessionariam in Olsoendred... et medietatem predii antedicti pro novem sessionibus iobagionalibus ac aliis locis vacuis inter ipsas existentibus pro sessionibus aptis Philippi et Marci filiorum Gede condam iudicis de dicta Alba in prescripta villa Zenthagatha situatis pro directaque medietate... portionis possessionarie... filiorum Gede in

territorio et vicinitate...ville Zenthagatha, necnon uno fundo curie...civitatis Albensis in vico Zygethwtha a parte orientali habito prenotati...capituli sub nomine pro censu feudali ...non sine gravium expensarum et laborum oneribus expositis concambialiter permutaverint, quia tamen nunc predictum capit....pro ampliori...utilitate ipsorum universa premissa iura sua possessionaria...feudaliter apud manus...Georgii cantoris et suorum nepotum predictorum existentia, item...portionem ipsorum possessionariam in possessione Echyer, comitatus Zaladiensis, nunc vacuam et habitatoribus destitutam...cum universis...earum utilitatibus...capitulo Wesprimiensi ex eisdem provenientibus et provenire debentibus... Georgio cantori et suis nepotibus...pro perpetua concambiali permutatione...dedisset et assignasset per eosdem Georgium cantorem et suos nepotes...perpetue...possidenda..., pro eo viceversa...Georgius et sui nepotes pro premissis iuribus possessionariis eisdem per capit. Wespr. commutanter assignatis, ac pro pecuniario additamento infra declarato quemdam locum molendini in fluvio Saarwyze...penes possessionem...capituli Wespr. Kezy vocitatam a parte septemtrionali existentem, necnon pratum seu fenile ac terram...ad locum molendini spectantibus, quem idem...capit. olim...ab abbate monasterii Tykoniensis pro censu annuo similiter in feudum perpetuum singulis annis abbati dicti monasterii... persolvendo, demumque ipso loco molendini et suis pertinentiis per...Georgium modernum abbatem dicti monasterii et conventum eiusdem annotatis Georgio cantori et suis nepotibus pro domo ipsorum castri Budensis[1] permutatis ab eodem Georgio cantore et filiis Thome pro dicto censu feudali absque omni variatione actenus per idem capit. conservatum eidem... capitulo Wesprimiensi pro predicta concambiali permutatione (cum exp. caut.) dedissent... coram nobis...per annotatum capit. perpetue possidendum et habendum...

ORIG.: Membr. cum zona membr. sig. pend. Arch. Capit. Vesprim. Priv. Endréd nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] De huius domus et possessionum praedictarum concambiali permutatione antea in litteris Capituli Vesprimiensis 1394. febr. 14. emanatis agitur. Arch. Capit. Vespr. priv. Keszi 15. Photocopia: Arch. Nat. Hung. DF. 201.103. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 365-366., nr. 3308.

168 Kassa, (1394.[1]) apr. 30.

(Cassovie, f. V. p. Marci.) In singulis beneplacitis promptissimam servitutem. Magnifici viri, dominique fautores gratiosi ! Contenta vestrarum litterarum...suscepi ...quomodo vos relatu quorundam proborum virorum percipissetis me et meos socios urbura vestra[a] in Dopsina a vobis...annum per presentem...seriosius protulisse, de quo michi non constat re vera, si unum vel plures coniunctim aut divisim hoc dixisse reperirem evidenti testimonio, pena incomprehensibili punire non postponerem. Etiam cuprum vestrum liberum deducere et deportare libere non permitteremus et specialiter ipsum cuprum Bude nunc impedivissemus. Scitote, quod id cuprum a Iacobo Jordan dudum extiterat venditum, secus non, verumptamen omne cuprum vestris in gadibus ordinatum, excluso vobis arendato, non tantum nostris in tricesimis, sed indubie alias ubicumque locorum, ubi nostra requisierit facultas, diligenti conatu volumus tamquam nostrum proprium gubernare. Rogamus igitur vestras magnitudines...nobis talia de incondignis demeritis minime imputare... Vlricus Camerer, tricesimator regie maiestatis, vester servitor.

In dorso: Viris magnificis dominis Georgio de Chitnyk dapiferorum regalium magistro et Nicolao de eadem dominis nostris.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis viridis coloris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 7941. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1544. No. 25.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 376., nr. 3398.

[1] Coni. E. Mályusz: Zsigmondkori oklt. I. nr. 3398.

[a] recte: urburam vestram

169 Buda, 1394. maj. 5.

(Bude, f. III. p. inv. Curcis.) Nos Sigismundus... rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc(etera)...m. comm., quod quia Georgius de Kalosz... heredibus sexus utriusque orbatus extitit, ob hocque... cunctae ipsius possessiones et portiones possessionariae... ad nostram devolvendae sunt maiestatem; tamen... consideratis... servitiis... Blasii de Nyek ..., nobilem dominam Barbaram, filiam Lucae, fratris scil. annotati Georgii..., matrem ipsius Blasii..., in cunctis possessionibus et portionibus possessionariis antefati Georgii de Kalosz,... mera authoritate nostra regia et potestatis plenitudine... creavimus et praefecimus merum haeredem... dantes ipsas possessiones et portiones possessionarias dicti Georgii... praenotatae... Barbarae... ipsiusque haeredibus iure perennali possidendas ...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1409. aug. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 107.243. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 179. - REG.: Idem, ibid. X/8. p. 369.; Turul 41(1927) p. 86.; Zsigmondkori oklt. I. p. 377., nr. 3407.

170 Buda, 1394. máj. 6.

(Bude, in f. b. Johannis a. port. Lat.) Sigismundus... rex Hung.... Capitulo Albensi... Cum nos pro... servitiis, necnon... supplicationibus... Blasii de Nyek nobilem dominam Barbaram, filiam Lucae, matrem scil. eiusdem Blasii de Nyek in cunctis possessionibus et portionibus possessionariis Georgii de Kalosz, haeredibus utriusque sexus suis orbati, patris vidl. annotati Lucae, ob hocque ad nostram maiestatem... devolvendis ..., auctoritate nostra regia in verum heredem et legitimum successorem procreavimus et praefecerimus, ipsasque ipsi nobili dominae Barbarae ac eius haeredibus iure perennali contulerimus, ac easdem sibi statui facere velimus..., mandamus igitur vestrae fidelitati ..., quatemus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo praesente Clemens de Kenderthov, vel Jacobus de..., aut Benedictus de Keserew, aut Petrus (de) Hagymas, aliis absentibus homo noster ad facies annotatarum possessionum et portionum possessionariarum annotati Georgii de Kalosz, vicinis et commetaneis suis universis inibi convocatis et presentibus accedendo statuat easdem annotatae dominae Barbarae sub praemisso praefectionis et institutionis nostrae titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos in praesentiam (nostram) adversus praedictam nobilem dominam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Albensis 1394. jun. 20. > Sigismundus rex Hung. 1409. aug. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 107.243. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 180. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 377., nr. 3410.

171 Roma, 1394. maj. 25.

(Rome, ap. s. Petrum, VIII. Kal. Jun., a. IV.) Bonifatius (IX.)... patriarche Gravensi et... sancti Petri de Veteribuda ac s. Georgii de Viridicampo Vespr. et Strigoniensis dioc. prepositis... Cum... merita... quibus apud nos... Nicolaus dictus Gurin, can. s. Petri Wissegradiensis Pragensis dioc., magister in artibus... commendatur..., nos inducunt, ut sibi reddamus ad gratiam liberales; cum itaque... archidiaconatus Budensis in eccl. Vesprimiensi... vacaverit et vacat ad presens, nos volentes eidem Nicolao, qui presbyter est... gratiam facere specialem, discretioni vestre ... mandamus, quatenus... dictum archidiaconatum..., cuiusque fructus... trigintaquinque marcharum argenti puri... valorem annuum... non excedunt..., auctoritate nostre (eidem) conferre et assignare curetis...

ORIG.: Reg. Datariae seu Lateranensia anni V. Liber IV., fol 64^{v}. Arch. Secr. Vatican. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 256-257; Mon. Rom. Vespr. II. p. 295.; Zsigmondkori oklt. I. p. 281., nr. 3463.

172 Buda, 1394. jun. 11.

(Bude, in Barnabe.) Sigismundus...rex Hungarie...viro magnifico, domino Stiborio de Styborich, comiti Posoniensi...Quia nonulle lites ac discordie inter Georgium nobilem de Farkasd et inter Laurentium et Andream, hospites de Buda, ac castellanum vestrum de Sempte ratione satisfactionis cuiusdam debiti per...vestrum castellanum de Sempte ex parte ipsius Georgii annotatis Laurentio et Andree impensi...verti dinoscuntur, quas...per vestram fidelitatem partes inter easdem diffinire, decidi et determinari volumus; ideo fidelitati vestre...mandamus, quatenus...convocatis partibus..., auditisque earundem propositionibus ...id inter easdem facere debeatis, quid iuri videbitur et congruum fuerit rationi...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Forgach) Dl. 58.727. (Sign. ant.: Fasc. Z. No. 93.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 385., nr. 3499.

173 Roma, 1394. jun. 16.

(Rome, ap. S. Petrum., XVI. Kal. Jul., a. V.) Bonifatius (papa IX.)...Georgio Ladislai canonico Strigoniensi...; tibi..., qui presbyter es..., canonicatum eccl. Strigoniensis...conferimus, non obstant(e)..., quod parochialem ecclesiam, b. Marie Magdalene de Novocastro Montispestiensis Vespr. dioc. nosceris obtinere...

ORIG.: Desideratur. - ED.: (breviter) Mon. Vat. Hung. I/3. p. 261. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 386., nr. 3518.

174 1394. jun. 20.

(X. statut./in Barnabae.) Capitulum ecclesiae Albensis... ad univ. not. h. s. volumus prevenire, quod nos litteras...Sigismundi regis...Hungariae etc(etera)... receperimus...hunc tenorem continentes: (Vide nr. 170. Sigismundus rex Hung. 1394. maj. 6.) Nos itaque...una cum Petro de Hagymás...magistrum Joannem parvum... concanonicum nostrum ad...statutionem faciendam pro testimonio nostro duximus transmittendum, qui...nobis retulerunt, quod praefatus homo domini regis... in f. Barnabae ap[1]....ad facies portionum possessionariarum...Georgii de Kalosz in possessionibus Kalosz, Pomász, Békás-Megyer, Borosjenő, Orosz, Koltha, Kürth vocatis habitarum, vicinis et commetaneis eorundem...praesentibus accedendo, easdem...nobili dominae Barbara vocatae sub praefectionis titulo perpetuo possidendas...statuisset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1409. aug. 19. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 219. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 387., nr. 3540.

[1] Jun. 11.

175 Pesterzsébet, 1394. jul. 12.

(Prope villam Zenthelsebeth, XIV. congr./f. II. p. nat. Joh.) Nos Leustachius de Ilsua regni Hungarie palatinus et comes Albensis m. comm., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum... prope villam Zenthelsebeth celebrata Georgius filius Nicolai de Kyrth...proposuit..., quod possessio Zahyus in...comitatu Pestiensi existens...sua fuisset et est hereditaria, quam magister Cyko et decesso ipso sui successores, vidl....Stephanus episcopus Agriensis ac magister Franciscus filius dicti Cyko, necnon Johannes filius Ladislai de Pomaz...tamquam suum ius hereditarium indebite conservassent et conservarent de presenti... . Cumque nos... iudices nobilium ac iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem...

nobis...id, ut annotata possessio...ab antiquo predecessorum prefati Georgii et per consequens eiusdem Georgii fuisset hereditaria unanimi testificatione affirmarunt...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. parvo tergo appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 7962. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 288., No. 35.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 107., nr. 470.; Zsigmondkori oklt. I. p. 389., nr. 3554.

176 Pesterzsébet, 1394.jul.18.

(Prope villam Zenthelsebeth XX. die ferie II. p. nat. Ioh.) Nos Leustachius de Ilswa regni Hungarie palat. et comes Albensis m.c.t.pr. signific. quibus exp. univ., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestyensis et Pylisiensis comitatuum feria secunda...post festum nat. b. Iohannis bapt.[1] prope villam Zenthelsebeth celebrata Michael filius Petri iudex, iuratique cives ac hospites predicte ville Zenthelsebeth... exhibitione quarundam litterarum...Ladislai condam...regis Hungarie...in villa sancte Elizabeth, in crastino b. Andree apostoli sine anno emanationis eiusdem confectarum[2] tenorem quarundam litterarum...Stephani olim similiter...regis Hungarie...in Veteribuda, in crastino octavarum s. Regis absque anno emanationis earundem exortarum...transcriptive et confirmative in se habentium hospitibus de dicta villa Zenthelsebeth regali per eosdem Stephanum et Ladislaum reges...huiusmodi gratiam prerogativam, ut nullus...tributariorum dicti regni Hungarie ipsorum, signanter vero tributarii Budenses et de Pesth super eosdem-eis cum mercimoniis causa fori proficiscentibus-in eundo et redeundo tributum seu tributariam exactionem exigere deberent fecisse declarando proposuerunt eo modo, quod religiose domine sanctimoniales de Insula leporum per earum tributarios in...civitatibus Budensi et Pestyensi constitutos contra huiusmodi libertatem et gratiam prerogativam per prescriptos...reges eis...factam tributum ab ipsis et eorum mercimoniis in eundo et redeundo a plerys temporibus retroactis minus iuste et indebite exigi fecissent et facerent de presenti, - cuius rationem ipsi scire vellent a religiosis dominabus antedictis. Quo audito Sebastianus filius Job dictus de Somogy pro ipsis religiosis dominabus...respondit ex adverso, quod hoc...verum foret, ut ipse domine ipsum tributum a pluribus temporibus retrolapsis locis in pradictis a...populis de Zenthelsebethfalua exigi fecissent et facerentde presenti, sed non indebite ...et super huiusmodi tributaria exactione eedem litteras haberent efficaces et ibidem... quasdam litteras domini Bele olim...regis Hungarie...anno domini M^mo^CC^mo^ quinquagesimo quinto octavo Kal. Aug.[4]...privilegialiter confectas nobis presentavit, in quibus reperiebatur, quod idem...Bela rex tributum fori sive solempnis seu cottidiani in castro Pestyensi, necnon extra districtum eiusdem castri, quod sibi provenire solitum fuisset, monasterio s. Marie de Insula leporum ad sustentationem sororum...ibidem...deo famulantium... contulisset in perpetuum possidendum, quamobrem idem dominus... rex volens amputare omnem calumpniam et sopire materiam iurgiorum in tributis exigendis modo et ordine litteris in eisdem specificatis duxisset ordinandum et taxandum. Quibus quidem litteris exhibitis, partibusque...sibi in premissis per nos iuris equitatem impertiri postulantibus, licet... Stephanus et Ladislaus reges...hospitibus ipsorum de...Zenthelsebethfalua huiusmodi gratiam prerogativam, ut nullus tributariorum regni ipsorum, signanter vero de Buda et de Pesth super eisdem et eorundem mercimoniis in eundo et redeundo aliquam tributariam exactionem exigi deberent et tenerentur premissis eorum litteris mediantibus fecerint, tamen - quia prius et antea, vidl. in...anno domini M^mo^CC^mo^ quinquagesimo quinto...dominus Bela rex prescriptum tributum, quod in...civitatibus Budensi et de Pesth pro se exigi solitum fuisset,...monasterio b. virginis ad sustentationem sororum ibidem deo famulantium perpetuo dedisse...ex premissis litteris eiusdem...Bele regis privilegialibus reperiebatur, ob hoc...Stephanus et Ladislaus reges a solutione dicti tributi in...Budensi et Pestyensi civitatibus prius et antea per...Belam regem...in perpetuum dati...in preiudicium iuris earundem dominarum ipsos hospites de Zenthelsebethfalua...liberos et solutos committere nequivisse, nec aisdem in facto solutionis ipsius tributi - uti in iure aliorum - aliquam gratiam facere valuisse, nobis, vicecomiti nostro dicti comitatus Pylisiensis, ac iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus, necnon ceteris nobilibus dictorum amborum comitatuum in dictam congregationem nostram confluxis agnosscebantur, prefate etiam religiose domine sanctimoniales a tempore collationis premissi tributi semper in pacifico dominio eiusdem absque ulla inquietatione et infestatione extitisse et esse de presenti per partes referebantur, pretitulati quoque iudex, iurati et hospites de Zenthelsebethfalua...

nobis legitime requirentibus id, quomodo et qualiter, a quo tempore ipsi et eorum predecessores post premissam prerogativam gratiam...eis factam de eadem exclusi fuissent et haberentur, nullo evidenti documento nunc vel in futurum comprobabant, nec comprobare assumpmebant, sed ius alienum tantummodo subreptitie in eorum iuris proprietatem et iurisdictionem prescriptarum litterarum viribus et vigoribus convertere et appropriare anhelabant, pro eo eorundem vicecomitis nostri, iudicum nobilium iuratorumque assessorum et ceterorum nobilium dictorum comitatuum assumpto consilio...prescripta tributa eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum premisso iure eis incumbenti in perpetuum possidere relinquentes et committentes auctoritate nostra iudiciaria mediante decernentes commisimus eomodo, ut prefati iudex, iurati ac ceteri hospites de...Zenthelsebethfalua de rebus eorum mercimonialibus in...Budensi et Pestyensi civitatibus ipsis religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum et earundem tributariis per easdem civitatibus in predictis nunc constitutis et in futurum constituendis more aliorum hominum mercantium tributum iuxta limitationem...Bele regis in predictis litteris suis privilegialibus expressam perpetuis temporibus dare et persolvere teneantur...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubri et viridis coloris sig.pend.iam deperditi. In dorso manibus saec. XVI. scriptae a) (in margine dextro) hogi Zentfalvayak vammal tartoznak; b) (in margine sinistro) Secunda littera Lewstacy palatini adiudicatoria super obtentione tributi adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7918. (Sign. ant.: V.Buden. Monial. Fasc. 22.,No. 21.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 389., nr. 3564.

[1] 1394. jun. 29.

[2] S.a. dec.1. Szentpétery, Reg. Arp. nr. 196o.

[3] S.a. aug. 28. Szentpétery-Borsa, Reg. Arp. nr. 3619.

[4] 1255. jul. 25. Gárdonyi, Budapest tört. okl. eml. I. p. 56-58.

177 1394. jul. 19.

(Dom. a. Marie Magd.)Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod magistro Francisco Bernardi cive Budensi et Paulo filio suo pro se personaliter, ac pro Philippo, necnon Francisco filiis eiusdem magistri Francisci sine litteris procuratoriis (cum onere) ...et Muchyn filio Raphaelis de Lyppolch...coram nobis constitutis, per...magistrum Franciscum et Paulum filium suum confessum extitit..., quod ipsi [possessionem eorum] Jaztrebarz[ka]...in comitatu Zagrabiensi...habitam cum omnibus suis utilitatibus et... pertinentiis...(ad eandem)...de iure spectantibus predicto Muchyn filio Raphaelis et Nicolao fratri suo uterino pro quattuor millibus fl. auri (cum exp. caut.)...vendiderunt coram nobis perpetuo...possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex Hungariae saec. XV. vertente in XVI. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Erdődy de Vöröskő) Dl. 72.246. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 390., nr. 3566.

178 1394. aug. 29.

(in decoll. Ioh.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ....not.h.s. volumus pervenire, quod nobili domina Clara...de Pukur ab una, parte vero ex altera similiter nobili domina relicta Nicolai filii condam Dominici bani de Azonfolua coram nobis... constitutis, per...dominam Claram propositum extitit...in hunc modum: Quod ipsa... medietatem cuiusdam domus in civitate Veterisbude prope claustrum sanctimonialium iuxta appatecam existentis a parte aquilonali adiacentem, ipsam titulo emptionis concernentem cum omnibus suis utilitatibus...et pertinentiis..., necnon pallacio ac cellario et aliis edificiis ligneis ac lapideis in superficie eiusdem habitis et constructis annotate nobili domine, relicte Nicolai...pro quadringentis fl. auri (cum exp.caut.) iure perpetuo... vendidisset...possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum incisuris pro filo sericeo vel cord. membr. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7972. (Sign. ant.: V. Buden Monial. Fasc. 18.No.43.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 95., nr. 102.; Zsigmondkori oklt. I. p. 304., nr. 3607.

179 Esztergom, 1394. oct. 8.

(Strigonii die octava Oct.) Iohannes...archiep. Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus primasque, necnon apost. sedis legatus natus auleque regie maiestatis Hungarie summus cancellarius universis...presentes litteras inspecturis salutem in domino. Pridem pro parte magnifici militis domini Nicolai de Kanisa regalium thauarnicorum magistri...germani nostri, ac magistri Brictii rectoris capelle corporis Christi site in Strigoniensi ecclesia et in ipsa ecclesia canonici fuit nobis...expositum, quod ipsi ex certis...causis...cupiebant certas domos ad invicem permutare, in qua quidem permutatione ...dominus Nicolaus quandam domum, sitam in platea Budensi, dicto domino Brictio recipienti, vice et nomine dicte capelle, et ipse dominus Brictius quandam domum ad ipsam capellam pertinentem, sitam in platea iudeorum in Buda versus vineas, cui ab uno latere domus...domini episcopi Zagrabiensis, a parte vero porte iudeorum domus condam Achus bani site sunt..., prefato domino Nicolao in concambium assignabat; et cum domus... domini Nicolai melior sit et in utilitate et valore excedat domum quam ipsi dominus Brictius offerebat, offert se idem dominus Brictius solvere annuatim fl. auri viginti tamquam pro censu meliorationis predicte - asserentes ambo permutationem huiusmodi cedere ad utilitatem...prefate capelle..., ob quod nobis...supplicarunt, ut dicte permutationi inter eos faciende...consensum nostrum prestare dignaremur. Nos igitur...habito...cum... preposito et capitulo Strigoniensis ecclesie consilio...prefate permutationi...consensum nostrum...damus...ita tamen, quod dominus Brictius pro se et successoribus suis...se obliget illis, ad quos pertinet et...pertinebit, quod pro dicta melioratione...domus recipiende in cambium solvet annuatim viginti fl. auri sacerdoti sive rectori altaris b. Ladislai regis in...Strigoniensi ecclesia construendi...annis singulis in festo s. Michaelis de mense Septembris[1], ad quod altare dictos viginti fl. auri...decernimus annuatim et perpetuo pertinere; decernimus etiam, quod nostri pro tempore successores...dominum Brictium rectorem et successores eius ad dictam solutionem...faciendam...compellere possint et debeant cum censuris canonicis...et remediis opportunis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus vicar. archiepiscopi Strigoniensis 1429. aug. 12. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 72., fasc. 1., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 207-209. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XIV(1950). p. 298., not. nr. 109.; Zsigmondkori oklt. I. p. 399., nr. 3649.; Magyar-zsidó oklt. V/1. p. 22.

[1] Sept. 29.

180 1394. oct. 17.

(XII. die oct. Michaelis.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod cum nos litteris...Leustachii regni Hung. palatini et comitis Albensis...receptis...unacum Stephano filio Pauli de Zanthow homine ipsius...palatini ...magistrum Paulum de Comar...concanonicum nostrum ad infrascriptam possessionariam divisionem et statutionem faciendam pro testimonio transmisissemus..., iidem tandem...nobis...retulerunt, quod (ipsi) in octavis f. b. Michaelis archang.[1]...ad facies ...duarum sessionum populosarum in villa Bekasmeger...erga manus Georgii de Kaluz habitarum vicinis et commataneis ipsarum...inibi...convocatis, ac nobili domina Elena vocata, filia Luce filii Laurentii de dicta Kaluz, consorte vidl. Michaelis litterati, hospitis Pesthyensis, necnon Jacobo dicto de Challokuz...procuratore prefati Georgii de Kaluz... presentibus accedendo, easdem duas sessiones in tres divisissent partes..., quarum... unam...a plaga meridionali, in vicinitate portionis possessionarie abbatis Pilisyensis adiacentem cum orto, terris arabilibus ac edificiis in superficie eiusdem tertie partis

dictarum sessionum habitis et constructis, aliis etiam cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis prefate nobili domine Elena vocate...pro omnimoda satisfactione totalis iuris quartalitii ipsius...eidem iuxta regni consuetudinem de possessionibus Kaluz..., Kyrch, Kolta, Oroz et Meger vocatis provenire debentis contradictione prefati Georgii et aliorum quorumlibet non obstante statuissent...in perpetuum possidendam...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo seríceo rubri col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 7981. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14. No. 18.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 107., nr. 471.; Zsigmondkori oklt. I. p. 401., nr. 3665.

181 1394. oct. 20.

(III. Luce evang.) Nos Capitulum ecclesie Zagrabiensis...ad...univ. ...not.h.s. volumus pervenire, quod cum nos iuxta continentiam litterarum...domini Sigismundi... regis Hungarie [introductoriarum] et statutoriarum...pro Nicolao et Iohanne dicto Muchyn filiis Raphaelis de Lyppowch emanatarum...[unacum homine regio inter] alios regie excellentie homines nominatim conscripto...Iohannem Farkasy... concanonicum nostrum ad infrascriptam...[statutionem peragendam transmisissemus..., qui] ...nobis...retulerunt, quod ipsi in festo b. Galli confessoris[1]...ad faciem...possessionis Jaztre [barzka]...[prefatos Muchyn et Nicolaum filios] Raphaelis emptitio iuris titulo contingentis...accessissent, ac eandem [eisdem ac] eorum heredibus...premisso iure [sibi] incumbenti [statuissent perpetuo] possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex Hungariae saec. XV. vertente in XVI. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Erdődy de Vöröskő.) Dl. 72.246.

[1] 1394. oct. 16.

182 (Kraków), 1394.

Hanes Saff(ar) de Buda habet ius, habuit litteram.

(Orig.: Adnot. in Libro iuris civilis civitatis Krakoviensis. p. 9. Arch. Województwa i miasta Krakowa.

183 1394.

Petrus Chudar donavit huic (scil. monasterio b. Mariae virg. de Laad) domum suam Budensem, quam ipse emit a Stephano Magyar. Extant inde litterae.[1] (Vide et nr. 1066 a. 1433.)

ORIG.: Desideratur. - REG.: Invent. s. Pauli p. 72.; Rupp p. 145.; Pataki: Bud. Rég. XV. (1950) p. 294., not. 77.; Documenta artis Paulinorum p. 217.

[1] Asservabantur in Arch. famil. Füzy. Századok 25(1881) p. 77.

184 Roma, 1395. jan. 18.

(Rome, ap. s. Petrum, XV. Kal. Febr., a. VI.) Bonifatius (IX.)...episcopo Aquensi (?) et abbati monast. s. Georgii de Monyorod ac prep.-o eccl. b. Margarethe de Demes Wacien. et Vespr. dioc. ...Discretioni vestre...mandamus,quatenus...Luce (Demetrii prep.-o eccl. s. Petri de Veteribuda)...faciatis auctoritate nostra...proventus iuxta...nostre concessionis tenorem integre ministrari non permittentes eum...per

eiusdem ordinarios et capitula seu quoscunque alios ad residendum in eisdem ecclesiis sive locis compelli, vel alias contra huiusmodi nostre concessionis tenorem quomodolibet molestari...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber LIII., fol. 222^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 288.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 297.; Zsigmondkori oklt. I. p. 414., nr. 3793.

185 Roma, 1395. jan. 18.

(Rome ap. s. Petrum, XV. Kal. Febr., a. V.) Bonifatius (papa IX.)...Luce Demetrii, preposito eccl. s. Petri de Veteribuda Vespr. dioc. ...Nos tuis supplicationibus inclinati...tibi...indulgemus ut in Romana curia aut nostris et Romane eccl. seu...Sigismundi regis...vel...Marie regine Vngarie servitiis insistendo aut in aliquo beneficiorum tuorum ecclesiasticorum, que nunc in quibusvis ecclesiis sive locis obtines et in futurum obtinebis residendo - fructus, redditus et proventus prepositure eccl. s. Petri de Veteribuda...et aliorum quorumcunque beneficiorum tuorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura que ad presens obtines et in posterum obtinebis - etiam si dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebende aut parochiales ecclesie fuerint, - etiam si huiusmodi dignitates in metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales, aut in collegiatis ecclesiis principales existant et ad illas consueverint, qui per electionem assumi cum integritate - quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis - libere percipere valeas, cum qua illos perciperes, si in ecclesiis sive locis, in quibus beneficia ipsa fuerint, personaliter resideres et ad residendum interim in eisdem ecclesiis sive locis minime tenearis, neque ad id a quoquam invitus valeas coartari...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XXXVIII. fol. 223^{v}-225^{v}. -PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. Civit. Budapest. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 297.; Zsigmondkori oklt. I. p. 414., nr. 3793.

186 Buda, 1395. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Sigismundus...rex Hungarie...iudici, iuratis et universis civibus ac hospitibus nostris de Pesth...In personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum maiestati nostre exponitur querulose, quod quia nos ad vestre supplicationis instantiam nundinas, seu forum annuale liberum in eadem Pesth annis singulis circa festum ad vincula b. Petri apostoli[1] perpetuo celebrandas annuendo duxissemus concedendas, ideo nunc vos libertatem dictarum nundinarum in...eo, ut nullus mercatorum extraneorum tributum tempore celebrationis dictarum nundinarum solvere deberet - allegando huiusmodi tributum...ex...concessione...nostrorum predecessorum...ab omnibus nostris regnicolis et extraneis hominibus privilegiata libertate dicti claustri et prerogativa eiusdem requirente exigi solitum hominibus seu tributariis ipsarum religiosarum dominarum recipere et exigere non permitteretis... Verum, cum nos nundinas memoratas vobis absque alieni iuris preiudicio ad vestri medium concessisse perhibeamur, dictumque claustrum et per consequens religiosas dominas memoratas in eodem sumpmo creatori iugiter servientes huiusmodi earum iuribus frustrari non velimus, fidelitati universitatis vestre presentibus edicimus..., quatenus amodo in antea, non obstante premissa libertate, per vos tempore celebrationis nundinarum earundem modo prehabito allegata, cui in hac parte derogari censuimus, tributum premissum super omnibus dictis extraneis et aliis hominibus, qui eodem[a] iuxta antiquam dicti claustri privilegiatam prerogativam solvere tenentur et...hominibus seu tributariis earundem religiosarum dominarum pro eisdem recipere et exigi facere, sicut in aliis temporibus, sic non minus tempore celebrationis dictarum nundinarum pacifice permittatis...contradictione, renitentia et subterfugio quibusvis in hac parte prorsus relegatis, alioquin...harum serie districte precipimus magistris tavarnicorum nostrorum, presenti vidl. et futuris ac vices eorum gerentibus, ut ipsi vos et quemlibet vestrum ad premissa facienda...astringat[b] nostra regia auctoritate presentibus in hac parte eis attributa mediante...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Relatio domini Iohannis archiepiscopi Strigoniensis per magistrum Michaelem Ramas facta not. canc., in dorso vero manu saec. XV-XVII. scripta a) Septima littera Sigismundi imperatoris, ut in nundinis sancti Petri etiam forenses et alii generaliter, semota omni annuentia, tributum in Pesth solvere teneantur; b) Hogi Zentpeter sokadalmaban Pesten mynden ember vammal tartozik; c) Super tributo in nundinis festi beati Petri martiris in Pest celebrandis contra quaslibet libertates quibuscunque datas recipiatur adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8056.(Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 22.No.22.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.431. nr. 3939.

[1] Aug. 1.

[a] recte: idem

[b] recte: astringant

187 Buda, 1395. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...notum facimus universis quibus incumbit per presentes, quod quia...religiose domine sanctimoniales in claustro b. virginis de Insula leporum...recluse...in nostra et aliquorum regni nostri iudicum ac iustitiariorum presentia adiudicationibus, diffinitionibus et finalibus ac conclusivis determinationibus causarum claustri memorati in factis possessionariis sepius motarum et emergendarum personalibus earum in assistentiis interesse non valerent, ideo nonnulla ipsius...iura possessionaria...claustro ab eodem de facili possent alienari, nos...de prelatorum et baronum nostrorum consilio...et unanimi decreto eorundem, ex certa nostre maiestatis scientia eidem claustro b. virginis et per consequens religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem deo servientibus hanc specialis gratie prerogativam presentibus duximus faciendam, ut amodo inantea...nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri preterquam personalis regia maiestas cum suis prelatis et baronibus ipsas in causis earum in facto possessionario motis et emersis ac quandocunque movendis et suscitandis audeat vel presumpmat iudicare. Quare vobis...palatino et iudici curie nostre vestrasque vices in iudicatu gerentibus, aliis etiam cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, presentibus... et futuris...firmiter edicimus, quatenus prefatas religiosas dominas sanctimoniales amodo et deinceps in causis ipsarum in facto possessionario motis vel movendis contra quemcunque iudicare, aut vestro astare iudicatui compellere nullatenus presumpmatis, sed universas et quaslibet earundem causas...factum possessionarium concernentes vestri in presentia vertentes et quoquomodo ventillandas in personalem nostre celsitudinis presentiam et eorundem prelatorum ac baronum nostrorum adiudicationi, deliberationi et determinationi transmittatis...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine Relatio domini Iohannis archiepiscopi Strigoniensis per magistrum Michaelem Ramas facta not. canc. legitur, in dorso vero manu saec. XVI-XVII. Vt nullus possit iudicare sanctimoniales...in causis ipsarum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8057 (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc.55. No. 17.) - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hungariae 1417. aug. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.523. (Sign. ant.: Mon. Poson.Fasc.56. No.47.); b) Sigismundus rex Hungariae 1417. aug. 17. > Capit. ecclesiae Budensis 1465.mart.31. Arch.Nat. Hung. Dl. 8060. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 50. No. 26.); c) Sigismundus rex Hungarie 1417. aug. 17. > Wladislaus II. rex. Hungariae 1508. febr. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 8061. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 17.No.2. - MENT.: Sigismundus rex Hungariae 1399. aug.29. Arch. Nat. Hung. Dl. 8390. (Sign. Ant.: Mon. Poson. Fasc. 35. No.13.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 451., nr. 3439.

188 Buda, 1395. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Sigismundus...rex Hungarie fidelibus suis iudici, iuratis et universis civibus ac hospitibus nostris de Buda. ...In personis rel.dominarum sanctimonialium claustri b. virg. de Insula leporum nostre... exponitur maiestati, quod quamquam libertate

dicti claustri ab antiquo approbata requirente mensure staterales, quibus cera, sepum et alie res ponderari solent venales, erga manus hominum earundem et in domo tributaria ipsarum Bude in eadem existenti stare deberent et conservari, tamen plerique forent ex vobis, qui huiusmodi mensuras staterales in eorum domibus tenerent et conservarent, resque venales premissas cum eisdem in iuris earundem dominarum...preiudicium facerent ponderari. Verum - cum nos ipsas rel. dominas et...claustrum memoratum, quorum veri sumus patroni et tutores, earum iuribus quoquomodo defraudari non velimus - fidelitati vestre...edicimus...omnino volentes, quatenus amodo in antea memoratas mensurales stateras in...vestris domibus conservare et...res venales cum eisdem ponderari facere nullatenus presumpmatis, sed eas erga domum ipsarum sanctimonialium tributariam et apud manus hominum earundem more ab antiquo consueto stare permittatis...novitate quavis in hac parte relegata..., alioquin commisimus et harum serie...edicimus magistro tauarnicorum nostrorum presenti...et futuris, ut ipsi vos et quemlibet vestrum ad premissa more alias consueto facienda...compellat auctoritate nostra presentibus eis in hac parte attributa mediante...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta Vt mensure staterales non debeat aliquis mercatorum, nisi stent in domo tributorum adnot.legitur. Arch. Nat. Hung. Dl.8085. (Sign. ant.: Clar. Poson.Fasc. 39.No.23.) - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1432. nov.22. Arch. Nat. Hung. Dl. 8059. (Sign. ant.: Fundat. Fasc. 39. No. 23.); b) Ladislaus de Paloch iudex curiae regiae 1463. jul. 6. Arch. Nat. Hung. Dl. 8062. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 51. No. 7. 37. Miscell.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 431., nr. 3940.

189 Buda, 1395. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...notum facimus universis quibus incumbit per presentes, quod quia...religiose domine sanctimoniales in claustro b. virginis de Veteribuda...recluse...in nostra et aliquorum regni nostri iudicum et iustitiariorum presentia adiudicationibus, diffinitionibus et finalibus ac conclusivis determinationibus causarum claustri memorati in factis possessionariis sepius motarum et emergendarum personalibus earum in assistentiis interesse non valerent, ideo nonnulla ipsius...iura possessionaria...claustro ab eodem de facili possent alienari, nos...de prelatorum et baronum nostrorum consilio...ac uniformi decreto eorundem, ex certa nostre maiestatis scientia eidem claustro b. virginis et per consequens religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem deo servientibus hanc specialis gratie prerogativam presentibus duximus faciendam, ut amodo inantea...nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri, preterquam specialis regia maiestas cum suis prelatis et baronibus ipsas in causis earum in facto possessionario motis et emersis, ac quandocunque movendis et suscitandis audeat vel presumpmat iudicare. Quare vobis...palatino et iudici curie nostre vestrasque vices in iudicatu gerentibus, aliis etiam cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, presentibus... et futuris...firmiter edicimus, quatenus prefatas religiosas dominas sanctimoniales amodo et deinceps in causis ipsarum in facto possessionario motis vel movendis contra quemcunque iudicare vel vestro astare iudicatui compellere nullatenus presumpmatis, sed universas et quaslibet earundem causas...factum possessionarium concernentes vestri in presentia vertentes et quoquomodo ventillandas in specialem nostre celsitudinis presentiam, nostre et eorundem prelatorum ac baronum nostrorum adiudicationi, deliberationi et determinationi transmittatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1406. febr. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 9138. (Sign. ant.: V. Buden. Monial.Fasc. 16.No.5.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 284-285. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 95., nr. 101.; Zsigmondkori oklt. I. p. 431., nr. 3941.

190 Buda, 1395. apr. 29.

(Bude, f. V. a. Phil. et Jacobi.) Sigismundus...rex...Hungarie...Capitulo eccl. Strigoniensis...In personis...populorum iobagionum nostrorum in Vrs et Chyke...residentiam facientium personalem nostre maiestati...detectum extitit, quomodo vos ipsos ad solutionem decimarum vobis faciendam contra eorum veterem et antiquam libertatem...compelleretis ..., per quod dicte possessiones nostre desolutionis pati possunt detrimentum; fidelitati igitur vestre...damus in mandatis, quatenus, si de premissis veritas suffragatur, extunc predictos populos et iobagiones nostros...impedire et decimas eorum extorquere nullatenus presumatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Antonius de Pontho, ep. Sebenicensis..., archiepiscopi Strigoniensis vicarius gen. 1396. febr. 28. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 203. Bártfai Szabó: Pest m. p. 108., nr. 474. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.433., nr. 3951.

191 Roma, 1395. oct. 6.

(Rome ap. s. Petrum, II. Non. Oct., a. VI.) Bonifatius (papa IX.)...Luce, electo Cenadiensi...eccl. Cenadiensi, pastore carente, de persona tua...duximus providendum preficiendo te illi in episcopum et pastorem...Volentes...personam tuam favore prosequi gratioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut prepositurum eccl. s. Petri de Veteri Buda Vespr. Dioc., que dignitas unica et principalis in dicta eccl. s. Petri existit, ad quam consuevit quis per electionem assumi, quam obtines...quoad vixeris, unacum predicta Cenadiensi vel alia ecclesia, ad quam te forsan transferri contigerit, ...retinere ...et officium cancellarie studii dicti oppidi Veteris Bude exercere licite valeas, non obstantibus, quod in aliqua facultate doctor non existas, ac Lateranensis concilii et aliis constitutionibus...indulgemus; provisuro, quod prepositura ipsa debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligetur...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/8. p. 315.; Studium generale. Studium generale. Studies offered to Astrik Gabriel. Edited by S. Domonkos and R.I. Schneider. The Medieval Institute University of Notre Dame. USA. 1967. Appendix I. p. 28-29. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/3. p. 301.; Mon. Rom. Vesp. II. p. 301.; Bártfai Szabó: Óbuda p. 96., nr. 105.; Zsigmondkori oklt. I. p. 450., nr., 4102.

192 1395. oct. 17.

(XII. die oct. Mychaelis.)...domino Sigismundo...regi Hungarie...Conv. monasterii sancti Egidii de Symigio...Vestra noverit maiestas, quod cum nos receptis litteris...comitis Symonis filii Konye bani adiudicatorias... unacum magistro Petro de Tethen homine vestro de curia vestra...pro Ladislao de Dada actore et religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum specialiter deputato...magistrum Lucasium notarium nostrum pro parte... actoris et fratrem Petrum...cantorem...monasterii (nostri) pro parte...religiosarum dominarum...transmisissemus, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi in octavis festi beati Michaelis archangeli[1]...ad facies...possessionis Dada... Ladislai actoris, necnon Igal...religiosarum dominarum vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accessissent et presente...actore et fratre Gallo sacerdote pro...religiosis dominabus (astante)...cursus metales earundem possessionum iuxta...comitis Symonis iudicis curie vestre iudiciariam comissionem...reambulare voluissent, ...prescripti vicini et commetanei earundem et ceteri probi et nobiles viri per dictum Ladislaum et procuratorem religiosarum dominarum...illic convocati...ad... concordie unionem inter partes (devenissent), metasque inter prescriptas possessiones Dada et Igal...erexissent...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et virid. coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8092. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 46 No. 27.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 451., nr. 4119.

193 1395. nov. 26.

(VI. Kal. dec.) Sigismundus...Hungarie...rex...per presens scriptum notum fieri volumus universis..., quod...dominus Demetrius episcopus eccl. Vesprimiensis...exhibuit nobis...duas litteras, unam...privilegialem...condam...domini Andree regis Hung. super facultate parandi foliatum pro exigendis decimis vinorum in civitate Budensi episcopo ecclesie Vesprimiensis pro tempore constituto proveniendis, et aliam nostram patentem...tenorem cuiusdam littere patentis olim...domini Lodouici...regis Hung....super intromissione, depositione et venditione seu propinatione vinorum decimalium episcopi...ecclesie Wesprimiensis ad...civitatem nostram Budensem adducendorum libere fiendis...in se transsumptive continentem...supplicans..., ut easdem...ratificare...nostrisque litteris privilegialibus...inseri faciendo pro ipso et suis successoribus...perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius, utputa...domini Andree regis littere...tenor talis est: (Vide: Gárdonyi, Budapest Tört. eml. I. p. 20-21.) Alterius..., vidl....nostre... tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 82. Sigismundus rex Hung. 1389. jun.16.) Nos itaque...domini Demetrii episcopi supplicationibus...exauditis, prefatas binas litteras... mera veritatis integritate pollentes presentibusque...insertas quoad omnes earum continentias, articulos et clausulas acceptamus, approbamus et ratificamus, eas nichilominus de unanimi consilio et parili consensu...prelatorum et baronum simulcum parandi facultate foliatum pro vinis decimalibus in civitate Budensi episcopo Wesprimiensi pro tempore existenti provenire debendis, necnon intromissione, depositione, venditione et propine expositione eorundem vinorum decimalium in dicta civitate nostra Budensi fienda et admittenda...in tenoribus dictarum litterarum lucidius expressatis pro prefato domino Demetrio episcopo et suis successoribus...innovando perpetuo valituras confirmamus...sine dumtaxat preiudicio iuris alieni...

ORIG.: Membr. cum incisuris pro zona membr. sig. dupl. pend. iam deperditi. Arch. Capit. Vespr. Regnicol. Dec. ep. et capit. nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1424. aug. 8. > Capit. eccl. Vespr. 1746. nov.20. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.034. (Sign. ant.: Act. Ep. Vespr.Fasc. 20., No. 31.) - ED.: Fejér, CD. X/8. p. 373-378. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 457., nr. 4171.

194 1395. dec. 6.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Petrum filium Bartholomei concivem suum quandam domum suam a fratre suo Nicolao condam custode eccl. b. Petri de praefata civitate testamentaliter sibi devolutam Jacobo filio Blasii pro centum fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et viridis col. pend. In dorso manu saec. XVI. scripta de domo in Weteribuda 1395. adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8109. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 12. No. 44.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 96., reg. 104.; Zsigmondkori oklt. I. p. 458., nr. 4180.

Nos Benedictus de Zala iudex Veterisbudensis, Gewruk Saphar, Emericus Niger, Johannes de Buda, Petrus dictus Thot litteratus iurati ceterique cives et hospites de eadem memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod Petrus filius Bartholomei ab una, parte ab altera Jacobus filius Blasii dictus Sumug coram nobis personaliter constituti, per eundem Petrum filium Bartholomei confessum extitit ministerio vive vocis et relatum in hunc modum: Quod ipse quandam domum seu sessionem sibi a magistro Nicolao condam custode ecclesie beati Petri de prefata civitate fratre suo testamentaliter devolutam, in medio nostrum existentem, inter domos Petri filii Johannis et altaris sancte Trinitatis adiacentem cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ac edificiis ligneis et lapideis in superficie eiusdem preparatis et habitis, nullo penitus contradictore apparente, prefato Jacobo filio Blasii concivi nostro suisque successoribus et posteritatibus universis pro centum florenis per centum denarios computando plene ab eodem receptis et habitis iure perpetuo et irrevocabiliter dedisset, tradidisset et vendidisset, ymo dedit, tradidit et vendidit coram nobis tenendam, possidendam, pariter et habendam; assumpmendo nichilominus idem Petrus eundem Jacobum et suos heredes ratione premisse

domus ab omnibus inquietare volentibus secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam defendere et expedire laboribus suis propriis et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales sigillique nostri pendentis munimine roboratas ad petitionem partium duximus concedendas. Datum feria secunda, videlicet in festo sancti Nicolai confessoris anno domini millesimo CCC^mo nonagesimo quinto.

195 Esztergom, 1395. dec.11.

(Undecima die Decembris.) In Christi nomine. Amen.[a] Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo[1] quinto, indictione tertia, die sabbati, undecima mensis Decembris[2] ad aures et notitiam...domini Anthonii de Ponto, decr. doctoris, ...episcopi Sibinicensis..., domini Iohannis...archiepiscopi Strigoniensis et apost. sedis legati in spiritualibus vicarii et generalis causarum auditoris...infamia publica precedente et clamorosa insinuatione referente pervenit, quod presbiter Petrus Olmud, rector parrochialis ecclesie de Sassaad Strigoniensis diocesis, delicta et excessus commisit...infracriptos: Primo ad aures et notitiam...domini...vicarii Strigoniensis dicta infamia publica precedente pervenit, quod ipse presbiter Petrus fuit et est homo rixosus, lusor publicus taxillorum, discurrens hincinde per tabernas ac loca publica et inhonesta, blasfemator dei et sanctorum, inhoneste ac male et pessime vite conversationis et fame, multa scandala diversimode comittendo, non vitam ecclesiasticam, sed penitus laycalem et totaliter inhonestam, ac toti ordini ecclesiastico scandalosam et vituperosam ducendo et alias de multis et nephandis delictis et excessibus publice diffamatus et pro tali et ut talis in terra Budensi, in villa de Sassaad et tota diocesi Strigoniensi ac locis, in quibus notus est et conversatus, habitus, tentus, notus et reputatus, et habetur, tenetur et reputatur palam et publice, et ita fuit et est verum, publica vox et fama. Respondit: non credit. Item ponit ut supra, quod ipse presbiter Petrus ab eo tempore..., quo dicte ecclesie parrochiali prefuit, ipsam ecclesiam tam in spiritualibus, quam in temporalibus...pessime...gubernavit, ...ipsius bona mobilia consumpsit, calices, libros, paramenta et alia ad cultum divinum pro usu dicte ecclesie deputata dispersit et alienavit; nullam animarum in ipsa ecclesia sibi commissarum debitam curam habendo in magnum dicte ecclesie et animarum ipsi commissarum scandalum, dampnum et preiudicium, et ita fuit et est verum, publicum et notorium. Respondit: duos calices eiusdem ecclesie per quendam suum familiarem alias fuisse subtractos et quoddam missale impignoratum per eundem, quando debuit venire ad synodum, cetera vero negavit. Item pervenit ut supra, quod predictus presbiter Petrus predictis non contentus, sed peiora malis accumulans...de anno presenti et mense Novembris proxime elapso[3]...in castro Budensi...quendam Vlricum de Almania, habitatorem Budensem, venditorem feni, pacifice et quiete stantem in domo sue habitationis dicti castri Budensis cum quodam cultello, quem ipse presbiter Petrus circa se habebat, letaliter percussit et sine causa pluribus vicibus extunc wulneravit, ex quibus percussionibus et wulneribus per ipsum presbiterum Petrum in et contra personam dicti Vlrici factis ipse Vlricus infra aliquos dies extunc...diem suum clausit extremum; et ita fuit et est verum, publicum et notorium, ac publica vox et fama. Respondit: se de dicto mense Novembris transivisse ad bibendum in quadam domo cum dicto condam Vlrico et ipsum Vlricum ibidem devenisse ad quedam verba iniuriosa cum quodam Blasio ratione venditionis cuiusdam navis, in quibus verbis ipse Blasius volebat ipsum Vlricum wulnerare et tunc ipse presbiter Petrus interposuit se et ipse Vlricus eundem cum uno baculo magno in capite wulneravit et tunc ipse...Petrus recepit unam securim ibidem iacentem, cum qua percussit ipsum Vlricum in capite uno parvo wulnere, de quo...ipse Vlricus post aliquos dies mortuus fuit culpa sua, quia se non fecit per medicos curare de dicto wulnere, prout potuisset.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Anthonius de Ponto, decr. dr., ep. Sibinicensis, vicar. archiepiscopi Strigoniensis in spiritualibus generalis in instrumento Martini Iohannis de Twrnouia, cler. Pragensis dioc., publ. apost. et imp. auct. notarii ac iudicis ordinarii, eiusdemque vicarii scribae 1396. sept. 19. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 1., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Anthonius de Ponto, decr. dr., ep. Sibinicensis, vicar. archiepiscopi Strigoniensis in spiritualibus generalis in instrumento Martini Iohannis de Twrnouia, cler. Pragensis dioc., publ. apost. et imp.

auct. notarii ac iudicis ordinarii, eiusdemque vicarii scribae 1396. sept. 19. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Filmotheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 500., nr. 4518.

[a] Haec vocabula litteris maioribus sunt scripta.

[1] Error calami scriptoris, qui in caeteris indictionem et diem sabbati (11. dec.) de anno 1395. recte sumpsit. - recte: nonagesimo.

[2] 1395. dec. 11.

[3] 1395. nov.

196 1395. dec. 20.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum filium Iohannis de Kanisa magistrum tavarnicorum regalium, necnon Stephanum filium eiusdem, magistrum curiae regiae quandam domum in castro Budensi, in vicinitate domorum condam magistri Nicolai cancellarii regiae maiestatis et filiorum Akus habitam, ipsos unacum Iohanne archiepiscopo Strigoniensi, fratre ipsorum uterino, communiter contingentem eidem Iohanni archiepiscopo iure perpetuo possidendam donavisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 298., not. nr. 109.; Zsigmondkori oklt. I. p. 460., nr. 4193.

Nos Marcus Stoyan iudex castri novi montis Pesthiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobiles et magnifici viri domini Nicolaus filius Iohannis de Kanisa magister Tauarnicorum regalium, necnon Stephanus filius eiusdem Iohannis magister curie regie coram nobis personaliter comparentes proposuerunt et confessi extiterunt in hunc modum: Quod ipsi quandam domum ipsorum unacum reverendissimo in Christo patre et domino domino Iohanne archiepiscopo ecclesie Strigoniensis fratre ipsorum uterino communiter contingentem in castro predicto, in vicinitate domorum condam magistri Nicolai cancellarii regie maiestatis et filiorum Akus habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis dedissent, contulissent et libere resignassent prefato domino Iohanni archiepiscopo Strigoniensi iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, dantes eidem domino Iohanni archiepiscopo dandi, legandi aut cuicunque voluerit dictam domum conferendi liberam et largam facultatem contradictione ipsorum Nicolai et Stephani ac heredum ipsorum non obstante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes fuerint nobis reportate. Datum in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.

197 1395. dec. 24.

Magistratus civitatis Budensis nobilem dominam Annam, filiam condam Friderici Chraczer, consortem Ladislai filii Wluingi civis Budensis domum suam paternam in eadem civitate habitam Stephano pridem regni Hung. palatino, comiti Zaguriensi ac consorti suae: Annae pro tribus millibus et trecentis fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris tergo impressi. In dorso manu saec. XV. scripta Super domo Budensi, quam heremiti (!) tenent adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8111. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 18. No. 43.) - TRANSCR.: a) (sensualiter) Georgius fil. Ykach de Kwsal magister tavarn. regal. et comes de Zabolch 1401. aug. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 8618. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 3.) - b) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara,

mag. tavarn. regal. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 460., nr. 4196. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 289., not. 45.

Nos Marcus dictus Stoyan iudex castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobilis domina Anna, olim Friderici Chraczer filia, consors vero Ladislai filii quondam Wluingi concivis nostri coram nobis personaliter comparendo quandam domum suam paternam in castro predicto, in vicinitate domorum olim magistri Stephani phisici domini nostri regis et honorabilis viri domini Iohannis prepositi Wesprimiensis vico quodam mediante habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis de consensu predicti Ladislai domini et mariti sui personaliter astantis ac filio eorum in tenera etate constituto et omnium aliorum proximorum suorum, quorum onus et gravamen in se assumpsit, si ipsos vel alterum ipsorum in infrascriptis persistere non contingeret, ymo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit viro magnifico domino Stephano pridem regni Hungarie palatino, comiti Zaguriensi ac egregie domine Anna vocate consorti sue iure perpetuo ac pacifice possidendam pro tribus millibus et trecentis florenis auri de pecunia scriniali propria eiusdem domine Anne comitisse tempore contractus matrimonii secum apportata plene perceptis et habitis ab eisdem. Assumpserunt nichilominus antedicti Ladislaus et domina Anna pretitulatos dominum Stephanum comitem ac dominam Annam consortem eiusdem ab omnibus ratione premisse domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis ipsorum laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem civitatis nostre ab antiquo approbatam. Tali tamen conditione per ipsum dominum Stephanum ac dominam Annam eius coniugem voluntarie ordinata et assumpta, quod ipse dominus Stephanus quamdiu vitam duxerit in humanis, predicta domo uti, frui et eandem possidere valeat et debebit pacifice et quiete, si vero ipsum prius quam annotatam dominam Annam consortem suam migrari contigerit a seculo, extunc eadem domina Anna in vita et in morte ad nutum sue voluntatis de ipsa domo disponendi liberam habeat facultatem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad petitionem partium presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia festi nativitatis domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.

198 (Kraków), 1396. jan. 3.

(F. II. p. Circucis.) Anna, institrix de Pilsna, constituit Nicolaum Dambraw ad recipienda omnia bona, que domina Elysabeth, olym Johannis Dambraw conthoralis defuncti Bude dereliquit, ad substituendum alium vel alios, qui poterint eadem bona repetere tamquam ipse Nicolaus Dambraw posset propria in persona.

ORIG.: Arch. civit. Cracoviensis, Rok 1396 z Ksiag Konsularnych. - ED.: Mon. Pol. IV. p. 136. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 42., nr. 433. - COMM.: Századok 20(1886) p. 798.

199 1396. jan. 18.

(Tyrnauie, in Prissce.) Sigismundus...rex Hungarie...magistro Francisco Bernhardi comiti monetarum et tricesimarum nostrarum...Significant nobis ...nostri cives et hospites de Posonio, quomodo nos tricesimam de rebus ipsorum mercimonialibus propriis ad civitates nostras Budensem..., Albensem et...Posoniensem...ac ubilibet in regnum nostrum Hungarie apportandis, in quantum se mille fl. auri de tricesima exigendi annis singulis extendunt,...per omnia relaxassemus, vosque huiusmodi gratiam per nos ipsis factam pro nichilo reputantes, ac ipsos...ad solutionem...tricesime de...ipsorum rebus vobis faciendam compulistis et compellere deinceps...velletis...Et quia nos huiusmodi gratiam...ipsis factam volumus facere inviolabiliter observari, mandamus...fidelitati vestre ..., quatenus...prefatos cives et hospites nostros ad solutionem dicte tricesime nullo modo compellere presumpmatis, sed predictam gratiam per nos ipsis factam inviolabiliter observare debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 519. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér, CD. X/3. p. 180-181. - RFG.: Fejér, CD. X/8. p. 407.; Zsigmondkori oklt. I. p. 464., nr. 4234.; Inventár p. 90.

200 Visegrád, 1396. febr. 16.

(In Vissegrad, in Cinerum.) Sigismundus rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera)...Comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch...Dicitur nobis in persona Michaelis filii Ladislai de Kallo, quod Ladislaus filius Elie de Rakomaz (inter alia) ...duos equos cuiusdam iobadionis (!) sui, vidl. Benedicti de Buda...aufferri fecisset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus comitatus de Szabolcs 1396. mart. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 52.929. (Sign. ant.: Kállay lt. S. 1300. N. 2319.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 467., nr. 4263.

201 1396. febr. 17.

Magistratus civitatis Budensis litteras suas 1392. sept. 8. emanatas ad petitionem Martini praepositi ecclesiae Castri Strigoniensis transscribit.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo sig. dupl. iam deperditi. Arch. Capit. Strigoniensis Priv. Lad. 53., fasc 3., nr. 3. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 467., nr. 4266.

Nos Marcus dictus Stoyan iudex Castri Nouimontis Pestiensis, Johannes Pernhawser, Johannes Gleczel, Michael Nadler, Laurentius Nyndirthaym, Hertlinus, Nicolaus de Agria, Ladislaus Lorandi, Jacobus Haylman, Johannes filius Thome, Mathias de Tobayd, Johannes filius Viti et Michael dictus Potroch tunc iurati ipsius Castri memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod honorabilis et discretus vir dominus Martinus prepositus ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Castro Strigoniensi in medium nostri veniendo exhibuit nobis quasdam litteras minoris sigilli nostri apressione consignatas petens nos, ut easdem litteris nostris privilegialibus confirmaremus, cuius tenor talis est: (Vide nr. 140. Magistratus civitatis Budensis 1392. sept. 8.) Nos itaque iuri consentaneis petitionibus sepedicti domini Martini prepositi obtemperare volentes, ut debemus, prescriptas litteras quavis suspitione carentes in suis vigoribus acceptando ratificamus et approbamus presentiumque litterarum nostrarum privilegialium dupplicis et autentici sigilli nostri appensione munitarum patrocinio valituras perpetuo confirmamus. Datum feria quinta proxima ante dominicam Invocavit anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

202 Visegrád, 1396. febr. 24.

(In Wissegrad, f. V. a. Reminisc.) Sigismundus...rex Vngarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera)...Capitulo ecclesie Albensis. ...Dicit nobis Salamon iudeus hospes civitatis nostre Albensis sua ac suorum iudeorum in dicto regno Vngarie commorantium, quod quedam litteralia instrumenta, factum libertatis ipsorum concernentia, in vestra sacristia, seu conservatorio ecclesie vestre reposita haberentur, quorum alia paria earundem pro ratihabitione libertatis ipsorum et prosecutione iurium eorundem summe ipsis forent necessaria; super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus dicta litteralia instrumenta...requiri...faciatis, requisitorum et reinventorum alia paria earundem prenotato Salamoni et aliis iudeis in dicto regno nostro residentibus pro prosecutione iurium eorundem in transumpto...emanari facere debeatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Capit. eccl. Albensis 1406. sept. 7. > Sigismundus rex Hung. 1422. aug. 10. Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 817.; b) et c) Sigismundus rex Hung. 1431. oct. 18. > Idem: 1436. nov. 3. > Albertus rex Hung. 1438. maj. 26. > Ladislaus V. rex Hung. 1453. febr. 4. > Mathias I. rex Hung. 1458. jun. 19.

> Idem: 1464. jun. 4. > Wladislaus II. rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem: 1494. jan. 10. Arch. civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwarzenbach. nr. 1. (b).; Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 2142. (c) PHOTOCOPIAE: Arch. Nat. Hung. Phototheca nr. 20.; 46. - ED.: Kaprinay: Hist. dipl. p. 465.; Katona: Hist. crit. XI. p. 400.; Fejér: CD. X/2. p. 348-349.; Magyar-zsidó oklt. I. p. 107. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 468., nr. 4273.

203 1396. p. febr. 24.[1]

(1396.) Capitulum ecclesie Albensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi regis Vngarie...recepimus in hec verba: (vide nr. 202. Sigismundus rex Hung. 1396. febr. 24.) Nos... preceptis ipsium...obedire cupientes, litteralia instrumenta factum libertatis iudeorum concernentia in nostra sacristia sew conservatorio ecclesie nostre...requiri fecimus et in quodam registro nostro antiquo more solito in nostro conservatorio reposito invenimus...tenorem...privilegii olim...Bele regis quarti[2], cuius quidem privilegii aliud par de ipso nostro registro...transummi...et presentibus nostris litteris privilegialibus inseri fecimus et...Salamoni iudeo et aliis iudeis in regno commorantibus Hungarie, in nostro transcripto, in forma nostri privilegii concessimus, mandata tamen regis in nullo excedere volentes...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Capit. eccl. Albensis 1406. sept. 7. > Sigismundus rex Hung. 1422. aug. 10. Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 817.; b) et c) Sigismundus rex Hung. 1431. oct. 18. > Idem 1436. nov. 3. > Albertus rex Hung. 1438. maj. 26. > Ladislaus V. rex Hung. 1453. febr. 4. > Mathias I. rex Hung. 1458. jun. 19. > Idem 1464. jun. 4. > Wladislaus II. rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem 1494. jan. 10. b) et c) Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 2142.; Arch. civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwarzenbach. nr. 1. - PHOTOCOPIAE: Arch. Nat. Hung. Phototheca nr. 20., 46. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 382-385. (Ex exempl. Cassov.); Magyar-zsidó oklt. I. p. 108-109. (Ex exempl. Poson.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 468., nr. 4275.

[1] Emanat. scil. ad mand. regium 1396. febr. 24. (vide nr. 202.)

[2] Bela IV. rex Hung. 1251. dec. 5. - ED.: Kaprinai: Hung. dipl. p. 466.; Katona: Hist. Crit. IV. p. 158.; Fejér: CD. IV/2. p. 108.; Endlicher: Mon. Arpadiana p. 473.; Marczali: Enchiridion p. 150.; Magyar-zsidó oklt. I. p. 27.; Kohn: A zsidók tört. Magyarországon I. p. 102-110. - Versio (Hung.): Idem op. cit. I. p. 110-115. - REG.: Szentpétery: Krit. jegyz. p. 299.; nr. 962.

204 1396. febr. 24.

Magistratus civitatis Budensis litteras suas pro Johanne archiepiscopo Strigoniensi 1393. sept. 9. patenter emanatas in privilegiali forma transscibendo confirmat.

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo rubri et virid. col. pend. In dorso manu saec. XVI. scripta Quomodo Franciscus Bernhardi vendidit domum suam Johanni archiepiscopo adnot legitur. Arch. Capit. Strigoniensis Priv. Lad. 64., fasc. 2., nr. 2. - TRANSCR.: a) Comes Petrus de Wyngarth iudex curiae regiae 1496. maj. 22. Arch. Capit. Strigon. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 31.; b) Capit. eccl. Strigon. 1694. oct. 16. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.628. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest.)

Nos Marcus Stoyan iudex Castri novi montis Pestiensis, Johannes Pernhauser, Johannes Gleczel, Michael Nodler, Laurentius Ninderthaim, Hertlinus, Nicolaus de Agria, Ladislaus Lorandi, Jacobus Hailman, Johannes filius Thome, Mathias de Tobaid, Johannes filius Viti et Michael dictus Potroch tunc pro tempore iurati eiusdem Castri memorie commendantes significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod providus vir Nicolaus de Zenche concivis noster nomine et in persona reverendissimi[a] in Christo patris et domini domini Johannis ecclesie Strigoniensis archiepiscopi in medium nostri veniendo exhibuit nobis quasdam litteras minoris sigilli nostri appressione consignatas petens nos

nomine quo supra, ut easdem litteris nostris privilegialibus confirmaremus, quarum tenor talis est: (Vide nr. 157. Magistratus civitatis Budensis 1393. sept. 9.) Nos igitur prefatas litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, ymo omni prorsus suspitione carentes in suis vigoribus acceptamus et presentium litterarum nostrarum privilegialium dupplicis et autentici sigilli nostri appensione munitarum patrocinio perpetuo valituras confirmamus. Datum feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

[a] Hoc vocabulum est bis scriptum.

205 1396. febr. 24.

Magistratus civitatis Budensis ad petitionem Nicolai de Zenche concivis sui, in persona Johannis archiepiscopi Strigoniensis ipsis porrectam, quasdam litteras 1393. sept. 30. sub minoris sigilli eiusdem civitatis appressione emanatas approbando litterarum privilegialium dupplicis sigilli appensione munitarum patrocinio perpetuo valituras confirmat.

ORIG.: A) Membr. cum plica et filo sericeo virid. et. rubri coloris sig. duppl. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XVI. scripta Quomodo dominus Johannes episcopus locavit domum suam Francisco Bernhardi adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 1., nr. 5. B) Membr. cum plica et filo sericeo virod. et violacei col. sig. duppl. pend. iam deperditi. In dorso eadem not. canc. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 2. C) Membr. cum plica et filo sericeo rubri et virid. col. fragm. sig. dippl. pendentis. In dorso manu saec. XVI. scripta Quomodo Johannes archiepiscopus locavit domum suam Francisco Bernhardi et suis heredibus not. canc. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 6. - TRANSCR.: a) sensualiter: Petrus fil. Henrici de Brezewicz, magister tavar., reg. 1424. jul. 16. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 3.; b) Petrus fil. Henrici de Brezewicz mag. tavarn. reg. 1424. jul. 16. > Capit. eccl. Strig. 1694. oct. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.002. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 407-408.; Fsztergomi főkáptalan birtokai p. 91. - REG.: Esztergomi főkápt. birtokai p. XXIII.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., nr. 30.; Zsigmondkori oklt. I. p. 468., nr. 4274.

Nos Marcus Stoyani iudex Castri novi montis Pestiensis, Johannes Pernhauser, Johannes Gleczel, Michael Nodler, Laurentius Ninderthaim, Hertlinus, Nicolaus de Agria, Ladislaus Lorandi, Jacobus Haylman, Johannes filius Thome, Mathias de Thobaid, Johannes filius Viti et Michael dictus Potroch pro tempore iurati eiusdem castri memorie commendantes significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod providus vir, Nicolaus de Zenche concivis noster, nomine et in persona reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis ecclesie Strigoniensis archiepiscopi in medium nostri veniendo exhibuit nobis quasdam litteras minoris sigilli nostri appressione consignatas, petens nos nomine quo supra, ut easdem litteris nostris privilegialibus confirmaremus, quarum tenor talis est: (Vide nr. 160. Magistratus civitatis Budensis 1393. sept. 30.) Nos itaque pretactas litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, ymo prorsus omni vitio et suspitione carentes in suis vigoribus acceptamus, approbamus et presentium litterarum nostrarum privilegialium dupplicis et autentici sigilli nostri appensione munitarum patrocinio perpetuo valituras confirmamus. Datum feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno domini millesimo CCC^mo nonagesimo sexto.

206 1396. febr. 24.

Magistratus civitatis Budensis litteras suas 1390. dec. 24. patenter confectas litteris privilegialibus confirmat.

ORIG.: Membr. cum filo sericeo rubri et viridis col. sig. dupl. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 7657.

Nos Marcus Stoyani iudex castri novi montis Pestiensis, Iohannes Pernhauser, Iohannes Gleczel, Michael Nodler, Laurentius Ninderthaim, Hertlinus, Nicolaus de Agria, Ladislaus Lorandi, Iacobus Hailmann, Iohannes filius Thome, Mathias de Thobaid, Iohannes filius Viti et Michael dictus Potroch tunc pro tempore iurati eiusdem castri memorie commendantes significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod providus vir Nicolaus de Zenche concivis noster nomine et in persona reverendissimi in Christo patris et domini domini Iohannis ecclesie Strigoniensis archiepiscopi in medium nostri veniendo exhibuit nobis quasdam litteras nostras minoris sigilli nostri appressione consignatas petens nos nomine quo supra, ut easdem litteris nostris privilegialibus confirmaremus, cuius tenor talis est:

Nos Iohannes dictus Pernhauser iudex castri novi montis Pestiensis...(sequuntur litterae magistratus civitatis Budensis de 1390. XII. 24., vide nr. 113.)

Nos itaque pretactas litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, ymo omni prorsus vitio et suspitione carentes in suis vigoribus acceptamus, approbamus et presentium litterarum nostrarum privilegialium dupplicis et autentici sigilli nostri appensione munitarum patrocinio perpetuo valituras confirmavimus. Datum feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno domini millesimo CCC^{mo} nonagesimo sexto.

207 Esztergom, 1396. febr. 28.

(Strigonii, VI. oct. cinerum;) Nos Anthonius de Pontho, decr. dr., episcopus Sibinicensis..., Joannis...archiepiscopi Strigoniensis comitisque perpetui loci eiusdem, primatisque ac...sedis apost. legati et regie maiestatis supremi cancellarii vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis m. comm..., quod cum...Capitulum ecclesie cathedralis Strigoniensis providos viros: Joannem Veress, Demetrium Szöcz, Nicolaum Pathkan, Nyko de Cheyke et alterum Demetrium Meszaros dictos de Buda et de Vrs hospites (pro eo ad nostram praesentiam citavissent),quod...decimam de vinis ipsorum in territorio montis Vrs vocati habitis, cuius territorii decimae ad praedictum capitulum...pertinere dignoscuntur, anno in praesenti...eidem capitulo...dare recusassent et a loco decimationis ipsorum...deducendo pro ipsorum usibus convertissent, asserentes se a solutionibus decimarum esse...exemptos. Tandem ...quasdam litteras...Sigismundi regis Hungariae... producere curarunt...asserentes...exemptionem praedictam in eisdem contineri, quarum ...tenor...erat talis: (Vide nr. 190, Sigismundus rex Hungariae 1395. apr. 29.) Quibus... exhibitis...in ipsa causa de partium voluntate conclusimus...eandem causam ad octavas diei cinerum[1]...prorogandam. Quo termino adveniente...Nicolao Pattkan at Nyko de Cheyk coram nobis...constitutis et aliis in causam attractis minime comparentibus, in eorum contumatia accusata et per nos mediantibus aliis litteris nostris refutata, et...Nicolao et Nykus in ipsa causa ipsorum pro parte finem imponi postulantibus, nos...cum nostris assessoribus...per hanc nostram sententiam...praedictos Nykus et Nicolaum ad restitutionem praedictarum decimarum per ipsos detentarum et in futurum perpetuis temporibus solvendarum...pronuntiamus fore obligari...

ORIG.: Membr. in Arch. Priv. Capit. Strigonien. Lad. 45.fasc.1., nr. 11. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 372-374. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 108-109., nr. 476.; Zsigmondkori oklt. I. p. 468., nr. 4282.

[1] Febr. 23.

208 Esztergom, 1396. apr. 20.

(Strigonii, vigesima apr.) Iohannes...archiep. Strigoniensis, locique eiusdem comes perpetuus, primasque ac apostolice sedis legatus natus, auleque regie maiestatis Hungarie supremus cancellarius...Ad futuram rei memoriam...Nos...disposuimus... aliquod de bonis nobis a deo collatis in pium opus convertere et pro salute nostre anime specialiter distribuere...(ideo) ad fundationem...cuiusdam capelle direximus frequentius oculos mentis nostre...Ad...gloriose virginis Marie... honorem et sub eius vocabulo fundationem...huiusmodi capelle...decrevimus, quam...dotamus...modis...infrascriptis...In

primo...volumus...fundationem et constructionem huius capelle esse in castro nostro Strigoniensi iuxta ecclesiam kathedralem usque ecclesiam sancti Stephani martiris. Et ut rector sive magister eiusdem...possit cum certis suis capellanis se comode...substentare, dotamus...ipsam capellam in hunc modum:...volumus...quod dictus rector sive magister sit...canonicus prebendatus...de numero canonicorum prebendatorum...nostre Strigoniensis ecclesie, tamen sine alia quacunque dignitate...Item...donamus...predicte capelle domus duas nostras Budenses contiguas positas in castro Budensi in vicinitate domorum quondam Nicholai cancellarii a parte porte s. Iohannis, a parte vero aquilonis quondam Hallar civium Budensium. Item annectimus...capelle predicte...possessiones ad nos partinentes: ...Akuspalta, et Bayon in comitatu Pylysiensi..., villas Henyeren et Lyblyen...in Nitriensi et Tryncynyensi comitatibus existentes..., possessionem Zamard...in...comitatu Pylysiensi...sitam penes fluvium Danubii cum insula...Item molendinum nostrum...in territorio...possessionis nostre ecclesie Strigoniensis Zalka vocate inter...possessionem Zalka et Dauidreue in fluvio Ypol in loco vacuo per nos hedificatum, cum omnibus et singulis prenotatarum domorum, possessionum, villarum ac molendini...pertinentiis...Item... disponimus, quod...fratres nostri: prepositus et capit. predictum huius modi rectorem post vitam nostram eligere habeant...potestatem et quod ad ipsos huiusmodi electio et presentatio spectet, quam quidem facere debeant de canonico...sacerdote idoneo et perito..., quam electionem et presentationem...archiep., qui pro tempore fuerit, habeat confirmare, et ad ipsum confirmatio ipsa spectet. Item ordinamus..., quod rector predictus teneat... continue ad suam mensam et expensas quatuor ideneos capellanos in sacerdotio constitutos, cum quibus et ipsi cum eo ad invicem servire debeant prefate capelle (secundum modum in litteris fusius descriptum)...Et ut divinus cultus ibidem nullatenus defraudetur, volumus, quod dictus rector cum dictis quatuor capellanis suis faciant continuam residentiam apud domum dicte capelle, positam sub pede montis sancti Thome, donatam eidem capelle per... magistrum Blasium canonicum nostre...ecclesie...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo albi coloris sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XVI-XVII. scripta Fundatio capelle beate Marie virginis ad latus ecclesie Strigoniensis fundate adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 46., fasc. 1., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 360-366.; Esztergomi főkápt. birtokai p. 92-95. - REG.: Fejér: CD. X/2. p. 345.; Zsigmondkori oklt. I. p. 481., nr. 453.

209 1396. maj. 1.

(VIII. Georgii.) ...littera capituli Budensis Nicolaum filium Iohannis filii Iwanka de Kisjenew, Georgii filii, ac Nicolai et Michaelis filiorum dicti Iwanka fratrum patruelium ...oneribus et gravaminibus eorundem super se assumptis...totalem portionem suam possessionariam in possessione Kisjenew vocata, in comitatu Pilisiensi existentem habitam, quam alias ipse a condam Dominico de Kisyenew iuridice reobtinuisset, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet Gregorio et Georgio filiis, ac nobili domine Barbare filie condam Dominici de eadem Kisjenew, necnon Marco filio et nobili puelle Elene, filie eiusdem domine Barbare, ipsorumque heredibus...pro quadraginta marcis Budensibus gravis ponderis...in perpetuum vendidisse declarabat.

ORIG. et TRANSCR.: Non extant. - MENT.: Mathias I. rex. Hungariae 1463. mart. 7. > Mathias I. rex Hungariae 1469. febr. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 94.240. (Sign. ant.: Arch. Nat. Hung. famil. Sallér Fasc. 95., No. 71.)

210 1396. maj. 1.

Magistratus civitatis Budensis Johannem archiepiscopum Strigoniensem quandam domum suam in Castro Budensi habitam nobilibus dominabus: Annae relicte Mykch, filii Akus de Peliske et Sarae filiae eiusdem pro domo ipsarum in eodem castro habitam in concambium contulisse testatur.

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum sig. rubro minore tergo appresso. Arch. Primat. Strigon. Saec. Lad. Q., nr. 53. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 408-410. - REG.: Pataki Bud. Rég. XV(1950). p. 298., not. 109.; Zsigmondkori oklt. I. p. 402., nr. 4367.

Nos Johannes dictus Pernhauser iudex Castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Johannes et apostolice sedis dei gratia archiepiscopus Strigoniensis ab una, item nobilis et strenuus vir magister Petrus filius condam Nicolai de Zeech olim palatini et alter Petrus filius Pauli de Boczfelde nomine et in persona nobilium dominarum Anne, scilicet relicta Mykch filii Akus de Peliske et Sare filie eiusdem cum procuratoriis litteris conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala ad infrascripta specialiter emanatis parte ab altera coram nobis constituti tale concambium, venditionem seu commutationem inter se amicabiliter retulerunt fecisse et contractasse, quod predictus dominus Johannes archiepiscopus quandam domum suam in Castro predicto habitam, domui Pauli armiparii vicinam, prefatis dominabus Anne et Sare et per eas earum heredibus heredumque ipsarum successoribus perpetuo iure dedisset et contulisset. E contrario autem prefati Petrus Herczeg et alter Petrus filius Pauli nomine procuratorio quo supra quandam aliam domum prenominatarum dominarum Anne et Sare in eodem Castro, in vicinitate domorum predicti domini Johannis archiepiscopi et condam Heller adiacentem, similiter cum omnibus suis utilitatibus et quarumlibet utilitatum integritatibus sepedicto Johanni archiepiscopo et per eum illi vel illis, cui vel quibus ipse dare voluerit similiter perpetuo iure contulissent possidendam. Et quia ipsa domus dictarum dominarum se ad maiorem rei quantitatem extendere videbatur in valore, ob hoc prenominati procuratores, nominibus quibus supra, ab eodem domino Iohanne archiepiscopo sexingentos florenos auri plene percepisse pro suplemento se retulerunt. Assumpserunt nichilominus partes prenominate se mutuo ab omnibus ratione predicta[rum do]morum impedire nitentibus [propriis ipsorum labo]ribus et expensis defendere et [expedire] secundum usum et consuetudinem [nostre civitatis] ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras alphabeto intercisas [ad petitione]m partium duximus concedendas, promittentes nostris privilegialibus litteris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in festo sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum, anno domini millesimo CCC° nonagesimo sexto.

211 Buda, 1396. maj. 4.

(Bude, in Floriani.) Nos Frank, filius Nicolai de Zeech condam palatini regie maiestatis, supremus thezaurarius et comes Insule magne... recognoscimus recepisse a... Johanne archiepiscopo Strigoniensis eccl. pro domo fratris nostri Petri Herczeg quingentos fl. auri, quemlibet eorum per centum d(enarios) novos computando, super quibus... eundem ... mittimus... expeditum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. sub textu appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 49., fasc. 2., nr. 7. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca, DF. 237.894. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 283., nr. 4375.

212 (Buda), 1396. jun. 12.

(Bude, f. II. p. Barnabe.) Sigismundus... rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera)... marchioque Brandenburgen.... prepositis de Jazow, Turoch, Saag, Bozok, Cheth, Hothwan et de (Pro)montorio Waradiensi s. Stephani.... Cum nos propter presentem expeditionem exercitualem, quam... contra Turcos... duximus instaurandum, taxam... super vos, vidl. prepositum de Jazow... ducentos et duodecim fl. aureos, de Turoch ducentos et septuaginta, de Bozok centum et duodecim, de Saag centum, de Chet quinquaginte, de Hothwan viginti, de Promontorio Waradiensi b. Stephani quadraginta fl. aureos duxerimus imponendos eosdemque ... Dominico preposito de Lelez, superiori vestro per vos assignari facere volumus; fidelitati igitur vestre... mandamus, quatenus... quibuslibet vestrum quintodecimo die taxam suam... dicto Dominico preposito debeat assignare; factaque solutione taxe predicte, quilibet suam partem super iobagiones ecclesie sue... exigere... possit...;

in casu vero, ubi dictam taxam termino in prefixo persolvere dissimularetis, extunc... serie presentium committimus eidem Dominico preposito, ut ipse vos ad premissas solutiones faciendas per detentiones personarum ac privationes beneficiorum vestrorum... astringat...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. sub textu appressi. Arch. Priv. Conventus Lelesziensis, Fasc. 6., anni 1396. nr. 388. - PHOTOCOPIA: Arch., Nat. Hung. Phototheca, DF. 234.011. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 490., nr. 4438.

213 1396. jun. 24.

Magistratus civitatis Budensis Iohannem archiepiscopum Strigoniensem quasdam duas domos suas in castro Budensi penes se se in vicinitate domorum quondam Nicolai cancellarii regiae maiestatis et Haller habitas capellae b. Mariae virginis in latere ecclesiae Strigoniensis per ipsum archiepiscopum fundatae et per consequens Blasio canonico et rectori capellae praedictae ac eius successoribus iure perpetuo possidendas donavisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - COPIA SIMPLEX: Ignotus auctor saec. XVI. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 46., fasc. 1., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Esztergomi főkápt. birtokai p. 91-92. - REG.: Esztergomi főkápt. birtokai p. XXII.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 284., not. 11.; Zsigmondkori oklt. I. p. 494., nr. 4461.

Nos Iohannes Pernhausar iudex castri novi montis Pestyensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Iohannes archiepiscopus Strigoniensis in medio nostri personaliter constitutus quasdam duas domos suas in castro predicto penes sese in vicinitate domorum quondam magistri Nicolai cancellarii regie maiestatis et Haller habitas cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentiis universis de consensu dominorum Nicolai magistri tauarnicorum et Stephani magistri curie regie maiestatis, fratrum suorum uterinorum, ymo nullo penitus contradictore apparente dedit, contulit et libere donavit capelle beate virginis Marie in latere predicte ecclesie Strigoniensis per ipsum fundate et per consequens honorabili viro domino Blasio canonico et rectori capelle predicte et eius successoribus canonice intrantibus, rectoribus scilicet capelle prenotate perpetuo iure et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas anime sue et predecessorum suorum ob remedium et salutem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes fuerint nobis reportate. Datum in festo nativitatis sancti Iohannis baptiste, anno domini M^{mo}CCC^{mo} nonagesimo sexto.

214 1396. jul. 19.

(F. IV. p. Margarethe.) Nos Capit. ecclesie Waciensis damus pro memoria, quod Thomas filius Pethew de Al[ag] coram nobis... in sua, ac filii sui Stephani personis... nobis significare curavit, quomodo Nicolaus filius Emerici de Kechew, nunc in dicta Alag commorans, de portione sua possessionaria condam Demetrii filii Cozme de eadem dotem et res paraffernales solvere niteretur, ... cum tamen idem Nicolaus non verus heres, sed soboles sororina et de sorore quadam extiterit procreatus. Quamobrem idem Thomas, in personis quibus supra, veluti heres perpetuus, rectaque linea hereditaria condescendens, ac dominus dicte possessionis legitimus existens, ... prefatum Nicolaum a solutione dictarum dotis et rerum paraffernalium, necnon et quarte filialis ac aliquid iuris et quitquam hereditatis ipsum concernentis usurpatione, pro se occupatione... prohibuit coram nobis, paratum se exhibens ad solutionem dotis et rerum paraffernalium quarteque filialis premissorum...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. In dorso manu coaeva haec adnot. est scripta: Pro Thoma filio Pethew et Stephano filio eiusdem Thome de Alag contra Nicolaum filium Emerici de Kechew. Prohibitoria. Arch. Nat. Hung. Dl. 8173. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 259. No. 11.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 105., nr. 463. (erronee sub a. 1390.) et 478.; Zsigmondkori oklt. I. p. 406., nr. 4481.

215 1396. aug. 19.

(V. die assumpt.)...domino Leustachio de Ilsua regni Hungarie palatino et comiti Albensi...Capit. Ecclesie Budensis...Noverit vestra magnificentia, quod nos receptis litteris...domini Sigismundi...regis Hungarie...inquisitorias...et evocatorias, iuxta earundem continentiam unacum Luca de Zanto...Michaelem ecclesie nostre...clericum... duximus transmittendum, qui homo regius...nostro testimonio presente in die assumptionis virginis gloriose[1]...religiosas dominas sanctimoniales claustri b. virginis de Veteribuda in portione ipsarum possessionaria in dicta Veteribuda habita contra nobilem dominam relictam condam Nicolai filii Dominici bani ad quindenas festi assumptionis virginis gloriose[2]...in vestre magnificentie, ad ea, que...in litteris vestris narrantur, evocassent presentiam Iohannem Sclauum, Paulum Ermen, Iacobum Kys, Benedictum Iuan, Georgium Sclaum, Martinum, Blasium ortulanum, Gallum, Clementem, Blasium colonum, Michaelem Sclaum, Mathiam, Nicolaum, Georgium et Lucas litteratos, Petrum Crispum, Iacobum, Fabianum, Petrum aut Georgium iudices, Demetrium servum suum, Dominicum tributarium, Lucam Sclauum, Nicolaum pulsatorem, Gregorium Ludas, Nicolaum, Martinum Winceler, Iacobum servum predicti Georgii homines et familiares ipsarum eisdem statuere committendo.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8178. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 48., No. 19. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 498., nr. 4503.

[1] 1396. aug. 15.

[2] 1396. aug. 29.

216 Esztergom, 1396. sept. 18.

(Strigonii, die decima oct. Sept.) Nos Anthonius de Ponto decr. dr., ...ep. Sibinicensis..., domini Iohannis... archiepiscopi Strigoniensis et eiusdem loci comitis perpetui primatisque ac apostolice sedis...legati, necnon aule...regie sumpmi cancellarii vicar. in spiritualibus et generalis causarum auditor, ac ab eodem...super inquirendis, puniendis et corrigendis suorum subditorum excessibus specialem commissionem habentes universis et singulis presentes litteras nostras, seu hoc...publicum instrumentum inspecturis facimus manifestum, quod de anno domini millesimo CCC^{mo}LXXXX^{mo}V^{to}, de mense Decembris...ex communi assertione vulgarique infamia...a...fidedignis personis...insinuato clamore exorta ad nos...pervenit, quomodo quidam Petrus dictus Olmud, rector parrochialis ecclesie s. Andree apostoli de Sassaad Vesprimiensis dioc., iurisdictionis vero Strigoniensis ...in dedecus et vituperium totius ordinis clericalis fuisset et esset vir seditiosus, lusor taxillorum, discurrens hinc et hinc per loca publica et inhonesta, res et bona ecclesie sue ...inverecunde consumendo. Quibus et aliis multis...et gravibus culpis...et specialiter quodam homicidio per ipsum...perpatratis...dicta infamia publica referente ad nostram audientiam deductis, ex...nostri vicariatus...officio contra ipsum...fecimus...inquisitionem. Qua facta...et nobis die XI. mensis Decembris et anno prescriptis[1]...in consistorio Strigoniensi unacum multis...venerabilibus et discretis viris... iuris peritiam habentibus et notariis...pro tribunali sedentibus prefatum Petrum presbiterum...per nostrum... cursorem...specialem...ad nostrum iudicium fecimus...ad statim respondendum (predictae) inquisitioni...per nos contra ipsum formate, evocari, quo...evocato, ac...coram nobis... comparente, ipsam inquisitionem...in scriptis redactam ibidem...exhibuimus...et eandem in audientia publica... legi fecimus et ad singulos articulos in ipsa...comprehensos, primo sacramento per eundem Petrum...ad sancta dei evangelia in manibus nostris prestito, per verbum: credit, vel non credit, ipsi commisimus responderi, qui...ex sua certa scientia

et deliberato animo, prout sibi visum extitit, oretenus respondit. Tenor vero inquisitionis per nos contra prefatum...presbiterum facte...sequitur et est talis: (Vide nr. 195. Tenor inquisitionis per Anthonium de Ponto, vicarium archiepiscopi Strigoniensis contra Petrum presbiterum ecclesie s. Andree de Sasad 1395. dec. 11. formatae.) Unde, cum predicta talia sunt, que non debent conviventibus oculis pertransiri, sed debita correctione puniri, idcirco dictus...dominus Anthonius ep. Sibinicensis et vicar. ...ex suo et...sedis Strigoniensis incumbenti officio, dicta publica infamia et clamorosa insinuatione precedente, instante etiam...domina...Elena...condam Vlrici...uxore, contra dictum...Petrum de et super predictis...procedere intendit, et si predicta reperta fuerint veritate fulciri, ...ipsum debita pena corrigere et punire secundum quod sacri precipiunt canones...Quam inquisitionem... unacum prefati...Petri...responsionibus per notarium in actis curie Strigoniensis et huiusmodi cause fecimus...registrari, et ex quo idem presbiter Petrus ad aliquos articulos et maxime super articulo principali de homicidio conditionaliter respondebat, ideo eidem... ad dandas...defensiones suas, si quas super predictis pro se facere voluisset, usque ad vigiliam festi b. Thome apostoli...proxime futuri[2]...terminum peremptorium...prefiximus. Demum ipso presbitero Petro...in dicto termino...nullas defensiones faciente, nos...de anno domini millesimo CCC^mo^LXXXXVJ^to^ die XXIIIJ^ta^ mensis Augusti[3]...magistrum Blasium Parvum, canonicum b. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, in dicta inquisitionis causa...contra eundem Petrum presbiterum de Sassaad, nostri...Strigoniensis officii sollicitatorem, instigatorem et procuratorem presentem et onus (hoc)...in se sponte suscipientem...deputavimus specialem, qui...recepto sollicitationis mandato ad probandum articulos...in prescripta nostra inquisitione conprehensos...pro evocandis...in nostri presentiam testibus per ipsum nominandis, sibi citationem...per nos dari...postulavit, qua ...per nos decreta, testes per ipsum...nominandos...per discretum virum dominum Gregorium plebanum ecclesie b. Marie Magdalene da castro Budensi...ad secundum diem mensis Septembris tunc affuturum[4] ad perhibendum testimonium veritatis commisimus... evocari...Quo termino...occurrente et nobis...in...consistorio Strigoniensi...pro tribunali sedentibus, prefatus mag. Blasius instigator quosdam providos viros, cives seu hospites Budenses, per...Gregorium plebanum citatos pro testibus suis et...Strigoniensis nostri officii in dicta causa coram nobis in iudicio produxit, (quos)...in ipsius Petri presbiteri et ....magistri Blasii presentia...de dicenda veritate super articulis...in inquisitione nostra ...expressis in nostris manibus ad sancta dei evangelia fecimus...iurare, deinde, semotis partibus, quemlibet testem sigillatim[a] et secrete super sepedictis articulis...per... Iohannem Budensem, archidiaconum Borsiensem et alterum Iohannem Saxonem canonicos prebendatos...ecclesie Strigoniensis...examinari mandavimus et per Martinum Iohannis de Turnowya, notarium publicum...dicta et attestationes eorundem...commisimus in actis ...cause presentis in dictorum...canonicorum presentia conscribi et registrari. Et quia alii certi testes per...magistrum Blasium instigatorem...ad prescriptum terminum evocati ...aliis impediti negotiis in dicto...termino non poterant...interesse, pro eo idem mag. Blasius sollicitator ad producendos eosdem et alios...testes et signanter de castro et sub castro Budensi et de villa Sassaad productis...sibi decimam...et duodecimam dies... Septembris[5]...pro...secundo et tertio terminis per nos sibi dari... eosdemque testes... per prefatum Gregorium b. Marie Magdalene de...castro Budensi plebanum nostri in presentiam...citari facere postulavit. Cuius postulationis...annuentes ipsos testes...in nostri presentiam ad prescriptos...terminos...fecimus...evocari. Quibus...terminis...occurrentibus et certis hominibus...in testimonium productis, magistroque Blasio instigatore nomine...nostri officii et presbitero Petro personaliter...in...sede Strigoniensi...comparentibus, ipsos testes...in presentia partium...prius de dicenda veritate delato sacramento per ...Iohannem Budensem et alterum Iohannem Saxonem Strigonienses canonicos et Martinum ...notarium...mandavimus...examinari, ac dicta et attestationes testium cum propriis nominibus eorundem in actis curie et huiusmodi cause conscribi et registrari. Qui...canonici unacum prescripto Martino notario memoratos testes...receperunt et depositiones eorum... registrari fecerunt; post que nobis die XVJ^ma^...Septembris et anno prescriptis[6]...in... consistorio Strigoniensi...pro tribunali sedentibus...mag. Blasius...sollicitator cause et nostri officii...ad nostram iudiciariam...accedens presentiam, presente et audiente...Petro presbitero ex nostro speciali mandato in nostri presentiam advocato et personaliter comparente, in huiusmodi inquisitionis causa per nos concludi...postulavit ulterioribus dilationibus...renuntiando; ...pro eo nos sepedictum presbiterum Petrum...multipliciter interrogatum habuimus, si adhuc aliquibus defensionibus suis in hac causa uti voluisset, illas... secure...dare et ipsis uti debuisset. Qui...dictis defensionibus omnino se nolle uti,nec ipsas

posse dare indicabat, ob quod nos...de voluntate et consensu ambarum partium coram nobis personaliter astantium et audientium, Iesu Christi invocato nomine, in presenti inquisitionis causa conclusimus...et ad audiendam...per nos ferri sententiam...diem XVIIIJam... Septembris[7]...pro termino peremptorio...prefiximus. Quo...occurrente et nobis in prenominato Strigoniensi consistorio...pro tribunali sedentibus et partibus, vidl. magistro Blasio instigatore...ac Petro presbitero personaliter...coram nobis...in iudicio comparentibus et per nos...sententiam ferri...postulantibus, nos visis, auditis et rimatis, ac diligenter consideratis et investigatis huiusmodi cause meritis et...quoad plenum discussis, et deliberatione insuper vobiscum et cum venerabilibus et discretis viris dominis ac notariis predictis nobiscum in iudicio consedentibus prehabita, quia ex dictis et attestationibus testium...pro parte predicti nostri officii per...magistrum Blasium instigatorem productorum et in sede Strigoniensi...receptorum...et examinatorum...clare...comperimus prefatum Petrum presbiterum rectorem...ecclesie s. Andree de Sassaad fuisse et esse...alienatorem et dilapidatorem rerum et bonorum mobilium ipsius ecclesie..., ipsamque...tam in spiritualibus, quam etiam temporalibus tempore, quo illi prefuit, male et pessime rexisse, homicidiumque in et contra personam condam Vlrici Theutonici, venditoris feni, hospitis et incole Budensis per ipsum Petrum presbiterum nequiter et sine causa fuisse et esse perpatratum, ideo nos...ad nostram diffinitivam sententiam in dicta inquisitionis causa ferendam procedimus et eam pro tribunali sedentes in scriptis ferimus et promulgamus, prout sequitur, tenore sub infrascripto: Christi nomine invocato[8]...per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam in hiis scriptis de peritorum consilio ferimus, pronuntiamus, decernimus et declaramus predictum presbiterum Petrum Olmud, rectorem parrochialis ecclesie s. Andree de Sassaad...homicidium in et contra personam condam discreti viri Vlrici de Almania, venditoris feni, habitatoris Budensis...nequiter perpetrasse et commisisse, ipsumque condam Vlricum ratione percussionis et wlnerum per ipsum presbiterum Petrum in et contra ipsius condam Vlrici personam factorum et illatorum...fuisse et esse vita functum et propter hoc ipsum presbiterum Petrum fuisse et esse publicum voluntarium homicidam et ut talem puniendum et condempnandum fore, sicque ipsum presbiterum Petrum ratione dicti homicidii voluntarii per ipsum in personam dicti condam Vlrici commissi pronuntiamus, decernimus et declaramus dicta sua parrochiali ecclesia s. Andree de Sassaad et omni iure sibi in ea vel ad eam quomodolibet competenti et quolibet ipsius regimine vel administratione privandum et removendum fore, sicque ipsum privamus et removemus, et super ipsa ecclesia et...iure vel administratione ipsius sibi perpetuum silentium imponimus; ipsum nichilominus presbiterum Petrum condempnantes ad...restituendum dicte ecclesie duos calices argenteos et unum missale per ipsum de bonis dicte ecclesie alienatos seu alienatum, eundem etiam...ratione dicti homicidii...condempnamus ad perpetuos carceres dicte s. sedis Strigoniensis, in quibus pro pena dicti homicidii suos perpetuos cum pane doloris ducet dies et toto vite sue tempore in ipsis carceribus iaceat et perseveret, ut...et ceteris clericis...similia attemptantibus ipsius...pena transeat in exemplum in premissis, quoad penam dicti carceris mitigandam dicti domini...archiepiscopi Strigoniensis et nostre gratia retenta...Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit hec nostra diffinitiva sententia...pressentibus...honorabilibus et discretis viris dominis magistro Demetrio Iohannis, canonico ecclesie s. Georgii martiris de Viridi campo Strigoniensi, notario curie Strigoniensi, Iacobo Valentini presbitero, plebano ecclesie s. Georgii martiris de Pascuth Strigoniensis dioc. et Nicolao Petri de Leubich, clerico dicte Strigoniensis dioc., aliisque...testibus ad premissa ...vocatis.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo viridis coloris sig. pend. Anthonii de Ponto iam deperditi, necnon signo et subscriptione Martini Iohannis de Twrnouia, cler. Pragensis dioc., publ. apost. et imp. auct. notarii ac iudicis ordinarii, eiusdemque vicarii scribae. In dorso manu saec. XV-XVII. Privatio plebani de Sasad adnot. est. scripta. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 1., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: Bonifatius IX. papa 1400. maj. 1. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 500., nr. 4518.

[a] recte: singillatim

[1] 1395. dec. 11.

[2] 1395. dec. 20.

[3] 1396. aug. 24.

[4] 1396. sept. 2.

[5] 1396. sept. 10. et 12.

[6] 1396. sept. 16.

[7] 1396. sept. 19.

[8] Haec tria vocabula litteris maioribus sunt scripta.

217 1396. oct. 1.

(XII. die vigilie Mathey)...Capituli Budensis littera...nos (scil. Sigismundum regem) eatenus informabat, quod noster et dicti capituli homines...in...vigilia...Mathey[1] ...ad faciem...possessionis Jenew vocate vicinis et commetaneis suis...inibi convocatis et presentibus accedendo...Paulum dictum Tykurus et Marcum filium ac Elenam filiam eiusdem, necnon Nicolaum filium Johannis in dominium eiusdem introduxissent, eandemque ...iure ipsis incumbenti...statuissent...perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1405. sept. 9. Arch. publ. Capituli Castriferrei Statut. nr. 101. - MENT.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 507., nr. 4146.

[1] 1396. sept. 20.

218 1396. oct. 1.

(III. Michaelis archang.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Iacobus filius Georgii de Zakadak comitatus Tolnensis ab una, parte vero ex altera Nicolaus filius Emerici de Alagh coram nobis...constituti, idem Iacobus filius Georgii proposuit...in hunc modum: Quod quia prefatus Nicolaus filius Emerici pro dote et rebus parafernalibus condam nobilis domine Clara vocate, relicte Demetrii filii Cosme de dicta Alagh, sororis sue uterine, de universis iuribus possessionariis eiusdem condam Demetrii filii Cosme iuxta regni consuetudinem provenientibus, ratione quorum ipse contra eundem Nicolaum filium Emerici in presentia vicarii...domini Petri episcopi Vaciensis litem movisset, nonaginta octo florenos auri sibi pro omnimoda satisfactione premissorum dedisset, ideo ipse predictum Nicolaum filium Emerici ac filios et successores eiusdem universos super premissis dote ac rebus parafernalibus prefate domine Clare sororis sue reddidisset...expeditos...

ORIG.: Membr. humore sat exesa cum sig. tergo appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 8184. (Sign. Ant.: N.R.A. Fasc. 22. No. 76.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 502., nr. 4527.

219 1396/a

Nobilis domina relicta et magister Nicolaus filius quondam Nicolai Kont palatini ...donaverunt (Monasterio b. Mariae virg. de Chathka) per modum testamenti duos fundos curiarum in civitate Budensi. (Vide) in litteris Capituli Nitriensis.[1]

ORIG.: Desideratur. - (MENT. seu) REG.: Documenta artis Paulinorum I. p. 50.

[1] Vide nr. 265. Magistratus civitatis Budensis 1398. nov. 25.

220 1396/b

Eodem anno (scil. 1396.), ut habetur in litteris domini Nicolai filii quondam Nicolai (palatini), donavit huic (scil. claustro b. Mariae virg. de Chathka) pro preparatione eiusdem claustri unam domum[1] ibidem (scil. in civitate Budensi). Vide statutorias in litteris Hertlini, iudicis Budensis[2]. Item vide litteras Cruciferorum de Alba[3], de anno 1400.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Inventarium Paulinorum III. p. 961., nr. 47. (Pataki). Pataki: Bud. Rég. XV(1950). p. 288., not 37.; Documenta artis Paulinorum I. p. 50.

[1] Pataki: duos fundos curiarum (mendose).

[2] Vide nr. 265. Magistratus civitatis Budensis 1398. nov. 25.

[3] Vide nr. 316. Conventus cruciferorum de Alba 1400. oct. 6.

221 Buda, 1397. jan. 23.

(Bude, f. III. a. conv. Pauli.) Sigismundus...rex Hungarie...Capitulo ecclesie Budensis...Dicitur nobis in persona Iohannis filii Thome de Bathe civis nostri Budensis, quod ipse in dominium cuiusdam portionis sue possessionarie in [possessione Tethen] vocata in comitatu Pestiensi...existentis... [vellet introire]. Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo p[resente Paulus] filius Emerici de predicta Tethen, vel Petrus filius Iacobi de Dyod, aut [Stephanus] filius Michaelis, sin Mathias filius Ladislai de Felkezeu, sive Iohannes filius Gregorii...aliis absentibus homo noster [ad faciem] predicte portionis possessionarie...accedendo introducat prefatum Iohannem filium Thome, statuatque eandem eidem iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores [vero], si qui fuerint, evocet..in presentiam palatinalem...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budense 1397. febr. 4. Arch. Stat. Slov. Centr. Arch. famil. Gyulay f. 59., nr. 29. (Filmotheca Arch. Nat. Hung.) - ED.: Fejér: CD. X/3. p. 196-197. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 508., nr. 4613.

222 Buda, 1397. jan. 30.

(Bude, f. III. a. purif.) Sigismundus...rex Hungarie... capitulo ecclesie Budensis ...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum, quod ipse portionem earum possessionariam in possessione Borosyeneu ...habitam...pro certa pecunie summa Laurentio filio Andree de Borosyeneu et aliis... impignorassent, quam...sumpmam in...sacristia seu conservatorio ecclesie vestre reposuissent; quare fidelitati vestre...mandamus, quatenus...mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iacobus, vel Georgius, sin Andreas, sive Petrus, seu Ladislaus, an Stephanus de Felkezw, neve Nicolaus de Chw, seu Albertus de Alberth, sive Thomas, an Nicolaus de Alagh, aliis absentibus homo noster ad predictos Laurentium et alios nobiles de...Borosyeneu accedendo...committat eisdem..., ut predictam sumpmam pecunie ad se recipere et premissam portionem possessionariam ipsis religiosis dominabus remittere... debeant et teneantur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1397. febr. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 8197. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 8. No. 21.)

223 1397. febr. 4.

(XII. die f. IV. a. conv. Pauli.) Magnifico...domin[o Leus]tachio de Ilswa regni Hungarie palatino ac comiti Albensi...capit. ecclesie Budensis...Noveritis litteras... domini Sigismundi...regis Hungarie...int[roductorias] et statutorias nobis directas...nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 221. Sigismundus rex. Hung. 1397. jan. 23.) Nos itaque...

unacum...Paulo filio Emerici (de Teten)[1] homine suo regio...discretum virum dominum Michaelem custodem ecclesie nostre...duximus transmittendum, qui...ad nos reversi nobis...retulerunt, quod prefatus homo regius...nostro testimonio presente feria qu[a]rta ...ante festum conversionis sancti Pauli apostoli...ad faciem...portionis possessionarie (in possessione Tethen[2])...accedendo...Iohannem filium Thome (de Bathe civem Budensem[3]) ...in dominium eiusdem introduxisset...nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Chart. pap. lacerata cum vestigio sig., quo erat clausa. In dorso haec inscriptio legitur: Domino palatino pro Iohanne filio Thome de Bathe cive Budensi. Introductoria. Ibidem fragmentum cuiusdam adnot. sic sonat:...filii Thome de Thethen. Arch. Slov. Centr. Arch. famil. Gyulay f. 59., nr. 29. (Filmotheca Arch. Nat. Hung.) - ED.: Fejér: CD. X/3. p. 196-198. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. nr. 480. (sub 1397. jan. 24.); Zsigmondkori oklt. I. p. 508., nr. 4629.

[1-3] Vide nr. 221. Sigismundus rex Hung. 1397. jan. 23.

224 Roma, 1397. febr. 13.

(Rome, ap. s. Petrum, Id. Febr., a. VIII.) Bonifatius...(papa IX.) Dilecte in Christo filie Clare, relicte quondam Jacobi dicti Jud de Buda laicis vidue, Vespr. dioc. ... (concedit, ut per confessarium pro suo libitu eligendum absolvi possit.)

ORIG.: Reg. Vatican anni VIII. (Fragm.) - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 8.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 305.; Zsigmondkori oklt. I. p. 510., nr. 4643.

225 1397. febr. 23.

(Quarto die ferie III. a. kath. Petri.)...domino Sigismundo...regi Hungarie...capit. ecclesie Budensis...Noverit vestra excellentia, quod nos litteras vestras...recepimus in hec verba: (Vide nr. 222. Sigismundus rex Hungariae 1397. jan. 30.) Nos itaque mandatis vestre excellentie...obedire cupientes..., unacum...Nicolao de Alagh...Egidium chori ecclesie nostre...presbiterum...pro testimonio duximus destinandum, qui...nobis... retulerunt, quod...homo vestre serenitatis...feria tertia...a. festum kathedre b. Petri apostoli[1]...ad ..prefatos nobiles, vidl. dominam relictam...Nicolai filii Andree et Laurentium de...Borosyeneu accedendo...eisdem commisissent..., ut ipsi predictam sumpmam pecunie ad se recipere et dictam portionem possessionariam...religiosis dominabus (claustri b. Marie virginis de Insula leporum) remittere...deberent et teneantur. Que... domina rel. condam Nicolai in sua et...Kathko filie sue personis...respondisset, quod medietas pecunie predicte sibi et...sue filie iuxta continentias litterarum impignoratitiarum debuisset provenire, sed...habita divisione inter ipsam et filiam suam, ac annotatum Laurentium dicta medietas...pecunie in portionem eiusdem Laurentii...cessisset, et ob hoc factum premissum ipsam et...filiam suam in nullo contingeret; demum autem prefatus Laurentius in suo et Ladislai filii sui nominibus ad premissa retulisset..., quod ipsi prelibatam portionem possessionariam...religiosarum dominarum eisdem, si eedem...pecuniam ipsarum...sine diminutione...ipsis redderent, remittere...promti essent...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8197. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 8. No. 21.)

[1] 1397. febr. 20.

226 Roma, 1397. febr. 27.

(Rome ap. s. Petrum, III. Kal. Mart., a. VIII.) Bonifatius (papa IX.)...Archiepiscopo Barensi et episcopo Waciensi...ac preposito eccl. Strig....Cum...accepimus preceptoria domus cruciferorum s. Trinitatis de Calidis aquis extra muros Budenses ord.

s. Augustini Vespr. dioc., quam quondam Petrus Stephani Vltramontani ipsius domus preceptor dum viveret obtinebat, per ipsius obitum...vacet ad presens, nos... Landulpho (s. Nicolai in carcere Tulliano diacono) cardinali...providere ...volentes..., discretioni vestre...mandamus, quatanus vos...preceptoriam predictam, que ab aliquo monasterio vel regulari eccl. non dependeat, cuius...proventus trecentarum marcharum...valorem annuum non excedunt..., cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Landulpho cardinali... conferre et assignare curetis inducentes eum vel procuratorem suum, eius nomine, in corporalem possessionem preceptorie iuriumque et pertinentiarum predictorum...

ORIG.: Archiv. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia, Liber LXVIII. fol. 254-255. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - REG.: Mon.Vat. Hung. I/4. p. 8-9.; Zsigmondkori oklt. I. p. 512., nr. 4652.

227 1397. mart.4.

(IV. Non. Martii.) Sigismundus...Hungarie...rex...omnibus Christi fidelibus... pres.not.habit. ...salutem...Noscat presens etas et successiva posteritas, quod cum... fideles nostri...dominus Iohannes archiep. ...ecclesie Strigoniensis, locique eiusdem comes perpetuus, ac primas et apostolice sedis legatus, necnon cancellarius aule nostre eximius, ac viri magnifici Nicolaus tauarnicorum, ac Stephanus ianitorum nostrorum magistri, filii Iohannis de Kanisa, idem Nicolaus Zaladiensis, Castriferrei et Soppronienses, ac ipse Stephanus Symigiensis comitatuum comites in et a nostre...coronationis non sine ipsorum ...amminiculo...insignite facte, et ceteris...iam elapsis et presenti annis...nostris beneplacitis et vestigiis iugiter hactenus adherentes...in cunctis nostris et regni nostri creberrimis asperis et prosperis...expeditionibus...sacro regio dyademati nostroque culmini et regnis nostris...variis hostium insultibus obstipatis uberrima...fidelia...servitia ...non sine consanguineorum et complicum ac bonorum ipsorum periculis studuerunt et adhuc anhelant impendere in futurum, ex eoque..., licet...dominus Iohannes archiep. et sui fratres...pro...tantis...servitiorum meritis...per ipsos nobis... exhibitis...digniori dono ...per nos non inmerito forent premiandi, tamen, ut eorum votis hac vice videamur aliquantisper respondere..., castrum nostrum Symontornya...ab...infidelibus nostris...ad nostras regias manus devolutum..., in comitatu Tolnensi situatum, nostreque regie collationi... pleno iure pertinens, simulcum cunctis suis iuribus, iurisdictionibus, tenutis, pertinentiis, redditibus, obventionibus, tributis, presertim villis Helgez, Kezw alio nomine Hydegkuth, superiore parte ville Bykach habitatoribus destitute, Hydegkuth, Beelch, Baand, Kwrbew cum tributo, Egres inferiore cum tributo, medietate ville Symontornya alio nomine Menend similiter cum tributo in eisdem exigi consuetis, Dorog, Chylegh, Mysla, Zekel, Barlyad, Wayota, Wyfalu, Zempeter in Tolnensi; item medietate ville Symontornya alio nomine Zygeth, Bwrd, Hwrchuk et Egres superiore in Albensi; item Waam, medietate ville Igar et Bolhach vocatis in Wesprimiensi comitatibus habitis... ex sano prematuroque cunctorum prelatorum, baronum, potiorumque regni nostri procerum et unanimi decreto eorundem, mera regia auctoritate et potestatis plenitudine, ex certaque et firma nostre maiestatis scientia memoratis domino Iohanni archiepiscopo, necnon viris magnificis Nicolao et Stephano fratribus suis carnalibus, eorundemque fratrum suorum dumtaxat heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo...de...nostris regiis manibus (cum expeditoria cautione)...donavimus...ymo donamus...perpetuo et irrevocabiliter possidendum..., pariter et habendas presentis scripti patrocinio mediante...

ORIG.: A) Membr. cum plica regio duppl. et. Iohannis Iauriensis et Demetrii Vesprimiensis eccl. ep., ac Nicolai de Gara regn. Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae bani, necnon Iohannis de Paztoh iudicis curiae regiae sigillis de filis sericei coerulei et albi coloris pendentibus munita, de quibus illud regium et iudicis curiae sig. iam deperdita sunt. In dorso manu saec. XV. Littera super donatione castrorum Symontornya et Lewka ac opidi Chepregh vocati adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.647. (Sign. ant.: Fasc. A. No. 1. Reposit. 17.) TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1406.jan.14. > Id. 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.7.) - ED.: A)(protocoll. et narratio diplomatis): Fejér: CD X/2. p. 415-417. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 513., nr. 4656.; B) Membr. cum plica regio duppl. et Iohannis Iauriensis et Demetrii Vesprimiensis eccl. ep., ac Nicolai de Gara regn. Dalmatiae,

Croatiae et Sclavoniae bani, necnon Iohannis de Paztoh iudicis curiae regiae sigillis de filis sericei coerulei et rubri coloris pendentibus munita, de quibus tantum illud Vesprimiensis ep. extat. In dorso manu saec. XV. Collatio super castrum Symontornya adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8202. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.1.) - TRANSCR., ED. et REG.: vide sub A.

228 (Venezia), 1397. mart. 13.

(1397. Indict. V., die XIII. mart.) Sapientes utriusque manus. Capta: Quia... dominus rex Hungarie modo de novo per... ser. Franciscum de Bernardo sub suis litteris credentialibus fecit cum magna instantia requiri nostrum dominium, quatenus nobis placeat mittere ad presentiam suam nostram ambasiatam pro multis respectibus, ample satis dicentem nobis de bona dispositione, quam ipse...rex habet versus nostrum dominium ad faciendum de rebus nobis placitis; vadit pars, ut propter istam causam non procederentur servitia per nos facta serenitati sue et regno Hungarie, quod eligantur de presenti per scrutinium in hoc consilio pro mittendo ad ipsum...regem tres nostri solemnes ambasiatores, qui possint accipi de omni loco et officio et iudicatu petitionum et aliis officiis, que sunt ad dictam conditionem et de officio continuo, non perdendo officium, si esset continuum, nec utilitatem eius, et non accipiendo ultra unum pro domo et unum pro officio. Et respondeant cras per diem, non possendo refutare sub pena ducatorum centum pro quolibet; debeant habere a nostro communi ducatos centum pro pro quolibet pro faciendo sibi unam robam pro honore nostri communis; possint expendere ducatos quinque in die pro quolibet in omnibus expensis quomodocumque sibi occurrentibus pro se et familia sua, exceptis emptionibus equorum et scortis, agociis ac nabulis navigiorum secundum usum, habendo et ferendo ad dictas expensas quatuor domicellos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem, unum mareschalchum, unum coqum (!), unum trucimanum ac duos ragocios et unam saumam pro quolibet. Verum pro honorando ambasiatam donari debeant familiaribus predictis ducati quatuor pro quolibet ultra suum salarium, ut faciant sibi unam vestem seu robam et secundum nova, que habentur, providebitur ante suum recessum de sua commissione de omnibus aliis, que isti consilio utilia et necessaria videbuntur. De parte alii, de non O, non sinceri 4. Electi ambasiatores: ser Michael Steno procurator, ser Fantinus Georgio miles, ser Thomas Mocenigo.

ORIG.: Secreta Consilii Rogatorum B. 143. Arch. civit. Venet. - ED.: Ljubic: Listine IV. p. 401-402., - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 515., nr. 4664.

229 Somogyvár, 1397. mart. 15.

(In Somogwar, f. V. a. Reminisc.) Sigismundus...rex Hungarie...fidelibus suis iudici, iuratis civibus de Buda...Dicit nobis Iacobus filius magistri Thobie de Ianosfalua, quomodo meg. Petrus dictus Pouch de Zeek mortuo Iohanne filio Pethew...concive vestro, proximo scil. et consangwineo suo unum fundum curie et allodium in eadem civitate habitum, necnon alias res et bona in dictis fundo curie et allodio tunc habitas et reperta, item equatiam ipsius condam Iohannis in ipsos conmuniter iure successorio iuxta approbatam regni nostri consuetudinem condescendentes et devoluta...pro se occupando abstulisset et recepisset...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus...de premissis meram... veritatem inquirendo, prout etiam vobis ...constiterit certitudo, nostre tandem...rescribi iubemus maiestati...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1397. apr. 13. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Bárczay.) Dl. 83.454. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 815., nr. 4666.

230 1397. mart. 17.

(Sab. a. Reminiscere.)...in presentia...capituli Budensis...Nicolaus filius Iohannis dicti Kakas de Regenzenthamas sua, Iohannisque fratris et nobilis domine Kathlen vocate

sororis, uterinorum, necnon Iacobi, Stephani, Ladislai et Iohannis filiorum, ac domine Anne filie condam Nikus, Tylmani patruelium...in personis...(Sigismundum regem Hungariae) a donatione et collatione castri ipsorum Symontornya vocati et suarum pertinentiarum, ac...dominum Iohannem archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, necnon Nicolaum et Stephanum filios Iohannis de Kanisa ab impetratione...et sibi ipsis perpetuatione dicti castri et possessionum ad idem pertinentium prohibuisset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593. No. 7.)

231 1397. apr. 6.

(VIII. Id. Apr.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h. s. volumus pervenire: Quod vir rel. frater Gregorius ord. predicatorum s. Dominici de Insula leporum in personis...priorisse et conventus sororum sanctimonialium claustri b. Margarete de dicta Insula...exhibuit nobis...litteras privilegiales...Lodouici...regis...in facto tributi in porta Budensi pro predictis dominabus exigi consueti emanatas, ...supplicans..., ut easdem...nostro dignaremur privilegio confirmare, quarum tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex, Hung. 1365. febr. 27.) Nos itaque...ob...devotionem nostram, quam abb. Margaretham, sub cuius nomine...dictum claustrum fundatum existit et constructum... habemus..., pretactas litteras...toto earum tenore presentibus inserto...ratificamus, ac pro eisdem dominabus...regia auctoritate...confirmanus presentis privilegii nostri patrocinio mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo virid. col. pend. In superiore margine et sub plica Ad litteratorium mandatum domini nostri regis not. canc. legitur. In dorso manu saec. XV. Hogi Layvs kiral es Sigmond kiral meg hyvtta valaky vammal nem tartoznek, kynek oly leuele volna adnot est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 4181. (Sign. ant.: Mon. Poson., Fasc. 39. No. 14.) - TRANSCR.: a) Nicolaus de Marienwerder notarius publ. 1401. aug. 31. Arch. Nat. Hung. Dl. 8288.; b) Laurentius de Pálócz iudex curiae regiae 1463. jul. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 5381. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 22. No. 15.; c) Mathias rex Hung. 1465. febr. 16. > Wladislaus rex Hung. 1499. jul. 13. > Ferdinandus I. rex Hung. 1528. febr. 6. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.962. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 518., nr. 4696. - COMM.: Rupp: Buda-Pest p. 71., 83.

232 Buda, 1397. apr. 8.

(Bude, in dom. Iudica.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis ...Noveritis, quod quia Georgius trombetarius filius Syko de Hydegkwth...nobilem puellam Barbara vocatam, filiam suam, Anthonio Gallico trombetario nostro sub certis conditionibus in litteris nostris consensualibus clare expressis ritu Romane ecclesie tradidisset in coniugem et cum ipsa... totalem portionem suam possessionariam in...possessione Hydegkwth...habitam...ipsum, ut asseruit, rite concernentem per ipsas alias litteras nostras eisdem Anthonio et filie sue perpetue...in filios filiorum suorum coram nobis...donasset...; ob hoc ipse Anthonius et domina uxor sua Barbara...nunc in dominium eiusdem...vellent introire, si contradictio cuiuspiam eis non obviaret in hac parte. Quapropter fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Petrus filius Nicolai, vel Michael filius Petri, aut Georgius filius Dominici nobiles de Gerche, seu Laurentius de Borosyenev, sive Petrus filius Blasii, an Petrus filius Petri de Felkezev, aliis absentibus homo noster ad faciem...portionis possessionarie...Georgii trombetarii in...possessione Hydegkwth...habite...accedendo introducat ipsos Anthonium Gallicum nostrum trombetarium et eius coniugem in dominium eiusdem, statuatque (eandem eisdem) iure sub premisso perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum: contradictores vero, si qui fuerint, evocet...nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1397. apr. 25. > Mathias I. rex Hungariae 1461. maj. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. (Arch. Mus. Nat. Hung.) 44.978.

233 1397. apr. 9.

(V. Idus Apr.)...Sigismundi (regis Hungariae littera)...sub appendentis et dupplicis sigilli munimine emanata contine(bat), qualiter idem dominus rex...ob... fidelitatis...constantiam et laudedigna... merita viri spectabilis et magnifici domini Hermanni comitis Cilie...affini sue maiestatis...dilecto sacro regio diademati Hungarie et per consequens sue maistatis culmini in ipsius regni expeditionibus exhibita...quandam domum seu fundum curie in castro civitatis Budensis, prope claustrum beati Nicolai confessoris, in vicinitate domorum Nicolai de Agria civis Budensis a plaga septemtrionali, ab inferiori vero parte domus...prepositi ecclesie Wesprimiensis sitam, que alias Stephani wayuode, filii olim Stephani filii Laczk de Chakthornya prefuisset, qui propter sue manifeste infidelitatis maculam vita temporali rite fuisset privatus, ipsa quoque domus ob hoc ad regias suas manus approbatissima regni consuetudine devoluta fuisset et ad maiestatis sue collationem pertineret, de manibus suis regiis nove donationis titulo prefato domino Hermanno et suis heredibus...contulisset perpetuo possidendam.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - MENT.: a1) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842.; b1) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Lad. de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 510., nr. 4701.; p. 568., nr. 5126. (ment. sine dato.)

234 1397. apr. 13.

Magistratus civitatis Budensis ad inquisitorium mandatum Sigismundi regis 1397. mart. 15. ipsis datum respondendo sequentia refert: 1) Johannes Gleczel dictus quandam domum Budae habitam a Petro fil. Pouch pro octingentis fl. auri comparasset, quam postmodum vendidisset; 1) Nicolaus Rufus concivis requisitus recognovit, quod supradictus Petrus fil. Pethew quandam vineam Johannis fil. Pethew pro duobus equis concambialiter tradidisset et duodecim equos equatiales depelli fecisset.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris rubri col.,quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 83. 454. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 519., nr. 4705.

Excellentissime princeps et domine noster gratiose ! Litteras vestre claritatis per Iacobum filium Thobie de Ianosfolua nobis directas honore, reverentia ac obedientia, quibus decuit, recepimus in hec verba:

Sigismundus dei gratia rex Hungarie...(sequitur mandatum inquisitorium Sigismundi regis de 1397. mart. 15., vide n. 229.)

Nos itaque mandatis vestre excellentie obedire cupientes ut tenemur, iuxta indicationem ipsius Iacobi primo Iohannem dictum Gleczel concivem nostrum iuratum de premissis habuimus requisitum, qui respondit, quod ipse ante plurimorum annorum curricula quandam domum in castro predicto habitam, a prefato Iohanne filio Pethew derelictam, a prenominato Petro filio Pouch pro octingentis florenis auri comparasset, quam etiam postmodum necessitate compulsus vendidisset. Preterea Nicolaus Ruffus similiter concivis noster, qui pretacto Iohanni filio Pethew a tempore iuventutis sue servivisse dinoscitur, per nos requisitus recognovit, quod sepe nominatus Petrus quandam vineam prefati Iohannis pro duobus equis concambialiter tradidisset, sed de pretio valoris ipsorum equorum penitus ignoraret. Insuper quod ipse Petrus XII equos equatiales vel circa abhinc depelli fecisset. Scriptum feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo CCC^{mo} nonagesimo septimo.

Vestre serenitatis fideles: iudex[et] iurati castri vestri Budensis.

Extus:

Serenissimo principi ad domino domino [Sigismundo dei gratia regi Hungarie], Dalmacie, Croacie et cetera marchionique Bran[denburgensi et cetera, domino ipsorum gratioso]. Pro Iacobo filio magistri Thobie de Ianosfalua.

Responsalis.

235 1397. apr. 25.

(III. die II. diei resurrect.)...(domino) Sigismundo... regi Hungarie...capitulum ecclesie Budensis...Litteras vestre sublimitatis statutorias..., noveritis, nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 232. Sigismundus rex Hungariae 1397. apr. 8.) Nos itaque mandatis vestre sublimitatis...obedire cupientes, unacum...Petro filio Blasii de Felkezev... magistrum Blasium...concanonicum nostrum... pro testimonio duximus transmittendum, qui... exinde ad nos reversi nobis...retulerunt, quod...homo vester...nostro testimonio presente secundo die festi resurrectionis domini[1]...ad faciem...portionis possessionarie (in possessione Hydegkwth habite) ...accedendo, dum...Anthonium Gallicum vestrum trombetarium et eius coniugem in dominium eiusdem introducere, eandemque eisdem...statuere voluisset perpetuo possidendam, tunc Paulus villicus et iobagio...domini Petri prepositi ecclesie Strigoniensis et rectoris ecclesie sancti Emerici ducis de Alba in...Hydegkwth residens in persona...domini sui...introductioni et statutioni possessionarie annotatis Anthonio et sue coniugi fiendis contradictionis velamine obviasset, ob quam...ibidem et eodem die... dominum Petrum prepositum contra...Anthonium et suam coniugem ad quindenas predicti termini[2]...in vestre sublimitatis citasset presentiam rationem contradictionis sue redditurum...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex Hungariae 1461. maj. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. (Arch. Mus. Nat. Hung.) 44.978.

[1] 1397. apr. 23.

[2] 1397. maj. 7.

236 1397. apr. 29.

(In oct. pasce.)...littere...capitul(i) ecclesie Albensis...patenter...emanate contine(bant), qualiter...domina Anna (rel. condam domini Stephani palatini) per modum protestationis et inhibitionis significare curasset, qualiter...dominus Sigismundus rex (quandam) domum (in castro Budensi habitam) in preiudicium ipsius domine magnifico domino comiti Cilie contulisset; (ideo) predictum dominum regem a donatione et collatione, annotatum vero comitem et quoslibet alios a petitione, emptione, impignoratione et intromissionibus (in) dominium dicte domus factis vel fiendis prohibuisset contradicendo[1]...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - MENT.: a1) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842.; b1) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 523., nr. 4734.

[1] Vide nr. 197. Magistratus civitatis Budensis 1395. dec. 24. et nr. 329. Capit. eccl. Budensis 1401. jun. 13.

237 1397. maj. 8.

(F. III. p. quind. pasche.) Nos capitulum ecclesie Jauriensis m. comm., quod Cristannus civis noster Jauriensis pro honesta domina consorte Gothfridi civis et apathecarii Budensis cum procuratoriis litteris iudicis et iuratorum civium castri Budensis..., item Cosmas filius Petri civis de castro Jauriensi...coram nobis confessi sunt... in hunc modum: Quod quamvis prefatus Cristannus procurator predicte domine ratione cuiusdam fundi curie condam Nicolai litterati de Papuch in castro Jauriensi habiti erga manus annotati Cosme pignoris titulo existentis pretextu quinquaginta fl. auri, quos annotata domina super eundem condam Nicolaum litteratum...in iudicio optinuisse agnoscebatur, in presentiam...Iohannis episcopi...prelati nostri in causam attraxerit, tamen...proborum virorum...ordinatione ...ad talem devenissent...compositionis unionem, quod prefatus Cosmas...pro totali satisfactione premissorum quinquaginta fl. auri in festo b. Stephani regis[1]...quindecim fl. auri fl.

quemlibet centum denariis nove monete computando coram iudice castri Jauriensis eidem domine solvere tenebitur tali obligamine mediante, quod si...dictam sumpmam...termino in prefixo solvere negligeret, extunc prefatus fundus curie in premissis quinquaginta fl. auri aggravaretur eo facto, et quod annotata domina, vel homo aut procurator suus...pro se occupandi et tamdiu, donec ab ipsa pro eadem sumpma redimeretur. ...conservandi haberet facultatem..., hoc expresso, quod prescripti quindecim fl. auri per...dictum Cosmam solvendi ad illam rationem computabuntur, qua dictus fundus curie erga manus suas obligatus fore perhibetur...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. tergo appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.644. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Coll. Desiderii Véghely.) - ED.: Hazai okmt. III. p.324-325. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 525., nr. 4757.

[1] 1397. aug.20.

238 Roma, 1397. maj. 11.

(Rome, ap. s. Petrum, V. Id. Mai, a. VIII.) Bonifatius (papa IX.)...preposito eccl. Strigoniensis...Hodie accepto..., quod...Mathias Martini, canonicus Strigoniensis cupiebat in domibus hospitalium s. Trinitatis de Calidisaquis superioris suburbii Budensis, ac s. Stephani regis et Lazzari prope Strigonium invice canonice unitarum, ord. s. Augustini, Domino famulari; nos certo iudici...dedimus...in mandatis, ut eundem...auctoritate nostra recipi faceret in fratrem...; ac volumus..., quod quamprimum...ordinem...professus... existeret..., canonicatum ecclesie Strigoniensis...dimittere teneretur...

ORIG.: Reg. Vatican. Liber LXIX., fol. 171. -REG.: Mon.Vat.Hung. I/4. p. 12.; Zsigmondkori oklt. I. p.526., nr. 764.

239 Esztergom, 1397. maj. 24[1]-jun. 28.

(Vigesimaquarta die mensis Mai[1].)...in presentia mei Martini Iohannis de Turnouia, cler. Pragensis dioc., sacra apost. et imp. auct. publ. notarii...dominus Anthonius de Pontho, decr. dr., ...ep. Sibinicensis...domini Iohannis...archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, primatisque et apostolice sedis legati, ac regie maiestatis supremi cancellarii in spiritualibus vicar. et causarum auditor de eiusdem domini... archiepiscopi speciali...commissione visitator ad capitulum cathedralis...ecclesie Strigoniensis specialiter, generaliter autem ad omnes ecclesias et capitula, abbatias, conventus et preposituras predicto...Iohanni archiepiscopo et...sue ecclesie Strigoniensi subiectas missus et datus...in loco capitulari consueto ipsius ecclesie Strigoniensis ad hoc deputato constitutus, convocatisque in unum...preposito ac omnibus et singulis...canonicis pro tunc presentibus et residentibus atque capitulum facientibus...; ubi idem dominus...visitator...formavit capitula in scriptis redacta, que per me...coram ipsis dominis legi...fecit...requirens eos ..., quatenus...super ipsis...meram et puram dicere et respondere debeant et teneantur veritatem et...de commissione...dicti domini Iohannis archiepiscopi...mandavit, ut...ea omnia, que in ipso visitationis officio sciret, inquireret et que sibi tum de statu ecclesie Strigoniensis prefate et aliarum, tum etiam de ipsius capituli canonicorum ac ministrorum ecclesie, item ipsius ecclesie bonis, possessionibus, proventibus, redditibus et emolimentis, necnon dignitatum et personatuum, canonicorumque numero et ad alia capitula formata dicerentur..., rescriberem..., quod feci...

Quibus...capitulis...per me...perlectis...dominus...visitator quindecim dies... ad deliberandum dedit..., quibus completis...ipsi domini...ad singula...una ore responderunt.

De quibus capitulis et responsionibus ea, quae civitates nostras Budensem et Pestiensem concernunt, infra sequuntur:

De decimis vinorum de Sasad et de Ewrs prope Budam ex dispositione domini Sigismundi regis Hungarie per sedem apostolicam...canonicis ecclesie Strigoniensis incorporatis ...plebanis certa portio datur; residuum dividitur in solos canonicos, quia in ipsis nec prepo-

situs habet quintam, nec lector decimam...

Archidiaconatum Borsiensem...tenet...mag. Iohannes de Buda...

...ut sciatur in quibus...prepositus non habet quintam, interrogati...domini responderunt, quod sicuti ipsi scire possunt et observatum fuit, ...de decimis vinorum de Sasad et de Ewrs circa Budam...nichil habet ratione prepositure...

Rector altaris s. Margarethe virginis...habet etiam Bude domum magnam ex opposito putei cooperti, a parte occidentali, quam solet locare...in bona summa; cuius collatio spectat ad capitulum...

Item in ipsa ecclesia Strigoniensi est collegium Christi pauperum scholarium studere volentium, fundatum per magistrum Iohannem de Buda, archidiaconum Barsiensem et canonicum Strigoniensem, dotatum quatuor domibus cum censibus earundem in civitate Budensi existentibus et habitis, quarum situs et loca in litteris dicte civitatis plene describuntur...

De preposituris secularibus...prepositurae Weteris Budensis..., de preposituris (autem) regularibus...prepositurae de Chewth...; de plebaniis (vero)...plebaniarum de Buda (et) de Pesth...collatio spectat ad dominum archiepiscopum Strigoniensem...

Item dixerunt...domini de capitulo, quod...in communi tenent parochiales ecclesias sancti Andree de Sasad et sancti Martini de Ewrs, iurisdictionis Strigoniensis, quarum decimas percipiunt prout supra dictum est...

...sunt etiam...rectoratus, quos postea[2] certi devoti viri ex dominis canonicis pro refrigerio anime sue construxerunt, scil. capella s. Hieronimi sub turri ab aquilonari plaga, quam construere fecit...Michael de Keztewlcz lector, quam ipse dotavit censibus duarum domorum Bude existentium, wlgo Pokreyth, quarum una est in serie apotecariorum ex opposito pretorii et solvit omni anno fl. VIIIJ; alia est extra portam Sabbati penes gradus, per quos itur versus Calidas aquas superiores a meridionali plaga et solvit omni anno fl. VIIJ...

...Quia sunt nonulli ex dominis de capitulo..., qui vix aliquando per duos annos vel etiam ultra redeant ad ipsam ecclesiam, ut autem tales saltem semel in anno redire cogantur..., ex ordinatione...domini Iohannis archiepiscopi...statutum est, ut omnes domini de...capitulo...ad diem festivitatis s. Adalberti episcopi et martiris, patroni precipui huius ecclesie Strigoniensis redire et in ipsa die et per totam octavam eiusdem missis conventualibus et wesperis...in choro interesse...teneantur. Si autem quispiam contra huius statuti formam absens esse presumpserit, privatus sit et privabitur illo anno portione, quam recipere deberet ex decimis vinorum de Sasad et de Ewrs prope Budam...

Salarium...decimas et proventus capituli dicantium:...In Sasad...et Ewrs non plus recipiant decimatores...quam unam portionem et illam dividant inter se...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sub titulo "Visitationale Venerabilis Capituli Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, acta visitationis anni 1397, ac etiam statuta eiusdem V. Cap. in se continens" in forma libri de chart. pap. ab anonymo auctore confectum. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 50., sine fasc. "Ad acta Lectoralia, Tit. XII, Nr. 4." p. 15-16., 21., 28., 31., 49., 52., 54-55., 68., 72., 80. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Kollányi: Tört. Tár II. Uj folyam (1901) p. 71-106.; 239-272. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.527., nr. 4784. - COMM.: Kollányi op. cit. p. 71-73.; Gárdonyi: Károlyi Emlkv. p. 166-168.

[1] Cum prolongatione visitationis primo 15, deinde 8 et tertia vice 15 dierum successive facta. (Vide protocolli p. 21., 57. et 69.)

[2] Capitulum hoc tardius textui insertum est, nam Michael de Keztewlcz annis 1469-1499, munere lectoris et canonici ecclesiae Strigoniensis fungebatur. (Kollányi, op.cit.p. 73.)

240 Nagyszombat, 1397.jun.21.

(Tyrnauie, in corp. Chr.) Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t.pr. signif. quibus exp. univ., quod nobilis domina rel. Nicolai Conth palatini...nostre significare curavit maiestati, quomodo condam mag. Nicolaus filius suus alias quandam possessionem suam Gyugh nuncupatam in comitatu Symigiensi existentem, necnon unam domum suam in civitate Budensi, in vico claustri b. Nicolai penes idem claustrum habitam ob amorem et zelum materne dilectionis sibi...contulisset, supplicans...nostre maiestati..., ut et nos

premisse donationi...filii sui...eidem facte nostrum regium consensum...prebere dignaremur. Nos itaque ipsius domine supplicationibus per ipsam nostre...porrectis maiestati favore regio inclinati, potissime consideratis...fidelium servitiorum meritis prefati condam magistri Nicolai filii sui per ipsum, dum in humanis agebatur, cum sumpma fidelitatis constantia nostre maiestati exhibitis...premisse donationi...possessionis Gywgh..., necnon domus in...civitate nostra Budensi habite per ipsum...domine matri sue factis nostrum regium consensum prebemus...salvo tamen iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budensis eccl. 1401. maj. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 8841. - REG.: Botka: Századok 4(1870) p. 149-150.; Zsigmondkori oklt. I. p. 533., nr. 4837.

241 Nagyszombat, 1397. jun. 24.

(Tyrnauie, in nat. Ioh. bapt.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Cum nos...castrum nostrum regale Symonthornya...in comitatu Tolnensi situatum, quod condam...Stephani wayode filii Stephani filii Lachk de Chakthornya et alterius Stephani filii condam Dionisii wayoda de Symonthornya ob ipsorum...infidelitatis notam vita temporali privatorum, necnon Andree filii condam Nicolai wayode filii dicti Stephani filii Lachk de Debregez prefuisse, ex eoque...ad nostras regias manus devolutum fore...perhibetur, simulcum cunctis possessionibus, tributis, pertinentiis, iuribus et iurisdictionibus eiusdem universis, presertim villis[1]..., quarum...quantitates, qualitates et numerum... Stephanus prepositus ecclesie Tytuliensis, ac Petrus custos ecclesie Albensis homines et capellani nostri de curia nostra ad hec specialiter per nos destinati ex nostra speciali commissione rescientes et etiam in eorum registris referentes nostre porrexerunt maiestati, fidelibus nostris dilectis prelato et baronibus nostris, vidl....domino Iohanni archiepiscopo ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comiti perpetuo, primatique et apostolice sedis legato, sumpmo cancellario nostro, necnon viris magnificis Nicolao tauarnicorum et Stephano ianitorum nostrorum magistris, filiis vidl. cond. magistri Iohannis de Kanissa, eorundemque Nicolai et Stephani dumtaxat heredibus...per alias litteras nostras exinde confectas[2] nove nostre donationis titulo de...nostris regiis manibus in perpetuum contulerimus, nosque eosdem pretextu firmioris et salubrioris rei perpetuationis per nostrum regium specialem hominem de aula et curia nostre celsitudinis ad hec per nos electum et vestrum testimonium, eo-quod cap. vestrum...propinquior locus testimonialis pre aliis locis capitularibus et conventualibus ad nostre specialis residentie regalis habitationis locum fore dinoscitur situatum, ut in hiis per hoc omne scrupulum evitetur esitationis, in...dominium dicti castri, necnon villarum et pertinentiarum eiusdem...introduci et ipsum ac eas eisdem...statui facere valimus, non obstante statuto nostro cum nostris regnicolis in hiis stabilito, ut statutiones iurium possessionariorum quorumlibet non per testimonia aliorum capituli vel conventus alterius preterquam per idem, quod illo comitatu, in quo dicta iura possessionaria fore perhibentur fieri valeat atque celebrari, cui quidem statuto ratione previa derogare in hac parte censuimus. Pro eo fidelitati vestre firmiter edicimus, quatenus unum mittatis hominem, non canonicum simplicem, sed in vestra ecclesia maiori dignitate prepallentem pro testimonio... quo presente Stephanus Byssenus filius Gregorii de Berench homo noster de eisdem aula et nostre maiestatis curia iuvenis specialiter ad id...per nos transmissus ad facies...castri Symonthornya et suarum pertinentiarum, necnon tributorum et villarum ...accedendo introducat...dominum Iohannem archiepiscopum et suos fratres in dominium eorundem, statuatque eisdem ipsum castrum simulcum...suis iuribus, pertinentiis, ac villis et tributis universis sub...nove nostre donationis titulo perpetuo possidendum et habendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra... dominum Iohannem archiepiscopum et suos fratres...personaliter et non per procuratorem ...cum universis eorum iuribus seu litteralibus munimentis in et super facto...castri Symonthornya...et pertinentiarum suarum, villarumque et tributorum ad idem castrum rite spectantium confectis...in presentiam specialem nostre maiestatis, ubi pro tunc deo duce fuerimus constituti, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1397. aug. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 8234. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.4.) - MENT.: Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.7.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 534., nr. 4845.

[1] Seriem et nomina villarum memoratarum vide in nr. 245. (Capit. eccl. Budensis 1397. aug.4.)

[2] Vide nr. 227. Sigismundus rex Hungariae 1397. mart.4.

242 Nagyszombat, 1397.jul.29.

(Tyrnauie, dom. p. Iacobi.) Ex serie...patentis littere nostre (scil. Sigismundi regis)... adinveniebatur, quod nos universa iura possessionaria...condam Martini filii Nicolai de Lak ubique habita...Osualdo filio Iohannis de Spacha, sororio...eiusdem Martini tamdiu per eundem tenenda..., quousque super quibusdam tredecim peciis panni Colonicalis a provido viro Hermanno, cive civitatis nostre Budensis, per dictum condam Martinum indebite...ablatis et per dictum Oswaldum propriis suis sumptibus eidem Hermanno restitutis et satisfactionibus impensis de eisdem, per propinquos et cognatos ipsius condam Martini, quos magis ipsa solutio dictarum tredecim peciarum panni eidem Osualdo fienda contingeret satisfactum fieret quoad plenum, commisissemus nostra regia auctoritate mediante.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1405. jul.27. Arch. Nat. Hung. Dl. 49.897. (Arch. famil. Rumy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 540., nr. 4901.

243 Nagyszombat, 1397. aug. 1.

(Tirnauie, in ad. vic. Petri.) Sigismundus rex Hungariae capitulo ecclesiae Vesprimiensis dat in mandatis: mittat suum hominem pro testimonio, quo praesente homo regius committat Francisco filio Petri, Michaeli et Nicolao filiis Iohannis de Dalka, necnon Francisco et Ladislao filiis Georgii de Hathalom, fratribus et proximis condam Martini (filii Nicolai de Lak), ut ipsi, vel alter eorum super tredecim peciis panni Colonicalis Hermanno civi civitatis Budensis congruam impendant satisfactionem.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Capit. ecclesiae Vesprimiensis 1397. sept. 5. > Sigismundus rex Hungariae 1405. jul.27. Arch. Nat. Hung. Dl. 49.897. (Arch. famil. Rumy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.541., nr. 4908.

244 Nagyszombat, 1397. aug.3.

(Tyrnauie, f. VI. p. ad vincula Petri.) Nos Sigismundus..,rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera),marchioque Brandenburgensis etc(etera), notum facimus...per presentes, quod quia...plurimorum prelatorum, baronum et potiorum regni nostri procerum relationibus nostre insonuit auribus maiestatis, quod plerique forent regnicole per climata regni nostri possessiones habentes et tenentes, qui eorum iobagiones in aliorum possessiones commorandi causa accedere volentes variis calumpniis, signanter in birsagiorum at collectarum seu dationum receptionibus, ut ipsos erga se retinere valerent, super eos impositis libere abire et pacifice permittere non curarent, per quod factum nonnulle nostre regales, necnon ecclesiarum ac nobilium alterius dignitatis hominum possessiones non modicum desolationis paterentur detrimentum. Nos itaque...dignum arbitramur et congruum, quod cum ab evo rerum exordio omnes homines prima parens equaliter produxerit, hii liberi habeantur,quos non natura, sed humana potentia sibi ipsi iugo subicere conaretur servitutis, unacum eisdem baronibus et potioribus ipsius regni nostri proceribus decreto unanimi sanximus, statuimus et super hiis statutum fecimus:

(I.) Ut amodo in antea cives seu hospites sive iobagiones nostri regales de nostris civitatibus, possessionibus, opidis et liberis villis castrorumque nostrorum tenutis in earundem ecclesiarum, necnon nobilium et alterius preeminentie hominum possessiones habentium et e converso earundem ecclesiarum et ipsorum nobilium ac alterius status hominum iobagiones in prefatas nostras regias civitates, opida et possessiones castrorumque nostrorum tenutas et generaliter quilibet libere conditionis homines de possessionibus ecclesiarum in nobilium possessiones et de nobilium possessionibus in earundem ecclesiarum possessiones temporibus

semper successivis universis et perpetuis, habita licentia iustoque terragio et aliis (debitis eorum) solitis expeditis liberam, tutam et omnimodam moraturos se transferendi habeant facultatem, harum nostrarum litterarum per vigorem...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. sub textu appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 24.793. - ED.: Fejér: CD. X/3. p. 192.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 154-156. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 542., nr. 4912. - COMM.: Acsady: A magyar jobbágyság története. Budapest, 1950. p. 116.; Székely Gy.: Tanulmányok a parasztság történetéhez Magyarországon a 14. században. Budapest, 1953. p. 210-211.; Dőry-Bónis-Bácskai: Op. in ED. cit. p. 154.

245 1397. aug. 4.

(XVI. die f. VI. p. divis. apost.) Nos capitulum eccl. Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...regis Hungarie...introductorias et statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 241. Sigismundus rex Hungariae 1397. jun. 24.) Nos itaque mandatis...domini nostri regis...obedire cupientes..., unacum... Stephano Bysseno filio Gregorii de Berench, aule sue maiestatis iuvene ad id specialiter per...dominus...regem transmisso...discretum virum...Michaelem custodem ecclesie nostre...ad premissa...exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui...ad nos reversi nobis...retulerunt, quod...homo...domini...regis...nostro testimonio presente quarta, quinta et sexta feriis proximis post festum divisionis apostolorum[1]...ad facies... castri Symonthornya..., necnon villarum Helgez, Kezew, alio nomine Hydegkuth, superiorem partem ville Bykach nunc habitatoribus destitute; item Hydegkuth, Belch, Band, Kemlew ac tributi in eadem exigi consueti, necnon Dorogh, Chylegh, Mysla, Zekel, Barlyad, Egres inferioris et tributi in eodem exigi consueti; item Baycha, Wyfalw, Zenthpether; item medietatis ville Symonthornya, alio nomine Menend et tributi in eadem exigi consueti in Tolnensi...; item medietatis possessionis Symonthornya alio nomine Zygeth, ac Band, Herchek, Egres superioris in Albensi; item Bud ac medietatis ville Igar et Balhach...in Vesprimiensi comitatibus habitarum...accedendo...dominum Iohannem archiepiscopum, ac Nicolaum et Stephanum fratres eiusdem, in dominium earundem introduxisset, ipsumque castrum simulcum...suis iuribus, pertinentiis ac villis et tributis universis eidem domino Iohanni archiepiscopo, necnon Nicolao et Stephano fratribus suis...nove regie donationis titulo, nullo penitus contradictore apparente statuisset perpetuo possidenda...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva Statutoria super castro Symontornya et suarum pertinentiarum est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8234. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.4.) - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.7.)

[1] 1397. jul. 18., 19., 20.

246 (Esztergom), 1397. aug. 25-28.[1]

(Die XXV. Augusti.[1])...Antonius de Ponto decr. dr.,...ep. Sibinicensis et...domini Iohannis...archiepiscopi Strigoniensis et...apostolice sedis legati in spiritualibus vicar. et causarum auditor, ac omnium ecclesiarum castri et civitatis Strigoniensis ei subiectarum generalis visitator specialiter deputatus...(ad visitandam collegiatam) ecclesiam sancti Stephani prothomartiris de dicto castro Strigoniensi...tam in capite quam in membris; de mandato (eiusdem domini archiepiscopi)...dicte ecclesie...preposito ac... canonicis pro dicta visitatione fienda certa...formavit capitula..., quorum singula... predictis dominis...legi...fecit, super quibus fecit per ipsos...responderi...puram... veritatem...

Cuius visitationis in processu super tertio decimo capitulo ipsi prepositus et canonici responderunt, quod habent pro dote eorum ac omnibus eorum fructibus, redditibus et proventibus bona infrascripta: Primo habent in Buda tres domos ad annuum perpetuum censum locatas hoc modo, vidl. quod de una, quam tenet Iohannes aurifrisiator, habent

dicti canonici annuatim trigintaquatuor fl. auri in duobus terminis, scil. in festo sanctorum Georgii[2] et Michaelis[3]. De secunda domo, quam habet et tenet relicta Sigismundi apotecarii, habent dicti canonici annuatim trigintatres fl. auri in terminis prescriptis. De tertia autem domo, quam habet et tenet Franciscus Bernardi Italicus, habent annuatim triginta fl. auri in nativitate b. Marie virginis persolvendos...

ORIG.: Chart. pap. manca et humore in plurimis sui partibus corrupta, sine signo et subscriptione (Martini Iohannis de Turnouia, cler. Pragensis dioc. apost. et imp. auct. publ. notarii)+ sub titulo "Acta visitationis in et de ecclesia sancti Stephani prothomartiris de Castro Strigoniensi..." emanata. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 1., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pór p. 102-116. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 547., nr. 4948. - VERSIO.: (Hung., sensualiter) Pór p. 18-29. - COMM.: Id. p. 3-17.

+ Quia protocollum visitationis capituli ecclesiae Strigoniensis per eundem vicarium 1397. maj. 24. (-jun. 28.) factae ipse confecit (Vide nr. 239.), ideo merito supponi potest eum etiam huius visitationis notarium fuisse.) (Vide protocolli p. 10.)

1 Registrum de rebus et bonis ecclesiae huius 1397. die vigesima octava mensis augusti idem visitator confecit. (Vide protocolli p. 10.)

2 Apr. 24.

3 Sept. 29.

247 1397. sept. 5.

(VI. die ferie VI. p. oct. regis Steph.) Ex serie... littere capituli Wesprimiensis ...reperiebatur, quod eum noster (scil. Sigismundi regis) et dicti capituli...homines...ad nostrum...litteratorium mandatum transmissi in...feria sexta post...oct. b. regis Stephani[1] ad Franciscum filium Petri, Michaelem et Nicolaum filios Iohannis de Dalka, Franciscum et Ladislaum filios Georgii de Hathalom fratres scil. et proximos... condam Martini (filii Nicolai de Lak[2]) accedendo...eisdem ...commisissent verbo nostre maiestatis, ut ipsi, vel eorum alter...Hermanno civi civitatis nostre Budensis de et super...tredecim peciis panni Colonicalis debitam et congruam satisfactionem impendere deberent..., tunc predicti ...fratres...et proximi annotati condam Martini de premissis tredecim peciis panni Colonicalis ob ipsorum paupertatem prescripto Hermanno ad tunc satisfactionem exhibere non posse referentes dixissent...ut Osualdus (filius Iohannis de Spacha[3]) de predictis debitis ipsi Hermanno satisfacere deberet, et ob hoc ipse Osualdus possessiones et portiones possessionarias ac bona prefati condam Martini interim tenere...haberet facultatem, quousque ipsi pecuniam...dicti Osualdi...Hermanno civi (Budensi)...persolutam et persolvendam eidem Osualdo persolvere valerent et possent effective.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1405. jul. 27. Arch. Nat. Hung. Dl. 49.897. (Arch. famil. Rumy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 547. nr. 4955.

1 1397. aug. 31.

2 Vide nr. 242. Sigismundus rex Hungariae 1397. jul. 29.

3 Vide nr. 242. Sigismundus rex Hungariae 1397. jul. 29.

248 Temesvár, 1397. oct. 22.

(In Themesuar, II. undecim virg.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), Marchio Brandenburgensis etc(etera) m. comm..., quod iudex et iurati cives civitatis nostre Budensis in ipsorum et totius communitatis de eadem in personis ab una, item parte ab altera comes et iurati cives civitatis Cibiniensis similiter in eorum et universorum mercatorum partium nostrarum Transyluanarum personis...nobis supplicare curarunt, ut ipsis in causa...in facto...transitus mercatorum dictarum partium...cum mercimoniis quibusvis versus Viennam fiendi inter eos mutuo vertenti...iudicium...ac

finem decisivum...facere dignaremur; nosque supplicationibus eorundem...exauditis, dictam causam...aliis arduis agendis nostris et regni nostri expeditionibus prepediti...ad presens decidere...non valentes, eandem...ad conventionem seu congregationem universorum prelatorum et baronum, dum cum eisdem Deo duce in aliquo certo loco fuerimus constituti, duximus prorogandam, ita tamen, ut medio tempore mercatores partium Transyluanarum... cum ipsorum mercantiis..., non obstante contradictione...iudicis et iuratorum de Buda...ubilibet intra ambitum regni nostri negotiari possint...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 433-434.; Z-W.: Urkundenbuch III. p. 184. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 556., nr. 5026.

249 (Venezia), 1397. oct. 23.[1]

Conceditur Francesco de Bernardo de Hungaria, quod possit extrahere 54 pecias panni florentini emptas per transitum Veneciis anno preterito sine aliqua nova solutione, quum iam tunc solverit omnia datia ordinata.

ORIG.: Misti XLIV. 23. Ach. civit. Venet. - REG.: Ljubic: Listine IV. p.410.; Zsigmondkori oklt. I. p. 557., nr. 5032.

[1] Vide ap. Ljubic. (Op. cit.)

250 Temesvár, 1397.nov.1.

(In Themeswar, in Omn. Sanct.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod de legalitate, circumspectionis industria et sagacis procurationis realitate fidelis nostri dilecti egregii militis magistri Petri filii Georgii de Vereb, pridem vivevoyuode Transsiluani...singulariter confisi...comitatum universarum camararum salium nostrorum partium Transsiluanarum et de Lyppua a festo Omn. Sanct.[1]...incipiens usque nostrum beneplacitum ad...manus ipsius...duximus commitendum. Et ut...facta...camararum nostrarum...ad nostrum maiorem profectum exercere possit, assumpsimus eidem dare pro inceptione et executione laborum...sex milia fl. per centum denarios nove nostrie maioris monete computatos de camera et pecunia nostre maiestatis, ipsarumque camararum nostrarum processus et ordines taliter mandamus: Primo, quod de...camaris nostris et factis eiusdem[a] nullus prelatorum et baronum nostrorum se debeat intromittere, sed sub sola nostre maiestatis gubernatione remaneant et defensione speciali. Item assumpsimus eidem universas tricesimas nostras ubique intra climata regni nostri habitas in octavis Purif. virg. gloriose[2]...similiter ad manus...eiusdem...dari...tali modo, quod ipse nullius alterius regni vel ducatus sales debeat in regnum nostrum intromittere, neque etiam sales nostros maritimales ad istam partem fluvii Zawe...permittat conducere. Tandem vero ad tempus ...circa...pentecosten[3] ...de salibus camararum nostrarum predictarum ad dicta confinia regni nostri pro usu regnicolarum nostrorum deferri faciat...ac ibidem pro condigno precio, ut inferius limitamus, venditioni exponendos; promittentes etiam, quod quousque procurationem ipsarum camararum nostrarum in manibus ipsius committimus, etiam et dictas tricesimas nostras in suis...manibus relinquemus ita..., ut universos nostros regios proventus tam de dictis camaris, quam tricesimis provenientes nostre maiestati, vel cui commiserimus, ...debeat amministrare. Damus etiam eidem facultatem, ut quicunque post...octavas festi purificationis a qualicunque parte regni nostri sales quorumcunque regnorum vel ducatuum in nostrum regnum fuerint conducti vel importati, tales introductores, emptores et repositores per ablationes omnium suorum bonorum possessionumque occupationes, ac personarum detentiones, tamquam nostrorum regalium edictorum transgressores punire valeat atque possit castigare. Si qui vero procerum vel regni nostri nobilium...sales nostros maritimales et extraneos...ultra fluvium Zawe et in regnum nostrum intromitterent, seu conduci facerent et importari, talem vel tales nostra maiestas, uti nostri mandati transgressores congruis gravaminibus onerabit et puniet...Volumus etiam, quod..., de proventibus camararum nostrarum usque festum b. Jacobi apostoli[4]...nobis pecunias dare non astringatur, sed...ipso festo occurrente...proventus camararum salium nostrorum

nobis et cui commiserimus, debeat amministrare. Nichilominus ut universos laboratores, incisores, vectores et nautas, aliosque ipsarum cammararum nostrarum factores in eisdem consuetudinibus, quibus olim tempore...domini regis Lodouici tenti sunt, debeat conservare, signanter quod sales superflui ipsis nautis nullo modo dari permittantur. Item...committimus, ut ultra loca camararum nostrarum ab antiquo deputata etiam in hiis civitatibus nostris, scil. Cassouiensi, Trinchiniensi, Tirnauiensi, Posoniensi, Jawriensi et Castriferrei, Zagrabiensi et Kyrysiensi, Albensi, Budensi, necnon Pestiensi, ac in comitatu Zaladiensi, ubi commodius videbitur, etiam et in Kewi camare pro salibus nostris construantur. Ipsorum vero salium nostrorum valorem in camaris nostris taliter limitamus:...quod in camaris nostris Vizakna et Maramorosiensi centenarium salium vendantur pro centum denariis nostre monete maioris; item camaris nostris Lyppuensi, Zalardiensi et Zothmariensi vendantur centum sales ducentis denariis monete nostre predicte; in camaris vero Zegediensi et Varkon valeant centum sales ducentos vigintiquinque denarios eiusdem nostre monete; ulterius in camaris nostris Budensi et Pestiensi vendantur centum sales trecentis denariis novis predictis; item in camara Albensi centenarium salis debeant valere trecentos vigintiquinque denarios novos...; in camaris autem Cassoviensi et de Kewi centum sales vendantur pro quadringentis denariis...nostre monete maioris. Ceterum in aliis camaris nostris, scil. Tirnauiensi, Trinchiniensi, Posoniensi, Soppronienses et de Vaswar, Zagrabiensi et in comitatu Zaladiensi valeant centum sales quingentos denarios...monete nove nostre maioris. Volentesque...quod dum et quandocunque de locis camararum nostrarum quarumcunque ad alias camaras nostras in confinibus regni nostri vel ubicunque locis in aliis deputatis, signanter ad predictas, prelibatus comes noster vel eiusdem officiales et familiares sales nostros transmitterent..., tributum de...salibus nostris et conductoribus eorundem tam in eundo quam redeundo...sive in aquis, sive in terris...tricesimum non exigatur...Decrevimus etiam, ut sales nostri Maramorosienses ultra fluvios Thicye et Zagwe per nullos mercatores et conductores salium deferri possint neque conduci. Si qui vero secus facere presumpserint ..., extunc...comes noster per ablationem...salium, boum et omnium aliorum bonorum erga ipsos repertorum puniendi eosdem habeat facultatem. Item quoscunque sales idem comes noster per pristinos comites nostros in camaris vel ubicunque in aliis locis repositos repererit..., eosdem sales ipse pro eo precio ipsis salis eiusdem pristinis camarariis nostris incisione et vectura constarent, recipere, aut per officiales et familiares recipi facere valeat...Preterea volumus etiam, ut victualia aut alie res cuiuscunque generis existant, ad loca camararum nostrarum...undique et ubique sine tributorum et tricesimarum solutione pro agendis factis et negotiis earundem camerarum nostrarum, ipsarumque comitis nostri et ipsius officialium sustentatione portentur et conducantur...[b]

ORIG.: Membr. cum sig. secr. appresso. Sub sigillo Commissio propria domini regis in Petro Waradini not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8861. - ED.: Wenzel: Bányászat p. 436-439. - REG.: Zsigmondkori oklt. p. 558., nr. 5047.

[1] 1397. nov. 1.

[2] 1398. febr. 9.

[3] 1398. maj. 26.

[4] 1398. jul. 25.

[a] recte: earundem

[b] In litteris: portentur et conducantur

251 1398. febr. 23.

(II. die kath. Petri.) Capitulum ecclesie Budensis...Ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod Nicolaus filius condam Nicolai cancellarii de Teten coram nobis...est confessus..., quod ipse totalem portionem suam possessionariam in...possessione Teten, in comitatu Pestyensi existentem habitam ipsum concernentem cum omnibus suis utilitatibus ...et pertinentiis universis, terris videlicet cultis et incultis arabilibus fimatis et campestribus, vinearum montibus, pratis seu fenilibus, insulis, molendinis, aquis Danobyalibus, ecclesie sancti Michaelis in eadem Tethen constructe patronatu ceterisque cunctis usibus et

proprietatibus... ad ipsam portionem possessionariam... de iure spectantibus... domino Sigismundo... regi Hungarie... domino nostro naturali pro quatuor milibus florenis auri puri et iusti ponderis... vendidisset... iure perpetuo... possidendam... ac iuxta nutum sue regie maiestatis disponendam... totam... iuris et dominii proprietatem eiusdem in... dominum nostrum regem transferendo...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1404. apr. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.607. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 573., nr. 5195.

252 1398. mart. 17.

Magistratus civitatis Budensis Franciscum Bernhardi concivem domum suam Budensem Nicolao pellifici dicto de Brunna, similiter civi Budensi, pro sexingentis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias Petri de Prohonicz, cler. Pragensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1444. oct. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8836. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 575., nr. 5218. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. 27.

Nos Hertlinus iudex Castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Franciscus Bernhardj concivis noster coram nobis personaliter comparendo quandam domum suam in Castro predicto, in vicinitate domorum condam Nicolai Konth palatini et beginarum ordinis sancti Dominici habitam, de qua singulis annis perpetue ratione redditus wlgo purgrecht dicti monasterio beate Marie virginis ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite de Ormenis prope Kedhyda et per consequens fratribus nunc et pro tempore deo famulantibus in eodem in festo purificationis beate Marie virginis unum centenarium olei olive ac unam lagenam allecum wlgo thima dictam dare et solvere tenebantur, conditione sub eadem cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis domum spectantibus ad eandem, de consensu domini Nicolai filii Johannis de Kaniza Thavernicorum regalium magistri ac fratrum omnium monasterii supradicti, ymo nullo penitus contradictore comparente vendidit et tradidit provido viro Nicolao pellifici dicto de Brunna, scilicet nostro concivi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam pro sexingentis florenis per centum denarios novos singulariter computatis plene et integre perceptis et habitis ab eodem, eo etiam expresso et declarato: in casu, quo prefatus Nicolaus pellifex aut eius heredes oleum et alleca predicta propter caristiam seu viarum discrimina aut quovis alio casu fortuito dare non posset, extunc pro dicto centenario olei decem florenos auri ac pro pretacta lagena allecum sex florenos similiter auri prenotato monasterio dare et persolvere teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus Franciscus eundem Nicolaum pellificem suosque heredes ac posteros ratione premisse domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentes defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo tamen redditu prenotato semper remanente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum die dominico quo cantatur officium Letare, anno domini M°CCC° nonagesimo octavo.

253 Roma, 1398. apr. 13.

(Rome ap. s. Petrum, Id. Apr., a. IX.) Bonifatius (papa IX.)... Jauriensi et Nitriensi episcopis... Petitio pro parte... Sigismundi regis Vngarie... ac... magistri et fratrum domorum hospitalium s. Trinitatis de Calidis aquis superioribus suburbii Budensis Vespr. dioc., ac s. Stephani regis et Lazari prope Strigonium invicem canonice unitarum ord. s. Augustini nobis... exhibita continebat, quod cum idem rex quasdam, vidl. Foldwar, Besenow, Torbug et Poltharastia nuncupatas ad ipsum et coronam et mensam regis Vngarie ac magister et fratres prefati quasdam alias, vidl. Thokay, Tarczal, Baracka et Pathey ad

eosdem magistrum et fratres legitime pertinentes possessiones et villas in Quinqueeccl. et Agrien. dioc. consistentes teneant et possideant. Cumque propter assiduos hostiles insultus, quibus - heu - regnum Vngarie ac eius regnicole a perfidissimis paganis et fidei christiane inimicis inhumaniter affliguntur et in futurum per amplius verisimiliter affligi formidantur; huiusmodi ville et possessiones regie magistro et fratribus tam propter situm propinquiorem quam etiam pro maiori eorum securitate ad tenendum et facilius gubernandum multo magis accomode forent pariter et utiliores, rex ac magister et fratres prefati premissis ac aliis iustis et rationabilibus causis suadentibus, - possessiones et villas supradictas invicem permutare, ac rex illas, que ad coronam et mensam predictas in eosdem magistrum et fratres ac eorum successores; et econtra magister et fratres prefati illas, que ad ipsos pertinent possessiones et villas huiusmodi in eundem regem ac eius successores pleno iure et totali dominio ac cum earum pertinentiis universis titulo permutationis huiusmodi perpetuo transferre desiderant. Quare pro parte regis et magistri et fratrum predictorum nobis fuit ...supplicatum, ut sibi faciendi premissa licentiam concedere...dignaremur. Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati vestre...mandamus, quatenus de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis...nos diligenter informetis seu alter unum se informet et si per informationem huiusmodi inveneritis, quod dictarum possessionum et villarum, quas per loca, vocabula, confines, qualitates et valores presentibus haberi volumus pro expressis, permutationes et translationes huiusmodi, si fiant, in evidentem utilitatem domorum cedant antedictorum, super quo vestras conscientias oneramus regi ac magistro et fratribus predictis faciendi permutationes et translationes easdem...licentiam elargiri ac nichilominus ipsas permutationes et translationes, si illas de huiusmodi licentia fieri contigerit, ut prefertur, ...approbare et confirmare curetis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber LIX., fol. 20^{v}-21. - PHOTOCOPIA: Col. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 309-310.; Mon. Vat. Hung. I/4. p. 66-67.; Zsigmondkori oklt. I. p. 580., nr. 5266.

254 Kraków, 1398. maj. 11.

(Sab. p. Stanislai mart.) Bernardus familiaris Marci de Norinberg recognovit publice coram nobis[1], quod Mikolaikoni familiari curie domini ducis Semoviti ad racionem sallarii eiusdem domini ducis, quod a rege Ungarie habere dinoscitur, non plus quam CCCCLXVI sexagenas G(rossorum)[2] ex parte prefati Marci de Norinberg expedivisset et efficaciter persolvisset...

ORIG.: Adnot. in Libro civitatis (nr. 167.?) fol. 109. - ED.: Mon. Pol. IV. p. 181. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 586. nr. 5316.[3]

[1] Scil. coram magistratu civitatis Cracoviensis.

[2] In REG. cit. a Lit. g. vocabulum schok legitur, quod in ED. non habetur.

[3] In dicta REG. tantum 460 grossi indicantur!

255 1398. jun. 15.

(In die Viti mart.) Magister Nicolaus unam sessionem in Tétény habitam Theoderico monetario Castri novi montis Pestiensis, civi Budensi coram capitulo eccl. Budensis pro uno fl. auri annuatim solvendo ad decem annos in feudum locat.

ORIG. et TRANSCR.: desideratur. - REG.: Fejérpataky: Századok 1881. VIII. füz. 77. l.; Zsigmondkori oklt. I. p. 592., nr. 5371.

(Wacie, VII. die II. diei festi ad vinc.Petri.) Nos Andreas custos canonicusque ecclesie Wachiensis, necnon vicarius...domini Petri...episcopi loci eiusdem in spiritualibus generalis m. comm., ...quod cum nobilis domina Elena...rel. Demetrii filii Cosme de Alag, nunc vero consors Iohannis filii Beke de Bud, iuxta seriem litterarum...domini Sigismundi...regis Hungarie...adiudicatoriarum a Thoma filio Pethw de eadem Alag ratione dotis et rerum parafernalium de possessionibus et possessionariis portionibus eiusdem Demetrii filii Cosme vigintiquinque marcas...obtinuisset et pro eisdem... annotatus Thomas predictas portiones possessionarias eiusdem Demetrii eidem domine impignorasset, tandem quia...Demetrius filius Cosme prius nobilem puellam Agnes vocatam, sororem scil. magistri Iacobi de Zakadati matrimonialiter copulaverat, ipsaque domina Agnes absque heredum solatio ab hac luce decessisset, pro eo...mag. Iacobus iuris ordine observato ab eodem Thoma filio Pethe, in quem predicte portiones possessionarie annotati Demetri iure hereditario devolute existunt, de eisdem portionibus possessionariis prefati Demetrii similiter ratione dotis et rerum parafernalium iuxta seriem aliarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum quinquaginta marcas coram nobis obtinuisset, sed quia...pars earundem possessionariarum portionum prelibati Demetri ad vigintiquatuor marcas cum media...estimata tunc apud manus Nicolai filii Emerici nobilis de eadem Alag habebatur, pro eo nos iudicantes commiseramus eo modo, ut...Nicolaus filius Emerici ipsas vigintiquatuor cum dimidia marcas, residuas vero, vidl. vigintiquinque marcas cum media... Thomas filius Petho tamquam verus heres...Demetrii, octavo die festi b. Galli conf.[1]... partim in estimatione, partim vero in prompta et numerata pecunia...domine Agneti et per consequens...magistro Iacobo persolvere tenerentur. In quo...termino...Nicolaus filius Emerici ab una, parte vero ex altera...mag. Iacobus coram nobis personaliter comparentes confessi sunt in hunc modum: Quod ipsi per compositionem proborum virorum causa in premissa ad talem pacis et concordie unionem...devenerunt nostri in presentia, quod idem Nicolaus pro ipsis vigintiquatuor cum media marcis...magistro Iacobo in festo b. Emerici ducis[2]...ducentos et decem fl. in parva et antiqua moneta coram nobis sub pena dupli persolvere teneretur, quia autem... Thomas filius Petho propter suam inopiam nec...portiones possessionarias...Demetrii pro...vigintiquinque marcis...domine relicte...Demetrii impignoratas redimere, nec etiam...ceteras vigintiquinque cum media marcas ratione... dotis et rerum parafernalium...domine Agneti et per consequens...magistro Iacobo persolvere valebat et...mag. Iacobus ad...petitionem...Thome easdem portiones possessionarias ...a...relicta Demetrii cum propriis suis vigintiquinque marcis coram nobis in persona eiusdem Thome redemit, pro eo...Thomas ipsas portiones possessionarias, prout easdem annotatus Demetrius possedisset ubilibet habitas et quovis nominis vocabulo vocitatas, signanter vero in possessionibus Alag et Chat vocatis cum...utilitatibus...earundem tam pro... vigintiquinque marcis, pro quibus easdem...a...domina rel. Demetri in persona sua redemisset,quametiam pro ceteris vigintiquinque cum media marcis, quibus pro...dote et rebus parafernalibus...domine Agneti et per consequens...magistro Iacobo teneretur, tamdiu possidendas, quousque ipsas pro...quinquaginta media marcis partim in prompta et numerata pecunia, partim vero in estimatione redimere valeret, coram nobis impignoravit et statuit. Et cum nos ob maioris rei cautelam ad statuendas easdem portiones possessionarias pro parte...magistri Iacobi dominum Georgium chori ecclesie Waciensis clericum ad...villam Alag, item ad possessionem Chat vocatam discretum...lominum...plebanum de Wach destinassemus, iidem exinde ad nos reversi...retulerunt, quod ipsi secundo die festi b. Petri ad vincula[3] ad...possessiones Alag et Chat... vicinis et commetaneis earundem inibi convocatis et presentibus accedendo, ibique...iuxta seriem nostre iudiciarie commissionis eosdem vicinos et commetaneos, utrum ipsi vel aliquis ipsorum ratione proximitatis aut vicinitatis easdem portiones possessionarias...Demetrii, ut prefertur..., magistro Iacobo impignoratas redimere intenderent, vel alter ipsorum redimeret requisitos habuissent, quia nullus ipsorum de eadem redemptione se intromittere spopondisset, pro eo ipsi...ipsas portiones possessionarias...tamdiu, donec ipsas idem Thomas vel sui heredes pro quinquaginta cum media marcis...redimerent, eidem magistro Iacobo statuissent nullo contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et incisuris pro filo sericeo sig. pend. iam deperditi. In dorso alia manu haec adnot. est scripta: Super impignoratione portionis possessionarie

Demetrii in possessione Alagh Iacobo de eadem facta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8341. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1514., nr. 2.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.598., nr. 5430.

[1] 1398. oct. 23.

[2] 1398. nov. 5.

[3] 1398. aug. 2.

257 Buda, 1398. aug. 17.

(Bude, sab. p. Assumpt.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie... marchioque Brandenburgen....Capitulo ecclesie Vacziensis... Dicitur nobis in persona... Ladislai abbatis monasterii b. Andreae apost. de iuxta Wyssegrad..., quod Johannes dictus Kwn de Erdeltheleke venator...Johannis archiepiscopi eccl. Strigoniensis...unacum .... familiaribus suis...in f. b. Clementis pape..., cuius (iam) adveniet revolutio annualis,[1] in libera via, ubi dictus...abbas quendam iobagionem suum de Maroth...captum...ad... claustrum suum ducere voluisset, ipsum potentialiter...invadentes, precaria et nova coclearia argentea simulcum predicto iobagione suo capto...abstulissent. Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Nicolaus filius Martini de Kiralzantho et Ladislaus de Kysszántó, aut Jacobus de Kalász, sive Egidius et Petrus de Kowáchy, sin Johannes et Nicolaus de Gyal, aliis absentibus homo noster...meram experiatur de premissis...veritatem...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Vaciensis 1398. aug. 27. > Conventus s. Benedicti de iuxta Gron 1730. jan. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8342. - REG.: Fejér: CD. X/2. p. 572.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 110., nr. 482.; Zsigmondkori oklt. I. p. 602., nr. 5439.

[1] 1397. nov. 23.

258 1398. sept. 13.

Magistratus civitatis Budensis Franciscum Bernhardi concivem quandam domum Budae habitam, sibi a magistro Nicolao filio Johannis de Kanizsa pridem tavarn. regal. magistro pro certo censu conditionaliter locatam - de qua monasterio b. Marie virg. ord. fr. eremitarum s. Pauli primi eremitae de Örményes prope Kedhida fundato ratione dicti census annui deputatam pecuniae summam dare tenebatur - eidem monasterio tradidisse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias Petri de Prohonicz cler. Prag. dioc., imp. auct. notarius publicus 1444. oct. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8636. - REG.: Zsigmondkori okt. I. p. 605., nr. 6589. - MENT.: Pataki, Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. 27.

Nos Marcus Stoyan iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod vir providus Franciscus Bernhardj concivis noster coram nobis personaliter constitutus proposuit et confessus extitit in hunc modum: Quod ipse quandam domum in castro predicto, in vicinitate domorum Iohannis Ömichein et sanctimonialium de insula habitam sibi et suis heredibus per magnificum virum dominum Nicolaum filium Iohannis de Kaniza pridem Thauernicorum regalium magistrum pro certo censu ac redditu annuo vulgariter purgrecht dicto mediantibus litteris nostris iure emphiteatico traditam, conditionaliter et locatam, de qua quidem domo singulis annis et perpetue circa certos suos terminos monasterio beate Marie virginis ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite de Vrmenisch prope Kedhyda et per consequens fratribus deo famulantibus in eodem ratione census annui supradicti deputatam pecunie summam dare et porrigere tenebantur simulcum censu aliisque utilitatibus et pertinentiis ad eandem undique spectantibus, nullo penitus contradicente tradidisset et assignasset monasterio beate Marie virginis ordinis supradicti de Vrminisch prope Kedhyda memoratam et per consequens fratribus annotatis, ymo tradidit et resignavit coram nobis, nil iuris, nil proprietatis aut dominii sibi in domo supradicta aut suis prescriptis heredibus reservando. In cuius rei memoriam perpetuamque

firmitatem presentes litteras nostras duximus concedendas sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta post festum nativitatis beate et gloriose virginis Marie, anno domini M°CCC° nonagesimo octavo.

259 Ujlak, 1398. sept. 29.

(In Wylak, in Mychaelis.) Nos Sigismundus... rex Hungarie... m. c. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod...nos...intuitis...sudorosis servitiis, que...Stephanus prep. Tytulensis, secretariusque cancellarius noster in officio dicte cancellarie nostre...tolleravit et sustinet de presenti, eidem...et Iohanni ac Ladizlao filiis Emerici filii Galli de Vpor carnalibus, necnon Nicolao et Petro filiis Michaelis predicti Galli de eadem Vpor patruelibus fratribus suis hanc gratiam de regie potestatis plenitudine et ex certa scientia duximus faciendam, ut ipsi unum castrum lapideum vel ligneum ubicunque et in qualicunque possessione seu loco intra metas possessionum ipsorum in quibuslibet comitatibus regni nostri existentium sito... voluerint, iuxta eorum placitum voluntatis...hedificare, perpetuoque illud...tam ipsi, quam eorum posteri...conservare...valeant atque possint vigore...presentium mediante, quas nostro secreto signeto iussimus ad maiorem cautelam consignari...

ORIG: Membr. cum fragmento sig. annularis impressi. In margine superiore et sub sigillo Relatio Iohannis plebani Budensis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8355. - REG. Zsigmondkori oklt. I. p. 607., nr. 5501.

260 Roma, 1398. oct. 7.[1]

(Bonifatius papa IX.) "Dorotheae Eberhardi viduae quondam Jacobi Toklin, Petro Jonae, rectori capellae s. Ladislai Castri novi montis Pestiensis, item Stephano Plumenower, oppidano Castri novi montis Pestiensis, laico, eiusque uxori Elisabeth, fidelibus Vesprimiensis dioc. indulget, ut per confessarium pro suo lubitu eligendum absolvi possint."

ORIG.: Desideratur. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 85.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 312.; Zsigmondkori oklt. I. p. 608., nr. 5515.

[1] In editionibus solum VII. Oct. habetur.

261 Roma, 1398. oct. 13.

(Rome, ap. s. Petrum, Id. Oct. a. IX.) Bonifatius (papa IX.) ...Johanni de Vsolz, rectori parochialis eccl. b. Marie virg. in Castro Novimontis Pestiensis, Vespr. dioc. ...Tibi indulgemus, ut...possis eligere confessarium, qui...tibi absolutionem impendat..., teque... hac vice...ab excommunicationis (et) suspensionis...sententiis...absolvat...et...super irregularitate...dispenset...et...habilitet ad...status ecclesiasticos et mundanos..., etiam si...dispensatio...fuerit apostolice sedi reservata...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. reg. Datariae seu Lateranensia, a. IX. Liber 1397. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 87.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 311-312.; Zsigmondkori oklt. I. p. 609. nr. 5528.

262 Roma, 1398. oct. 15.

(Rome, ap. S. Petrum, Id. Oct., a. IX. - "Bonifatius papa IX.) Johanni Usolz, rectori parochialis eccl. b. Marie virg., site in Castro novi montis Pestiensis Vespr. dioc....Tibi indulgemus, ut possis eligere confessorem, qui...confessionibus tuis... auditis...tibi absolutionem impendat et iniungat penitentiam..."

ORIG.: Desideratur. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 87-88.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 311.; Zsigmondkori oklt. I. p. 609., nr. 5527.

263 Ujlak, 1398. oct. 6.

(In Wylak, in Galli.) Sigismundus...rex Hungarie... m.c.,...quod nos...advertentes consideratione fidelitatis...merita domini Demetrii prepositi eccl. Collocensis, capellani nostri fidelis commensalis et dilecti..., quibus ipse culmini nostro...complacere studuit..., ut ipse...et consanguinei, proximi et amici ipsius in laudis signitam nominationem per proprii clipei seu scuti habitum promulgentur, unum clipeum flaveum seu lazuro colore depictum, in quo caput lupinum grisei coloris situatur, cum sagitta nigra, a parte ferri sanguine aspersa, que in ore eiusdem capitis infixa a parte posteriori ipsius capitis lupini penetrare videatur, necnon cum auribus nigris ad dispositionem oris seu nostri unius galli dispositis, inter quas una crux alba parva tanquam de ore gallino egrediatur; item cum signo rubeo in gutture ipsius capitis taliter figurato, sicuti fueret vertex seu corona unius galli, ita quod dicto capite ad latus posito per premissas aures et dictum signum rubeum apparentia, et dispositio fiat capitis gallini, et consimilis capitis signum super casside seu gallea collocatum, prelibato domino Demetrio preposito, filio videlicet Pauli de Chenteweulgh, necnon Nicolao uterino, Iohanni filio Michaelis de Zenthleurinch, Matheo filio Laurentii, Michaeli et Gregorio filiis Georgii, Michaeli litterato, patruelibus fratribus, Georgio et Andree de Dobri, proximis, item discreto viro Gregorio plebano de Pesth, similiter capellano nostro speciali, Thome et Andree, fratribus eiusdem de Baboucha, amicis prefati domini Demetrii prepositi, prelibatorumque laicorum heredibus...in clenodium et signum per ipsos ad instar ceterorum nobilium regni nostri Hungarie portandum et ducendum duximus conferendum...harum nostrarum testimonio litterarum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. In superiore margine et sub sigillo Propria commissio domini regis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 50.509. (Arch. Mus. Nat.) - FACS.: Fejérpataky: Turul XIX(1901) p. 103-104.; Id., Mon. Herald. I. p. 13. - ED.: Fejér: CD. X/8. p. 349-351.; Fejérpataky: Turul XIX(1901) p. 103-104.; Áldásy: Cimereslevelek p. 4. (partim). - REG.: Csergheö: Der Ung. Adel I. p. 109.; Zsigmondkori oklt. I. p. 609.,nr. 5530.; - COMMENT.: Csergheö: Der Ung. Adel I. p. 109.; Bárczay: A heraldika kézikönyve. Budapest, 1897. p. 40.; Csoma: Turul XVIII(1900) p. 4.; Fejérpataky: Turul XIX(1901) p.101-103.; Áldásy Antal: Cimertan. Budapest, 1923. p.43.

264 Bács, 1398. oct. 31.

(Bachie, in vig. O. Sanct.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie... ac marchio Brandenburgensis etc(etera) m. comm...., quod fidelis noster Petrus filius Johannis de Gaydusbogdam...exhibuit nobis quasdam litteras patentes...Lodouici regis Hungarie...patris et soceri nostri...maiori suo sigillo simplici autentico consignatas de et super exemptione a iudicio et iudicatu quorumlibet regni nostri iudicum et iustitiariorum et reservatione iudicio speciali magistri dapiferorum regalium per ipsum rite facta (Bude, f. IV. p.f.b. Marci ev. a.d. millesimo CCC^{mo}LXX^{mo} octavo[1]) confectas...supplicans nobis ..., ut easdem...ratas...habendo, nostrisque litteris patentibus...inseri faciendo pro ipso et suis heredibus...innovantes perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum...tenor ...est talis: Nos Lodouicus...rex Hungarie, Polonie, Dalmatie etc(etera) m.comm...., quod Johannes filius Laurentii, Petrus filius Johannis et alter Petrus filius Stephani tubicinarii nostri de Gaygosbogdan suorum et...consociorum ipsorum tubicinariorum de eadem Gaydosbogdan in Wesprimiensi et Hydegkut in Pilisiensi comitatibus...commorantes...nobis querulose detexerunt, ut ipsi et ad eos pertinentes per nonullos iustitiarios regni nostri propter sepissimas...citationes...agravarentur..., per que ipsi in maximam devenissent paupertatem..., supplicantes exinde..., ut eisdem de premissis dignaremur de remedio providere. Nos itaque...eisdem et ipsorum...posteritatibus... ac ad ipsos pertinentibus hanc...gratie prerogativam duximus impertiendam, ut nullos iudicum...regni nostri...amodo et deinceps in nullis causis...valeat iudicare vel ipsorum astare iudicio compellere presummat..., sed solummodo iudici et iudicatui magistri dapiferorum nostrorum debeant in ewm gratulari...Nos igitur...ipsius Petri supplicationibus nostre maiestati...oblatis...exauditis ..., presentes litteras... Lodouici regis...presentibus insertas quoad omnes eorum continentias...innovando perpetuo valituras confirmamus...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simpl. tergo appressi. In superiore marg. et sub sig. relatio magistri Johannis filii Ladislai filii condam comitis Stephani Bubek, magistri agazonum regalium not.canc.est scripta.Arch.Nat.Hung.Dl.69.285.(Sign.ant.: Arch. famil. Kubinyi de Kovár.) - REG.: Uj M. Muz. 1860. p. 184.; Bártfai Szabó: Pest m. p.110., nr. 483.; Zsigmondkori oklt. I. p. 611., nr. 5549.

[1] 1378. apr. 28.

265 1398. nov. 25.

Magistratus civitatis Budensis vigore quarundam litterarum statutoriarum, necnon duarum privilegialium, unius scilicet capituli Nitriensis super facto cuiusdam testamentarie legationis et alterius magistri Nicolai filii Nicolai Konth palatini super donatione duorum fundorum dictae testamentariae legationi concordantis et a Sigismundo rege a. 1387. confirmatarum per Johannem litteratum ac Grolonth, cives iuratos, Andream priorem et per consequens fratres ordinis s. Pauli primi eremitae de Csatka statui et introduci facit.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8373. (Sign. ant.: Actor. Prov. sub Monast. Chatka, Fasc. 3. No.3. et Monast. B.M.V. de Chatka. F. 5. No.7.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.616., nr.5596. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 288., not. 37.

Nos Hertlinus iudex, iurati et universi cives castri novi montis Pestiensis memorie commendamus tenore presentium significantes, quod vir religiosus frater Andreas prior de Chatka ordinis fratrum sancti Pauli primi heremite in nostram veniendo presentiam, vice et nominibus fratrum suorum conventualium exhibuit nobis quasdam litteras statutorias simul et introductorias, sigillo nobilis domine relicte magnifici viri domini Nicolai Konth condam palatini interclusas cum reliquis duabus litteris privilegialibus, capituli scilicet Nitriensis super facto testamentarie legationis et magistri Nicolai filii eiusdem domini Nicolai Konth palatini super facto donationis quorundam duorum fundorum dicte testamentarie legationi concordantis, in civitate Budensi, in contiguis vicinitatibus ecclesie utputa sancti Nicolai confessoris a plaga australi i[n] castro predicto et in suburbio dicte civitatis Budensis penes fundum curie sancti Pauli olim per condam dominum Lodouicum regem Hungarie felicis reminiscentie ad honorem et gloriam ipsius sancti Pauli donatum et collatum, a parte inferiori penes allodium Iacobi civis memorate civitatis Budensis extra murum sub eadem domo prefati sancti Pauli a parte Danoby situatorum, habitorum et existentium, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto claustro beate Marie virginis in pretaxata Chatka fundato atque constructo ac per consequens fratribus heremitis ordinis antelati in eo devote iugiter deo famulantibus presentibus pariter et futuris facte confectas, necnon et tertiam litteram serenissimi principis domini Sigismundi regis Hungarie premisse, Dalmacie, Croacie etc(etera) marchionisque Brandenburgensis etc(etera) patentem, sigillo eius minori ab intra in margine consignatam, dictis testamentarie legation[i] et donationi consentaneam et assensivam, anno eiusdem domini millesimo CCC^{mo}LXXXX^{mo} septimo emanatam, enixe postulans vice ac nominibus quibus supra iuxta vigorem litterarum pretactarum in dominium se introduci et proprietatem fundorum statui prefatorum. Nos itaque visis, perspectis ac consideratis ipsarum litterarum nobis, ut premittitur, per eundem Andream priorem de iam dicta Chatka presentatarum seu oblatarum continentiis et tenoribus, per Iohannem litteratum ac Grolonth, nostros cives iuratos, in pretitulatorum fundorum proprietatem et dominium atque utilitatum et pertinentiarum universarum eorundem ipsum Andream priorem, ymmo potius dictum claustrum beate Marie virginis et fratres heremitas eiusdem de prenotata Chatka statui et introduci fecimus secundum consuetudinem civitatis nostre prefate ab antiquo approbatam. Presentes autem, dum nobis reportate fuerint, in formam privilegii redigi faciemus. Datum in die festo beate Katherine virginis et mar[tiris], anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

266 1398. nov. 26.

Coram magistratu civitatis Budensis Nicolaus Filczhoffer aurifaber, civis Budensis, occasione sexaginta fl. auri, quos a quibusdam civibus Cibiniensibus percepisset, necnon praetextu quorundam laborum, expensarum et damnorum exinde factarum et exortorum Cristianum civem Cibiniensem, procuratorem universorum civium et incolarum eiusdem civitatis et consequenter praetactos cives et hospites Cibinienses commisit expeditos; e converso, modo simili, memoratus Cristianus, in persona suorum concivium, praedictum Nicolaum reddidit quietum et expeditum.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Civit. Cibiniensis (Sibiu) - Arch. Nat. civitatis de Cluj. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Z-W.: III. p. 227-228. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.616., nr. 5599.

Nos Marcus Stoyan iudex, iurati et universi cives castri Budensis significamus universis presentium per tenorem, quod providis viris Nicolao dicto Filczhoffer aurifabro concive nostro ab una et Cristanno habitatore Cibiniensis civitatis nomine procuratorio universorum civium et incolarum eiusdem civitatis Cibiniensis parte ab altera coram nobis personaliter comparentibus, per eosdem propositum extitit et relatum, quod ipse Nicolaus predictus occasione sexaginta florenorum auri, quos plene a quibusdam civibus Cibiniensibus ex certis causis rationabilibus percepisset ac etiam occasione laborum, expensarum et dampnorum exinde factarum et exortorum reddidisset et commisisset predictum Cristanum procuratorio nomine quo supra et consequenter pretactos cives et hospites Cybinienses in solidum quittos, liberos et expeditos. E converso memoratus Cristanus vice et in persona sepedictorum civium, de cuius procurationis auctoritate per Iohannem comitem eiusdem civitatis Cibiniensis fuimus certificati, reddidit et commisit predictum Nicolaum Filczhofer quittum et modo simili expeditum, ymmo reddiderunt et commiserunt se partes prescripte expeditos nostri in presentia, promittentes nec sese mutuo, nec per alios quoscumque ratione previa vel etiam si que dampna vel expense hincinde fuissent facte quomodolibet aut emersa, ullo umquam tempore impetere aut infestare sub harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appressum, testimonio litterarum. Datum in crastino festi beate Katherine virginis et martiris, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

267 1398. nov. 29.

Magistratus civitatis Budensis - ad relationem Johannis Gleczel iurati civis et Petri rectoris capellae s. Ladislai regis in cimeterio parochialis eccl. b. Marie virg. constructae - Petrum Wulfingum de villa Canis concivem domum suam Budae habitam consorti suae Kunigundae donasse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 60.482. (Sign. ant.: Arch. Nat. Hung., Arch. famil. Máriássy 343.) - ED.: Békefi: Kápt. isk. 484-485. - REG.: Iványi: Máriássy-cs. lt. nr. 343.; Zsigmondkori oklt. I. p.616., nr. 5601. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., not. 27.

Nos Marcus Stoyan iudex castri novi montis Pesthiensis, iurati et universi cives de eodem damus pro memoria: Quod cum nos ad instantiam ac petitionem honeste matrone domine Kunigundis relicte quondam Petri Wulfingi concivis nostri providum virum Iohannem Gleczel iuratum concivem nostrum, necnon virum honorabilem dominum Petrum rectorem capelle sancti Ladislai regis in cimiterio ecclesie beate Marie virginis nostre parrochialis constructe de infrascriptis habuissemus requisitos, iidem Iohannes et Petrus nobis dictis consonis sub conscientie ac fidei ipsorum puritate deo debitis retulerunt, qualiter predictus Petrus Wulfingus de villa canis quandam domum suam acialem in predicto castro, in vicinitate domus quondam Petri Rokensprot et in contiguitate scole ecclesie beate virginis supradicte habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis domum spectantibus ad eandem de consensu omnium proximorum suorum supradicte Kunigunde consorti sue ... contulisset, dedisset ac donasset in filios filiorum ac heredum per heredes perpetuo iure possidendam, tenendam et habendam in ususque suos placidos pro sue voluntatis libitu convertendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras

sigilli nostri munimine roboratas memorate domine Kunigunde duximus concedendas, promittentes easdem nostris privilegialibus litteris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in vigilia beati Andree apostoli, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

268 Buda, 1398. dec. 3.

(Bude, f. III. p. Andree.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus seu villicis et generaliter cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis...Ex querimoniali relatione fidelium civium et hospitum nostrorum civitatis nostre Budensis nostre datur intelligi maiestati, quod universi mercatores et alii quilibet homines cum eorum rebus mercimonialibus de regnis extraneis et specialiter de partibus regni nostri per ipsam civitatem nostram Budensem transeuntes per alias vias se transferrent contra eorum privilegiatam libertatem in ipsam civitatem...venire non curantes, nec eorum venditiones et emptiones ac commutationes, prout deberent et ab antiquo fuissent consueti, facerent et exercerent in eadem...Verum cum ipsa civitas... Budensis vigore aliarum litterarum nostrarum privilegialium per nos eidem gratiose concessarum hac libertatis prerogativa potiatur, ut nullus mercator et alii quilibet homines cum eorum rebus mercimonialibus, cuiuscunque generis vel speciei existant, causa venditionis vel commutationis de regnis extraneis et specialiter de partibus regni nostri per ipsam... deportandis ultra eandem...deportare et deducere vel venditioni et emptioni aut commutationi exponere non valeant, neque possint, nisi civitate nostra in eadem, ideo volumus et fidelitati universitatis vestre...regio sub edicto...mandamus, quatenus universos et quoslibet mercatores ac alios homines, qui cum eorum rebus mercimonialibus per regnum nostrum Hungarie procederent et in...civitatem nostram Budensem venditionis, emptionis et commutationis causa libertate eorum requirente venire non curarent et per alias vias seu stratas procedentes reperti fuerint per vos vel aliquem ex vobis, eosdem ablationibus...omnium bonorum suorum et rerum mercimonialium commisimus et presentium serie committimus incompassibiliter puniendos; quarum quidem rerum mercimonialium...ablatarum unam partem fisco nostro regali, aliam vero ad manus illius vel illorum, qui...ipsas res ex vobis in suis honoribus, possessionibus et tenutis...nostra auctoritate abstulerint..., tertiam vero partem rerum earundem dictis fidelibus civibus nostris Budensibus, quorum libertates privilegiatas infringere molliuntur, volumus devenire, aliud...facere non ausuri in premissis, alioquin scientes, quod quicunque ex vobis huiusmodi nostris statutis et mandatis contravenire... presumpserint, dictasque res mercimoniales quorumcunque favore vel pacto interveniente palam et occulte aufferre dissimulantes abire permiserint, aut...res sic ablatas fisco nostro regio vel aliis predictis tripharie et plenarie amministrare non curaverint, extunc huiusmodi res mercimoniales per ipsos temerarie abire permissas, ac dicto fisco nostro regio et aliis amministrare non curatas super eorum possessionibus et bonis...extorqueri faciemus non absque eorum...dampnis...

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XV-XVI. Super repositione mercimoniorum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 92.087. (Arch. famil. Eszterházy de Keszthely, Pest 2.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 617., nr. 5604.

269 Roma, 1398. dec. 31.

(Rome, ap. s. Petrum, II. Kal. Jan., a. X.) Bonifatius (papa IX.)...preposito eccl. Zagrabiensis...Exhibita...nobis pro parte...Andree (filii) Andree canonici eccl. Quinqueeccl. petitio continebat, quod...prepositura eccl. s. Spiritus Chasmensis Zagrab. dioc. ex eo, quod Mathias Martini magister domus hospitalis s. Trinitatis de Calidis aquis superioribus suburbii Budensis, ord. s. Augustini Vespr. dioc. tunc clericus secularis existens et dictam prepositurum obtinens domum prefatam ingressus in ea...professionem emiserat regularem, - vacante...Eberhardus elect. Zagrabien. eandem...prefato Andree...contulit....Cum autem ...prefatus Andreas dubitet collationem...iuribus non subsistere..., nos volentes eundem ...favore prosequi gratioso discretioni tue...mandamus, quatenus, si dicta prepositura sit

dignitas curata, et...prefatum Andream bene legere, bene construere et bene cantare repereris..., preposituram prefatam, cuius...proventus centum marcharum argenti... valorem annuum...non excedunt..., eidem Andree...conferas et assignes...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber LXV., fol. 114-115. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 96.; Zsigmondkori oklt. I. p. 622., nr. 5632.

270 Visegrád, 1399. jan. 2.

(In Wissegrad, in crastino Circumcis.) Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod nos inter sedulas curas, quibus circa salutem...subditorum nostrorum...speciali humanitate promovemur, quomodo civitatem nostram Cassoviensem per ignis voraginem aliisque diversis...calamitatibus flagellatam...reformemus..., et ideo...supplicationes ...nostre celsitudini per...Jacobum de Kylian et Johannem Talenti cives civitatis Cassoviensis pro parte totius universitatis eiusdem...civitatis...oblatas...gratiosius admittentes subsequens nostrum decretum et...indultum per universos et singulos cunctis secuturis temporibus...observandum statuimus..., ut ipsi cives et incole prefate nostre civitatis Cassoviensis omnibus et singulis libertatibus, consuetudinibus, gratiis, iuribus et indultis circa mercantias et universas res mercimoniales cuiuscunque maneriei existant, universorum et singulorum mercatorum, tam regnicolarum regnorum nostrorum, quam forensium seu advenarum in prenominatam nostram civitatem Cassoviensem cum quibuslibet suis mercantiis venientium, quam etiam incolarum ipsius civitatis plene fruantur et gaudeant, quibus...nostri cives et incole nostre civitatis Budensis ex nostra speciali gratia et indulto potiuntur quomodolibet et fruuntur; quodque contra facientes et renitentes eisdem penis et mulctis compellant et coerceant, quemadmodum nostra privilegia ipsi civitati Budensi per nostram clementiam gratiose concessa limpide attestantur, non obstantibus quibuscunque aliis nostris litteris datis vel dandis, que presentibus derogare viderentur...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. appresso. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc. est scripta. Arch. civit. Cassoviensis (Kosice.) Secr. Deposit nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Hajnik: Századok 2(1868), p. 153.; Zsigmondkori oklt. I. p. 622., nr. 5645.

271 Buda, 1399. jan. 22.

(Bude, in Vincentii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. m. comm...., quod nos...iudicia et birsagia...in quibus Paulus dictus Junkher de Kendertho et Chaak filius eiusdem...et Johannes filius Dominici de eadem Kendertho contra Blasium et Johannem filios Chaak et alterum Blasium de Neyek...in quibuscunque octavis et quindenis extitissent aggravati, duximus relaxanda...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr. sub textu appressi. In superiore margine et sub sig. relatio magistri Petri de Vereb comitis salium not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 68.310. (Arch. famil. Kisfaludy sen.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 626-627., nr. 5678.

272 Visegrád, 1399. febr. 23.

(In Wyssegrad, in dom. Reminisc.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod Iohannes sacerdos pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. virginis de Veteribuda...nobis significare curavit, quod...Michael custos et ceteri canonici de capitulo ecclesie Budensis tributum pisscium earum a piscatoribus in Danubio transeuntibus ad tributum earundem...in...Veteribuda...exigi consuetum spectans...potentialiter...pro se exigi et recipi facerent...Unde...prefatos...custodem et ceteros dominos de capitulo... predicto et quoslibet alios a receptione, occupatione et detentione eiusdem tributi pisscium ipsarum dominarum...prohibuit contradicendo...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. mediocri tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. scripta Inhibitio super detentione piscium tributi adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8521. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 65.. No. 4.)

273 Visegrád, 1399. mart. 9.

(In Vissegrad, II. die sabati a. Letare.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm..., quod cum nos ad...petitionem Bekch et Thome filiorum Bekch de [Macha] Thomam litteratum hominem nostrum unacum Ladislao de Alba palatinali et Georgio de Zdench iudicis curie nostre...hominibus...ad infrascriptam inquisitionem et evocationem faciendam de curia nostra destinassemus, iidem...nobis retulerunt, quod ipsi sabbato...ante dom. Letare...in comitatu Pesthiensi simul procedendo...diligenti inquisitione...talem... scivissent veritatem: Quod...Ladislaus archidiac. filius magnifici...comitis Iohannis de Paztuh, pridem iudicis curie nostre...circa dominicam Oculi[2]...ex inductione...patris sui ac Laurentii filii Emerici de Taar...quosdam tres iobagiones eorundem Bekch et Thome in ipsorum possessionibus Macha predicta et Sydo...commorantes, qui de civitate nostra Budensi, peractis negotiis, cum duobus curribus et octo bobus in libera via versus domos ipsorum in prescriptis possessionibus habitas processissent, ...dictis curribus et o[cto bobus eosdem] currus trahentibus spoliassent..., qui quidem currus et boves presentibus dictis nostro, palatinali et iudicis curie nostre hominibus memoratis Bekch et Thome... indempniter...reddere...assumpsissent; factaque huiusmodi inquisitione...prefatos... Ladislaum archidiaconum ac Iohannem...patrem eiusdem, necnon Laurentium filium Emerici de Taar...in possessione ipsorum Wereseghaz vocata contra memoratos Bekch et Thomam ad octavas...pasche[3]...nostram evocassent in presentiam rationem de premissis reddituros...

ORIG.: Chart. pap. lacera cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.979. (Arch. Mus. Nat. famil. Becsky.)

[1] 1399. mart. 8.

[2] 1399. mart. 2.

[3] 1399. apr. 6.

274 Visegrad, 1399. mart. 9.

(In Vissegrad, II. die sabbati a. Letare.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. m. comm., quod cum nos ad petitionem Bekch et Thome filiorum Bekch de Macha unacum Thoma litterato regio, ac Georgio de Zdench iudicis curie regie hominibus nostrum hominem: Ladislaum de Alba...de curia regia destinassemus, iidem...nobis... retulerunt, quod ipsi sabbatho...ante dominicam Letare[1]...in comitatu Pestiensi simul procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et conditionis hominibus...talem scivissent veritatem: Quod...Ladislaus archidiac. filius magnifici viri comitis Iohannis de Paztoh pridem iudicis curie circa dominicam Oculi[2]...ex inductione... patris sui ac Laurentii filii Ladislai filii Stephani de Taar, fratris sui condivisionalis... quosdam tres iobagiones...Bekch et Thome in ipsorum possessionibus Macha...et Sydo... commorantes de civitate Budensi, peractis negotiis ipsorum, versus domos ipsorum in libera via pergentes reperiendo eosdem duobus curribus [cum octo[3] bobus] eosdem currus trahentibus spoliasset...Tandem [ad dic]tum...Ladislaum archidiaconum in villam eiusdem Weruseghaz vocatam accessissent...et dictos currus ac boves ab eodem reddi...petivissent, qui [respondisset, quod dictos cur]rus et boves non ex scitu suo et dictorum Iohannis et Ladislai, sed per quosdam officiales suos in...villa Wereseghaz [commorantes ablatos esse], quos quidem currus et boves presentibus ipsis regio, iudicis curie regie ac nostro hominibus [predicto Bekch] et Thome fratri suo...in specie reddere...assumpsisset...

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.978. (Arch. Mus. Nat. famil. Becsky.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 635., nr. 5751.

[1] 1399. mart. 8.

[2] 1399. mart. 2.

[3] Vide nr. 273. Litterae Sigismundi regis Hungariae eodem die emanatae.

275 Roma, 1399. mart. 25.

(Rome ap. s. Petrum, VIII. Kal. Apr., a. X.) Bonifatius (papa IX.)...Custodi eccl. Agriensis...Exhibita...nobis...pro parte...Johannis quondam Vlrici de Metelk cler. Pragensis dioc. petitio continebat, quod...archidiaconatu Budensi in eccl. Vespr. per... Demetrii obitum...vacante..., Michael ep. Vespr. archidiaconatum predictum...eidem Johanni...contulit...Cum autem...prefatus Johannes dubitat collationem...viribus non subsistere...; nos volentes eundem Johannem...favore prosequi gratioso, necnon contemplatione...Sigismundi regis Vngarie...pro ipso Johanne... nobis...super hoc... supplicantis favore prosequi gratioso, - discretioni tue mandamus, quatenus per diligentem examinationem dictum Johannem bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias idoneum ad dictum archidiaconatum obtinendum idoneum esse reppereris..., archidiaconatum predictum, qui curatus est et cuius...proventus... quinquaginta marcharum argenti puri...valorem annuum...non excedunt..., prefato Johanni...conferas...inducens eundem...in corporalem possessionem archidiaconatus iuriumque et pertinentiarum predictorum...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber LXVIII., fol. 254-255. - PHOTOCOPIA: Coll.Mus. Hist. civitatis Budapestinensis.

276 Vác, 1399. mart. 31.

(Vachie, II. die passche.) Andreas custus (!) canonicusque ecclesie Vachiensis, necnon vicarius...domini Petri...episcopi loci eiusdem in spiritualibus generalis m.c., ...quod licet mag. Iacobus filius Georgii de Zagadati in sua, necnon religiose domine Agnes...relicte Ladislai, sanctimonialis claustri de Veteribuda, nobilem dominam Neste..., relictam...magistri Iacobi filii Kolos de Koloshaza, Ambrosium et Ieronimum filios eiusdem Iacobi...ratione dotis et rerum paraphernalium de possessionibus eiusdem Ladislai et possessionariis portionibus ubilibet habitis...eidem domine Agneti de regni consuetudine provenire debentibus, item octo vaccarum, quinquaginta equorum equatialium, viginti bouum, triginta pecorum, centum ovium, quinquaginta porcorum per eundem Ladislaum, ut dicebatur..., domine Agneti legatorum, unius lorice vigintiquinque fl. auri valentis, necnon unius ciphi argentei de tribus marcis parati per condam Cosmam de Alag eidem domine testamentaliter legati...(in) nostram presentiam in causam atraxerit, ipsaque causa...usque ad finalem decisionem coram nobis protracta...ad octavum diem festi nativitatis beate Marie virginis[1] tunc...affuturum...prorogata extiterit, tamen ipso termino adveniente...mag. Iacobus pro se...et pro...domina Agnete sorore sua...ab una, parte vero ab altera...domina Neste...pro se...(ac) pro...Ambrosio et Ieronimo filiis suis... tamquam tutrix et gubernatrix ipsorum...coram nobis comparentes confessi sunt: Quod ipsi per compositionem proborum virorum...ad talem pacis...devenissent unionem... nostri in presentia, quod...domina Neste (ac) Ambrosius et Ieronimus filii eiusdem pro totali satisfactione... dotis et rerum paraphernalium, necnon aliorum...bonorum... domine Agneti relicta...Ladislai et...magistro Iacobo filio Georgii vigintiquinque marcas in duobus terminis: medietatem...ipsarum octavo die festi beati Martini confessoris[2], aliam...medietatem octavo die festi passce[3] domini tunc...affuturis...sub pena quinquaginta marcarum coram nobis persolvere tenerentur. Et quia prefata domina ipsas vigintiquinque marcas...in prefixis terminis, puta primam solutionem...magistro Iacobo filio Georgii, secundam vero Marco de Bikad...pro...domina Agnete coram nobis astantibus cum prompta numerata pecunia persolvit..., pro eo...mag. Iacobus et Marcus...dominam relictam magistri Iacobi, necnon Ambrosium et Ieronimum filios eiusdem...super...dote et rebus paraphernalibus, necnon ceteris...rebus reddiderunt...expeditos...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo canapis coelestini coloris pendente. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.706. (Arch. Mus. Nat.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.640., nr. 5785.

[1] 1397. sept. 15.

[2] 1397. nov. 18.

[3] 1398. apr. 14. - Haec data sequuntur ex contextu diplomatis.

277 Roma, 1399.apr.28.

(Rome, ap. s. Petrum, IV. Kal. Mai, a. X.) Bonifatius (papa IX.) "Mathiae, magistro Cruciferorum domus s. Trinitatis de Calidis aquis, Vespr. dioc., concedit, ut per confessarium pro suo lubitu eligendum absolvi possit."

ORIG.: Arch. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensis, a. X. Liber XC. f. -. -REG.: Mon.Rom.Vespr. II.p.314.; Mon.Vat.Hung.I/4,p.118.; Zsigmondkori oklt. I. p.644., nr. 5822.

278 Buda, 1399. maj. 7.

(Bude, vig. Ascens.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie ac marchio Brandenburgen. etc(etera)...magistro Symoni de Rozgon, comiti...de Sarus... Datur intelligi nostre Claritati, quod nonulli forent homines in civitate nostra Cassensi...et alias in illis partibus nostris superioribus, qui equos de nostro regno..., alias per nostram maiestatem prohibitos exducere in alia regna, seu in alias partes niterentur; mandamus igitur vestre fidelitati, quatenus mox habita presentium notitia, rebusque sic se habentibus, predictos equos a conductoribus eorundem pro nostra maiestate auferatis auctoritate nostra mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. secr. sub textu appressi. In dextera parte superioris marginis r(elati)o domini Johannis plebani Budensis not. canc. legitur. Arch.Nat. Hung. Dl. 8438. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.617., nr. 5854.

279 Eger, 1399. maj. 9.

(Agrie, IV. die a. Joh. a. Port. Lat.) In litteris Johannis archidiaconi Zemplinien-sis, canonici et in spiritualibus vicarii Stephani episcopi Agriensis de synodo in f. b. Johannis a. Portam Latinam celebrata agitur[1], in qua inter alios Johannes de Buda, Barsien-sis (in eccl. Strigoniensi) archidiaconus, officio iudicis a dicto episcopo delegati fungebatur...

ORIG.: Membr. cum subscriptione et signo not. publ. Arch. publ. Conventus Lelesiensis, Act. a. 1399.nr. 20. - PHOTOCOPIA: Arch.Nat. Hung. Phototheca. - ED.: Batthyany: III. p.334-sq.; Fejér: CD X/2. p. 698-701. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p.648., nr. 5858.

[1] Maj. 6.

280 Roma, 1399. jun. 3.

(Rome, ap. s. Petrum III. Non. Jun., a. X.) "Bonifatius papa IX...Andreae... preposito Jauriensi contra bonorum suorum invasores episcopum Vesprimiensem et... abbatem monasterii...de Monte Pannonie ac prepositum eccl. Budensis defensores constituit".

ORIG.: Arch. Vatican Reg. Datariae seu Lateranensia anni X. Liber XC. - REG.: Mon. Vat.Hung.I/4.p.133.; Zsigmondkori oklt.I.p.652., nr.5896.

(In Wyssegrad, XL. die oct. Georgii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...damus pro memoria, quod...Michael custos pro...capitulo ecclesie Budensis...iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi b. Georgii martiris[1] in figura nostri iudicii comparendo contra religiosas dominas sanctimoniales de veteri Buda, item Gywrugh officialem, Nicolaum Sclaum, Emericum Tymar, Blasium et Nicolaum Was dictos et Iohannem filium Georgii iobagiones ipsarum dominarum eisdem statuere commissos, quasdam duas litteras inquisitorias, unam capituli ecclesie Wachyensis et aliam vicecomitis et iudicum nobilium comitatis Pilisiensis sub uno sensu et forma verborum in anno proxime transacto in diversis terminis emanatas[2] ad nostraque litteratoria mandata nobis rescriptas, tenores etiam litterarum nostrarum dictis capitulo, necnon vicecomiti et iudicibus nobilium directarum verbaliter in se habentes, asserens actionem...ipsius capituli litteris contineri in eisdem nobis presentavit declarantes, quod nostri ac dicti capituli homines, necnon unus ex dictis iudicibus nobilium homines...in ...comitatu Pilisiensi simul procedendo ab omnibus, quibus incumbit et inquirendo talem scivissent veritatem: Quod cum Petrus Cheche dictus iobagio ipsiusque capituli in portione eorum possessionaria in possessione Bekasmegyer... habita commorans feria quarta...ante festum conversionis b. Pauli apostoli in ...anno preterito[3] Nicolaum Nigrum filium Iohannis, iobagionem religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteri Buda super quodam facto in presentiam villici et iuratorum dictarum dominarum in causam attraxisset et tandem dum ipse Petrus habito iudicio domum redire voluisset, tunc prefatus Nicolaus...ex mandato...prefatarum ...dominarum, necnon ex consilio et inductione Brictii fratris in castro Budensi commorantis et domine matris suorum ac...Gywrugh officialis ac dictorum iobagionum prefatarum dominarum innocentem...nece miserabili interemissent, prefati autem Nicolaus et Brictius honeste domine relicte dicti Petri minas mortis imposuissent, per factum ipsa domina in domo sua residentiam facere non auderet propria ipsorum cum potentia in preiudicium et desolationem dicte portionis eorum possessionarie...Quibus...litteris presentatis...Michael custos procurator...capituli eidem ex parte...religiosarum dominarum sanctimonialium per nos in premissis iudicium et iustitiam postulavit impertiri. Quo percepto Iohannes presbiter pro...dominabus sanctimonialibus...respondit ex adverso, quod ipse domine in...premissa actione et aquisitione annotati capituli innocentes essent, ex parteque dictorum Nicolai Nigri, Nicolai Sclaui, Emerici Tymar, Blasii et Nicolai Was dictorum et Iohannis filii Georgii iobagionum ipsarum eedem domine in termino ulteriori... iudicium et iustitiam impendere presto essent et parate, ex parte vero memorati Gyewrugh ex eo, quia ipse civis civitatis Veterisbudensis existeret, eedem ipsi capitulo iudicium et iustitiam facere non valerent. Quibus sic perceptis, quia ...procurator...capituli...in premissis ad veridicam attestationem vicinorum et commetaneorum nobiliumque suorum conprovincialium per viam communis inquisitionis fiendam, prefatus procurator ipsarum dominarum easdem in premissis non ad...communem inquisitionem, sed iuramento... capituli, vidl. lectoris vel custodis aut cantoris iuxta regni nostri consuetudinem fiendo in earum inculpabilitatis iudicium comittere, antefato procuratore...capituli ipsum iuramentum benigne acceptante submittebat; pro eo nos unacum regni nostri nobilibus nobiscum in iudicio existentibus...procuratoribus... partium...acceptantibus iudicantes commisimus. ..., ut...capit. ecclesie Budensis, lector vidl. vel custos aut cantor quinquagesimo se nobilibus in octavis festi b. Michaelis archangeli[4]...coram...capitulo ecclesie Wacyensis super eo, quod...Nicolaus Niger iobagio...religiosarum dominarum sanctimonialium ex mandato et voluntate earundem inductioneque...iobagionum ipsarum prescriptorum memoratum Petrum iobagionem dicti capituli, cum vidl. ipse feria quarta...ante...festum conversionis b. Pauli apostoli[5] antedictum Nicolaum Nigrum iobagionem ipsarum dominarum in presentiam villici et iuratorum earundem in causam attraxisset et habito iudicio domum redire voluisset, innocentem et innoxium interimerit sacramentum prestare et tandem octavo die dictarum octavarum[6] prefate domine aut officialis earundem ex parte...iobagionum ipsarum, presente testimonio...capituli Wacyensis in...villa Bekasmegyer memorato capitulo iuxta regni nostri consuetudinem iudicium et iustitiam impendere, et post hec ipsarum iuramentalis depositionis ac iudicii et iustitie impensionis seriem partes in litteris memorati capituli ad octavum diem dicti octavi diei prefatarum octavarum[7] nostre speciali reportare teneantur maiestati...

In dorso: Super iuramento pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri ecclesie beate virginis de Veteribuda contra honorabile capitulum ecclesie Budensis per idem capitulum, lectorem vidl. vel custodem, aut cantorem quinquagesimo se nobilibus in octavis festi beati Michaelis archangeli[4] coram capitulo ecclesie Wacyensis, item super quadam iudicii et iustitie impensione per prescriptas dominas aut officialem ipsarum ex parte quorundam iobagionum ipsarum intranominatorum octavo die dictarum octavarum[6] in villa Bekasmegyer coram testimonio dicti capituli modo intrascripto deponenda fiendas, quarum series ad octavum diem dicti octavi diei prefatarum octavarum[7] in litteris prefati capituli per partes nobis sunt reportande.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. minore Iohannis archiepiscopi Strigoniensis, aulae regiae cancellarii, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8455. (Sign. ant.: V.Buden. Monial. Fasc. 14. No.19.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 653., nr. 5910.

[1] 1399. maj. 1.

[2] 1398.

[3] 1398. jan. 23.

[4] 1399. oct. 6.

[5] 1398. jan. 23.

[6] 1399. oct. 13.

[7] 1399. oct. 20.

282 Ujvár, 1399. jun. 27.

(In Wyvar, in Ladislai regis.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm.... signific. quibus expedit universis, quod...accedentibus ad nostri presentiam...providis viris Nicolao magistro civium, Martino Agendorfer iudice, Nicolao Gaissel et Thoma Thurenhofer iuratis civibus de...Sopronio, ex quorum propositione...celsitudini nostre allata ipsos iuxta...libertates eis per condam dominum Lodovicum regem...concessas de vinis et frugibus in territorio eiusdem civitatis procreatis...nullam tricesimam solvere teneri revidimus...Nos...ipsos et eorum successores in eisdem, prout hactenus et ab antiquo, signanter temporibus, quibus magister Franciscus Bernaldi et alii comites tricesimarum regalium eundem comitatum tenuerunt, conservati sunt, tenendos decrevimus...; quocirca vobis...Marco de Nuremberga comiti tricesimarum...suisque vicecomitibus aut officialibus, necnon futuris comitibus, vicecomitibus ac officialibus earundem tricesimarum ...mandamus, quatenus prefatos cives, mercatores et populos de Sopronio (in) antiquis eorum libertatibus et consuetudinibus...de vinis et frugibus in territorio dicte civitatis... procreatis aut provenientibus et abinde per quoscunque deferendis nullam tricesimam... petere et exigere debeatis...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. subimpresso. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur. In dorso sequentes adnot. manu saec. XV. medii scriptae reperiuntur: a) Littere continentur, quod cives et incolas[a] de Suprunio astant liberi a tricesima ex parte vini et frugum. b) Vini et frugum. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 311. (Sign. ant.: Lad. L., Fasc. 4., No. 95.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi, Sopron I/1. p. 261-263. - REG.: Házi, Sopron I/1. p. XXXVII. et 261.; Zsigmondkori oklt. I. p. 657., nr. 5945.

[a] recte: incolae

283 Verpelét, 1399. jul. 1.

(Prope villam Velpreth, XVI. die ferie II. p. Barnabe.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. m. comm., quod in congregatione nostra generali universitati

nobilium comitatus Heuesuyuarensis feria secunda...post festum b. Barnabe apostoli[1] prope villam Velprecht celebrata...Martinus abbas ecclesie b. virginis de Kompolth... proposuit..., quomodo ipse in...possessione Kompolth tributum haberet..., mercatores autem et alii viatores per locum...sui tributi huc et hac euntes et redeuntes sibi multa devia queritarent, unde...a vicecomite, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus... nostre congregationis...edoceri vellet, que et quales vie prescripti sui tributi false et iuste vie essent..., ut per hoc ipse in exactione ipsius tributi innocens reddi posset et valeret ...Cumque nos eosdem vicecomitem, iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus,...unanimi...testificatione taliter affirmarunt: quod homines forenses seu mercatores, qui de civitate Agriensi cum eorum rebus mercimonialibus versus Budam transire vellent, primo ad tributum in villa Muklar et deinde ad...villam Kompolth et tributum in eadem exigi consuetum ire tenerentur; tales vero mercatores, qui de partibus Budensibus causa fori in Gyungyus vel in Paztuh venirent et ibidem forum facerent et exinde versus Agriam transire vellent, ad...tributum in...Kompolth exigi consuetum ire non tenerentur; tales vero, qui de partibus Budensibus versus partes Agrie venire vellent, similiter ad...tributum in...Kompolth exigi consuetum ire tenerentur; falsa autem via...tributi de... Kompolth habiti inter possessionem (Paztoh)...et Kompolth...haberetur, (et) hoc mercatores et alii homines in eadem via procedentes, si dampnificarentur, modo debito et licite impediri possent et valerent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8460. (Sign. ant.: Abbatiae de Kompolt Fasc. 31.No.6. - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 716-718. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 659., nr. 5956.

[1] 1399. jun. 16.

284 Pesterzsébet, 1399. aug. 12.

(Prope villam Zenthelsebeth, XIV. congr. /f. II. p. ad vincula). Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hung. palatinus d. pro mem., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestyensis et Pilisiensis comitatuum...prope villam Zenthelsebeth celebrata Georgius filius Nicolai de Kyrth... proposuit, quod possessio Zahrus in...comit. Pestien. existens...sua fuisset et esset hereditaria, quam primitus magister Cyko et Franciscus filius eiusdem et decessis ipsis sui successores, vidl....Stephanus episcopus eccl. (Agriensis) ac magister Franciscus filius dicti Cyko, necnon Johannes filius Ladislai (de Pomaz) et Ladislaus filii condam dicti Francisci filii prescripti Chyko de Pomaz tamquam suum ius hereditarium...indebite conservassent et conservarent de presenti. Quo audito Johannes filius Bartholomei pro...Stephano episcopo...ac Joanne filio Ladislai et Nicolao filio dicti Francisci...ipsos Ladislaum et Emericum pueros fore asserendo...respondit..., quod...dominus ep. ac Johannes, necnon Nicolaus, Emericus et Ladislaus dictam possessionem Zahrus...indebite non conservassent..., sed eadem...eisdem vigore...instrumentorum pertineret....Unde nos...iudicantescommisimus..., ut...dominus ep. ac Johannes, necnon Nicolaus, Emericus et Ladislaus prescripta eorum litteralis instrumenta...in oct. f. Michaelis archang.[1]...in curia regia, nostri in presentia...exhibere teneantur coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestig.sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8469. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 980.No.7.)

[1] Oct. 6.

285 Pesterzsébet, 1399. aug.15.

(Prope villam Zenthelsebeth, XII. die ferie II. p. ad. vinc. Petri.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. m. c., ...quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum feria secunda...post festum ad vincula b. Petri apostoli[1] prope villam Zenthelsebeth celebrata nob.domina Margaretha

...filia nobilis domine Elene filie Luce filii Lucasii de Kaloz, consors...Pauli armiparis... tertiam partem quarundam duarum sessionum in possessione Bekasmeger vocata populosarum cum...suis utilitatibus et pertinentiis... per palatinalem et capituli ecclesie Budensis homines...matri sue pro suo iure quartali eidem de iuribus possessionariis paternis provenire debenti - exhibitione quarundam duarum litterarum, unius...Leustachii pridem similiter palatini...adiudicatoriarum tredecimo die congregationis sue generalis universitati nobilium ...amborum comitatuum Pestiensis et Pilisiensis feria secunda post...nat. Iohannis bapt. in anno...M^{mo}CCC^{mo} nonagesimo quarto...prope villam Zentelsebeth...celebrate[2] confecte[3] et alterius capituli...Budensis super...adiudicatione...domini Leustachii palatini in dicto anno privilegialiter edite[4]...legitime statutam extitisse declarando - proposuit..., quod dictam tertiam partem dictarum duarum sessionum...cum...suis utilitatibus et pertinentiis Georgius et Iacobus de Kaloz pro seipsis occupassent et occupatis uterentur..., cuius occupationis rationem scire vellet ab eisdem...Quo audito Andreas filius Petri pro... Georgio de...Kaloz, ipse vero Iacobus personaliter...responderunt..., quod ipsi predictam tertiam partem dictarum duarum sessionum...dominam Margaretham tangentem non occupassent, nec ipsa erga eos haberetur, ymmo ipsi eidem tertie parti dictarum...sessionum ipsam dominam de iure contingenti aliquo contradictionis obstaculo non valerent obviare. Hiis auditis...nobis inter...partes super premissa exclusione dicte domine de prescripta sua portione eidem statuta, ut dicitur, facta, per alias litteras nostras aliud iudicium facientibus, quia ipsa tertia pars iam dictarum duarum sessionum...domine Margarethe restatuenda fore videbatur, pro eo cum nos unacum Iohanne filio Ladizlai de Cygle regio et fratre Petro custode conventus de Jazou hominibus nostrum hominem, vidl. Dionisium filium Stephani de Chebe ad ipsam statutionem faciendam de...nostra congregatione destinassemus, tandem iidem...nobis...retulerunt, quod ipsi...nona...die...nostre congregationis[5] ad facies predictarum duarum sessionum...in...villam Bekasmeger habitarum...accessissent, ibique rectam et equalem tertiam partem predictarum duarum sessionum a parte meridionali, in vicinitate portionis possessionarie...abbatis ecclesie Pilisiensis adiacentem cum orto, terris arabilibus et edificiis in superficie eiusdem tertie partis dictarum duarum sessionum habitis..., aliis etiam...utilitatibus et pertinentiis...domine Margarethe et per eam heredibus universis iure sibi incumbenti, nemine contradictore apparente, statuissent...Quorum quidem regii, Conventus de Jazou et nostri hominum relatione facta..., dicteque universitati nobilium publice promulgata, quia statutioni predicte tertie partis...dictarum duarum sessionum...eidem nobili domine Margarethe...facte, sicut in facie eiusdem, sic et nunc in...nostra congregatione nemo contradictor apparuit, ideo nos dictam tertiam partem prescriptarum duarum sessionum...domine Margarethe...statutam...committimus eidem et suis heredibus...eo iure, quo sibi..dinoscitur pertinere in eternum possidere...auctoritate nostra iudiciaria mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubro pendenti. Arch. Nat. Hung. Dl. 8400. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14. No. 20.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 668., nr. 6021.

[1] 1399. aug. 4.

[2] 1394. jun. 29.

[3] 1394. jul. 11.

[4] 1394.

[5] 1399. jul. 7.

286 Pesterzsébet, 1399. aug. 19.

(Prope villam Zenthelsebeth, XVI. die ferie II. p. ad vinc. Petri.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. m. c. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestiensis et Pilisyensis comitatuum feria secunda...post festum ad vincula b. Petri[1]...prope villam Zenthelsebeth celebrata... fr. Albertus prep. ecclesie s. Michaelis archangeli in Insula leporum fundate...proposuit ..., quod Laurentius dictus Tuka de Ienew quasdam tres sessiones, unam populosam et duas habitatoribus destitutas, necnon ecclesiam omnium sanctorum in dicta Ienew habitas...pro

se occupasset et occupatis uteretur..., cuius occupationis rationem scire vellet...ab eodem; et...in huius documentum, ut predicte tres sessiones...et dicta ecclesia...eidem (ecclesie s. Michaelis et) per consequens sibi de iure pertinent, quasdam duas litteras, unam Andree et aliam Ladislai...olim similiter regum Hungarie privilegialiter confectas nobis demonstravit. Quarum prima...domini Andree regis anno...millesimo CC^{mo} vigesimo quinto...edita[2] exprimebat, quod idem dominus...rex...duas mansiones castrensium (de) Zolgagewr in villa Ienew commorantes ecclesie s. Michaelis fundate in insula Budensi, sicut ad castrum pertinuissent, iure perpetuo contulit...; nomina vero ipsorum rusticorum fuissent...: Arus...et Endere; altera vero...domini Ladislai regis anno... M^{mo}CC^{mo} septuagesimo secundo, quinto Non. Dec. suborta[3]...confirmans seriem...litterarum domini Bele olim similiter regis Hungarie privilegialium sub anno... M^{mo}CC^{mo} quinquagesimo tertio, sexto Kal. Jun.[4]...confectarum enucliebat, quod cum...Bela rex terram Georgii filii Valentini (existentem) in villa Wngyeney, qui ob crimen furti suspendio patibuli vitam finivisset, ecclesie s. Michaelis, site in insula Budensi, in qua fratres ordinis premonstratensis commorarentur, contulisset perpetuo possidendam, Aba de genere Opur dictos fratres traxisset in causam dicens:...dictam terram ad socrum suam ratione dotis pertinere, cui ...dominus...rex probationem indixisset..., qui omnino defecisset in probatione...Mete autem...ipsius terre...hoc ordine distingerentur: in primis apud ecclesiam omnium sanctorum de supradicta villa Wngyeney continet unum fundum curie, et similiter eadem ecclesia pertinet ad terram supradictam et haberet iugera arabilia quadraginta et septem, silva vero ipsius continet iugera quindecim et haberet fenetum quantum potest sufficere per diem uni homini ad falcandum, commetanei vero eiusdem terre essent cap. ecclesie s. Adalberti, cap. ecclesie s. Petri Budensis et fratres sancti regis de Teleky, filius Siluestri et filii Marcelli. Quibus sic habitis...Laurentius dictus Tuka...respondit ex adverso, quod ipse dictas tres sessiones...ecclesie s. Michaelis in...possessione Ienew habitas non occupasset, nec occupatas usus fuisset, nec easdem conservaret de presenti, imo ipse eidem...preposito facto in premisso in aliquo obviare non valeret. Et quia prescripte tres sessiones ac ecclesia cum...earundem utilitatibus et pertinentiis...in possessione Ienew habite et constructa... ecclesie s. Michaelis de Insula leporum et preposito...prenotato restatuende fore videbantur, pro eo cum nos unacum Iohanne de Keresthwr regio et fratre Petro custode conventus de Iazou hominibus nostrum hominem, vidl. Iacobum litteratum de Wathka ad ipsam statuionem faciendam de...nostra congregatione destinassemus, tandem iidem...nobis...retulerunt, quod ipsi die dominico...post...assumpt. b. virginis[5]...ad faciem...possessionis Ienew et per consequens dictarum trium sessionum et ecclesie ibidem existentium...accessissent, ibique prescriptas tres sessiones, unam...populosam et duas desertas cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis...simulcum predicta ecclesia omnium sanctorum...ecclesie s. Michaelis de Insula leporum et per consequens...domino... eiusdem ecclesie preposito, nomine contradictore apparente statuissent...perpetuo possidendas. Quorum quidem regii et conventus de Iazou et nostri hominum relatione facta ..., dicteque universitati nobilium publice promulgata, quia statutioni...dictarum trium sessionum et ecclesie omnium sanctorum eidem ecclesie s. Michaelis et...fratri Alberto preposito...facte, sicut in facie earundem, sic et nunc, in...congregatione nostra nullus contradictor apparuit, ideo nos predictas tres sessiones cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentiis...et dictam ecclesiam omnium sanctorum modo prenarrato statutam... committimus eisdem...perpetuo possidendas...auctoritate nostra iudiciaria mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo viridi sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8388. (Sign. ant. : Arch. ecclesiasticorum Fasc. 46. No. 28.) - ED.: Fejér, CD. X/2. p. 710-714. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 669., nr. 6030.

[1] 1399. aug. 4.

[2] Szentpétery: Reg. Arp. nr. 423.

[3] Szentpétery-Borsa: Reg. Arp. 2332.

[4] 1253. maj. 27. - Gárdonyi: Budapest tört.eml. I. p. 49-50. - Szentpétery: Reg. Arp. 992.

[5] 1399. aug. 17.

287 Pesterzsébet, 1399. aug. 20.

In congregatione generali Detrici Bubek de Pelsőc universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum prope villam Szenterzsébet celebrata nobilis domina Agatha, filia Petri filii Miko de Bikche, consors vero Nicolai sartoris de Chyrke suo et Francisci et Demetrii filiorum suorum nominibus proposuit, quod Johannes filius Pauli de Irsa et Michael filius eius ipsos de quarta parte possessionis Irsa vocate, in comitatu Pestiensi habitae, de iuribus possessionariis paternis eidem pro iure quartalitio provenire debenti minus iuste exclusissent; et in documentum, ut praedicta quarta pars sibi de iure pertinere deberet, litteras adiudicatorias eiusdem domini palatini 1394. jul. 14. editas praesentasset, quae inter caetera exprimebant, quod quarta pars dictae possessionis re vera apud manus praedicti Johannis filii Pauli de Irsa haberetur, sed per ipsum a Nicolao filio Pongratii de Pest, cui pridem titulo pignoris esset obligata, de consensu Andreae de Bikche, fratris eiusdem dominae Agathae, fuisset redempta...[1]

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 110., nr. 484.; Zsigmondkori oklt. I. p. 669., nr. 6034. - COMM.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 531-532.

[1] De continuatione et fine huius iudiciarii processus lege p. 531-532. op. in COMM. cit.

288 1399. aug. 28.

(F.V.p. Bartholomei.) Nos capitulum ecclesie Wachiensis m. comm., quod Nicolaus et Michael filii Georgii, Michael et Gregorius filii Nicolai, ac Iohannes Farkas de Dorozlow ab una, parte vero ex altera Georgius filius Benedicti de Veteri Buda, Blasius Apaztow et Demetrius filius Mathie de Zend... in personis sanctimonialium claustri b. Marie virginis Veterisbudensis (confessi sunt),...quod licet super quadam particula terre... inter Fellghaz (et) Totfalw habita lis...inter eos verti dinosscebatur, nichilominus... inductione proborum virorum...interveniente concordassent coram nobis eomodo, quod octavo die...Georgii[1]...in facie...terre litigiose coram nostro testimonio...et homine regio...ambe partes litteralia eorum instrumenta in faciem eiusdem terre...apportare teneantur et quitquit probi...viri iuxta continentias...instrumentorum ipsorum...arbitrati fuerint, ambe partes effectui mancipare...teneantur ea...conditione..., quod si aliqua partium in huiusmodi arbitrio stare nollet, extunc...contra partem alteram...in viginti-quinque marcis denariorum absque portione iudicis ante litis ingressum deponendorum convinceretur eo facto...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8473. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 52. No. 19.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 110., nr. 485.; Zsigmondkori oklt. I. p. 670., nr. 6048.

[1] 1400 maj. 1.

289 Visegrád, 1399. aug. 29.

(In Vissegrad, XXIX. termini/XXX. oct. Jacobi.) Sigismundus...rex Hungarie... Capitulo ecclesie Posoniensis....Noveritis, quod...Demetrius litteratus pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum...coram nobis adheserat in causa inter nobiles (de Nagpadan) ut actores ab una, parte vero ab altera inter ipsas dominas sanctimoniales in causam attractas...quasdam litteras nostras patentes, Bude, in f. b. Georgii mart. a. d. millesimo CCC^{mo} nonagesimo quinto emanatas[1]...coram nobis exhibendo...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. Johannis archiepiscopi Strigoniensis, aulae regiae cancellarii. Arch. Nat. Hung. Dl. 8390/1-2. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 3., No. 13.)

[1] 1395. apr. 24.

290 1399. oct. 26.

(Dom. p. Ursule.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., ...quod nobilis domina Ilunch vocata, rel. Stephani dicti Waguth condam civis de Weteribuda, filia... Bodmery de Sumeticha coram nobis...est confessa..., quod ipsa...possessionem suam Sumeticha vocatam, in comitatu de Pewsoga adiacentem, pro dote et rebus parafernalibus - condam nobilis domine, Agata vocate, avie sue - eidem deventam..., ac ab eadem...avia sua sibi iure successorio devolutam cum omnibus suis utilitatibus...et pertinentiis... Gregorio filio Leukus de Zokurennia, filio...fratris sui uterini ob dilectionem proximitatis ...donasset..., ymmo dedit...perhempnali iure possidendam...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de fílo sericeo rubri et flavei coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8488. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 46. No. 29. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 679., nr. 6099.

291 Szakolca, 1399. nov. 2.

(in Zakolcha, II. die omn. sanct.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...Vobis fideli nostro Marco de Nuremberga, comiti monetarum aureorum nostrorum in Buda tenore presentium firmiter precipiendo mandamus, quatenus de universis et singulis proventibus tam minutis, quam grossis vestri ex parte...domino Iohanni archiepiscopo Strigoniensi provenire debentibus, prout etiam alii dicti officii nostri comites, predecessores vestri eidem solvere consuevissent, ipsi plenarie et absque aliquali diminutione satisfacere et integre respondere debetis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. B., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 680., nr. 6107.

292 Roma, 1399. nov. 13.

(Rome, ap. s. Petrum, Id. Nov., an. XI.) "Bonifatius (papa IX.)...Sebastiano Thome, rectori parochialis eccl. b. Marie de Promontorio Budensi, (Vespr.) dioc...Nos tuis supplicationibus inclinati, te cum, qui, ut asseris, parochialem ecclesiam Albe ecclesie b. Marie de Promontorio Budensi, ac canonicatum et prebendam eccl. s. Petri de Veteribuda, Vespr. dioc., quorum omnium fructus...centum et vigintiquinque marcharum argenti...valorem annuum non excedunt, obliges, et in minoribus duntaxat ordinibus constitutus existis, ut ratione dicte parochialis eccl. usque ad quinquennium a data presentium computandum ad aliquos alios ulteriores ordines invitus te facere promoveri minime tenearis, nec ad id a quopiam valeas coarctari...auctoritate apostolica...dispensamus..."

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. "Liber-.+", fol. 281v. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4., p. 157., Bártfai Szabó: Óbuda p. 96., nr. 105.; Zsigmondkori oklt. I. p. 683., nr. 6138.

+ Numerus Libri ab editore non indicatur.

293 Visegrád, 1399. nov. 18.

(In Wissegrad, XLIV. die oct. Michaelis.)...Capitulo ecclesie [Wachi]ensis Detricus Bubek de Pelseulch regni Hungarie palat....Noveritis, quod cum nos ad...petitionem religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum unacum Emerico filio Nicolai de Komoroch regio et fratre Petro custode conventus de Iazo hominibus nostrum hominem, vidl. Gregorium filium Iohannis de Chiglow ad infrascriptam possessionariam reambulationem et metarum erectionem faciendas de congregatione nostra generali universitati nobilium Pestyensis et Pilisyensis comitatuum feria secunda...post festum ad vincula b. Petri apostoli[1]...prope villam Zenthelsebethfalwa celebrata destinassemus, tandem iidem...nobis

...retulerunt..., quod ipsi die dominico, vidl, septimo die congregationis[2] ...predicte ad faciem possessionis Taxun vocate ipsarum dominarum vicinis et commetaneis...inibi ...convocatis ac Demetrio litterato...procuratore earundem...dominarum ac Iohanne dicto de Turuch, officiale...Petri episcopi Vachiensis presentibus accedendo eandem possessionem...iuxta demonstrationem annotati Demetrii litterati procuratoris...hoc modo reambulassent: quod primo incepissent prope quandam silvam Harazth vocatam a Danubio, abinde procedendo versus orientem pervenissent ad quendam fossatum, per quod transiret una via, ubi essent due mete terree, quas renovassent, deinde transeundo versus dictam plagam pervenissent ad aliud fossatum, in cuius medio essent due mete, quarum unam renovassent, deinde protenderetur ad partes orientales iuxta locum Zeechteleke dictum quilocus haberetur a parte ville Taxon predicte, ubi similiter duas metas reperissent et unam earundem renovassent, adhuc procedendo ad eandem partem orientalem devenissent ad metas, que essent inter duas vias, quarum unam renovassent, abhinc vergendo per unam viam versus dumos et silvam Velkuyedes Nyarasvulgo Vlk vocatam, iuxta quam silvam essent due mete, inter duas vias devenissent, quarum unam renovassent, a quibus metis declinaretur ad partem occidentalem ad unum pratum, ubi predictus Iohannes officialis...Petri episcopi in persona eiusdem...ac domine consortis Merche voyuode premisse metali erectioni possessionarie dictis dominabus fiende contradixisset, ob quam...inhibitionem...dominum...episcopum ac dominam consortem Merche voyuode contra annotatas religiosas dominas...nostram citavissent in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Hac igitur relatione... facta...Demetrius litteratus in personis...religiosarum dominarum rationem premisse contradictionis assignari postulavit per dominum episcopum ac dominam consortem Merche voyuode coram nobis. Quo percepto Demetrius Cantur pro...domino Petro episcopo...ac Nicolaus Toluay pro annotata domina...in nostram exurgendo presentiam primo...procurator ...domini episcopi...allegavit eo modo, ut tempore premisse possessionarie reambulationis ...pro eo ...prohibitio facta fuisset..., quia...procurator ipsarum dominarum (per) premissam reambulationem...magnam particulam terre possessionis...domini episcopi Neweg vocate, que...domino episcopo a domino abbate ecclesie Chanadiensis per formam concambii fuisset deventa, occuparet et ad...possessionem Taxon applicare voluisset, ipse vero dominus ep....dominum abbatem in suam expeditionem ad rectificandum metas...possessionis sue...adducere promptus esset...; Nicolaus dictus Toluay in persona...domine consortis Merche voyuode subiunxerat in hunc modum: quod in persona ipsius domine...pro eo...contradictio facta extitisset..., quia per ipsam possessionariam reambulationem magnam particulam terre de possessione Harazty ad castrum Veterisbudense spectanti, circa dictam dominam titulo pignoris a regia maiestate habita modo simili occupare et ad... possessionem earundem dominarum Taxon (vocatam)...annectere voluisset, ipsamque dominam ad suam expeditionem ad rectificandum metas...possessionis Harazth procuratorem domini...regis adducere...valeret. His sic habitis, quia presens causa absque interessentia procuratoris regii et dicti domini abbatis Chanadiensis decidi non posse videbatur, pro eo ipsam causam inter...religiosas dominas actrices ab una, ac...dominum Petrum episcopum, ac dominam consortem Merche voyuode in causam attractos ad octavas festi b. Michaelis archangeli[3]...in curiam regiam, nostram in presentiam duxeramus prorogandam eo modo, ut tunc...dominus ep. memoratum...abbatem Chanadiensem, prefata vero domina ...procuratorem...domini regis in eorum expeditionem...nostram in presentiam...adducere deberent...Ad quas...octavas...prefata nobilis domina consors Merche wayuode per... procuratorem...religiosarum dominarum...coram nobis expectata...procuratorem... domini...regis in suam expeditionem adductura non venit...se...in iudicio aggravari permittendo - postulans...procurator...religiosarum dominarum eisdem ex parte prescripte nobilis domine per nos in premissis iudicium et iustitiam impertiri. Et quia...domina consors Merche wayuode ad premissa evocanda fore videbatur, pro eo vestram amititiam petimus..., quatenus mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Dominicus filius Thome, vel alter Dominicus Bohtoryan de Pechel, neve Thomas filius Pethew de Alagh, ceu alter Thomas filius Egidii litterati de Wan, aliis absentibus homo noster memoratam nobilem dominam consortem Merche wayuode, prefatum procuratorem...domini regis in suam expeditionem adducendam contra prescriptas religiosas dominas sanctimoniales ad octavas diei strennarum[4]...nostram evocet in presentiam...

In dorso: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Wachiensis pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra nobilem dominam consortem Merche wayuode ad octavas diei strennarum.[4] Evocatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8508. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 48. No. 21.; Clar. Buden. Fasc. 5., No. 48.) - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 684., nr. 6149.

[1] 1399. aug. 4.
[2] 1399. aug. 10.
[3] 1399. oct. 6.
[4] 1400. jan. 8.

294 Esztergom, 1399. nov. 20.

(In castro Strigoniensi, in camere cubiculari...archiepiscopi, die vigesima Nov.) ...Iohannes...archiep. Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus primasque et... apostolice sedis legatus natus...coram venerabilibus et egregiis viris dominis Matheo de Vicedominis de Placentia iuris utriusque doctore, preposito ecclesie s. Anthonini de eadem, officiali et canonico Strigoniensi, fratre Mathia magistro Cruciferorum Iherosolimitanorum s. Trinitatis de Calidis aquis superioribus suburbii Novi montis Pestiensis Vesprimiensis dioc., Iohanne Nicolai ecclesie s. Stephani de castro Strigoniensi preposito et canonico, Nicolao et Ladislao Agriensis et Vesprimiensis ecclesiarum custodibus, canonicis eiusdem ecclesie Strigoniensis tamquam publicis, autenticis et honestis personis ...in presentia mei notarii publici et testium infrascriptorum personaliter constitutis quandam...(contra Stephanum episcopum Agriensem ac fratrem Dominicum prepositum de Leles ordinis Premonstratensis sibi et ecclesie sue immediate subiectum in facto iurisdictionis spiritualis eiusdem ordinis[1]) ad...dominum Bonifacium...papam nonum et eius sanctam sedem apostolicam...in scriptis exhibuit et interposuit appellationem...Acta et facta fuerunt hec...presentibus circumspectis viris dominis magistro Thoma de Amelia artium et medicine doctore, Ladislao Huntensi et altero Ladislao Neugradiensi in...ecclesia Strigoniensi archidiaconis, necnon Blasio rectore capelle b. Marie virginis ad latus... ecclesie Strigoniensis situate canonicis Strigoniensibus, testibus ad premissa...vocatis...

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Nicolai Pauli de Thuroch, cler. Strigoniensis dioc., publ. imp. auct. notarii, Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 36/1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) Nicolaus natus Pauli de Thuroch, cler. Strigoniensis dioc., publ. imp. auc. notarius 1399. nov. 28. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus. nr. 36/2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Conradus Sifridi de Wartberg, cler. Paderbornensis dioc., publ. apost. auct. notarius 1399. dec. 13. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 36/3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pray: Hierarchia I. p. 40-49.; Katona: Hist. crit. XI. p. 481-486.; Batthyány III. p. 336-343.; Fejér: CD. X/2. p. 685-691. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 686., nr. 6170.

[1] Verba ex instrumento Conradi Sifridi de Wartberg, cler. Paderbornensis dioc., publ. apost. auct. notarii 1399. dec. 13. confecto sumpta. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 36/3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

295 Pozony, 1399. nov. 21.

(Prope civitatem Posoniensem, XIX. die ferie II. p. omn. sanct.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. m.c., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Posoniensis et Mosoniensis comitatuum feria secunda...p. omn. sanct.[1] prope civitatem Posoniensem celebrata nobilis domina Anna...consors magistri Nicolai dicti Berzethe, filia...condam Jakus iudicis civitatis Posoniensis...(quibusdam litteris... Demetrii...episcopi) Transsiluanie et (secretarii cancellarii...) Lodouici...regis..., (necnon...comitis Iacobi) de Zepes, (iudicis curie eiusdem) domini...regis (in Visegrad 1375. maj. 25. emanatis) presentatis...proposuit..., quod...religiose domine sanctimoniales... possessiones Janok superiorem et inferiorem, Kurmusd et Tholuayfelde ac Budasconfalua vocatas uterentur..., cuius rationem scire vellet...Quo audito, quia Georgius filius

Benedicti de Veteribuda pro prefatis...dominabus...causa in premissa non respondebat..., pro eo (eandem) ad octavas...epiphaniarum domini[2]...in curiam regiam, nostram in presentiam duximus prorogandam eo modo, ut (termino in eodem) procurator dictarum... dominarum...causa in premissa coram nobis respondere teneatur...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8397. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 6, No. 8.)

[1] 1399. nov. 3.

[2] 1400. jan. 13.

296 Pozsony, 1399. nov. 24.

(Prope civitatem Posoniensem, XXII. die ferie II. p. Omn. sanct.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palat. d. pro m., quod cum nos ad...petitionem Andree filii Pauli de Ogya unacum Petro filio Iohannis de Baar et Andrea clerico capituli...Posoniensis... Dyonisium Nigrum ad...possessionariam recaptivationem et statutionem faciendam de congregatione nostra generali universitati nobilium Posoniensis et Mosoniensis comitatuum feria secunda...post...omn. sanct.[1] prope civitatem Posoniensem celebrata destinassemus, ...iidem...nobis...retulerunt, quod ipsi...vigesimo...die...nostre congregationis[2] ad faciem...insule Eghazaseneu vocate...accessissent, et dum ipsam...nomine iuris dicti Andree recapere et eidem...statuere voluissent, tunc Georgius civis de Veteribuda, procurator religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteribuda in personis earundem...statutioni et recaptivationi dicte insule eidem Andree fiendis contradictionis velamine obviasset, ob quam...regius, capituli et nostre homines...ad...nostram congregationem contra prefatum Andream de Ogya rationem...premisse contradictorie inhibitionis per prefatas religiosas dominas...assignari postulavit. Quo audito, quia prefatus Georgius civis...causa in premissa non respondebat..., pro eo eandem...ad octavas...epiphaniarum domini[3]...in curiam regiam, nostram in presentiam duximus prorogandam eo modo, ut tunc eedem...domine...per procuratorem...ipsarum...ad premissa respondere teneantur...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8513. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 45. No. 14.)

[1] 1399. nov. 3.

[2] 1399. nov. 22.

3 1400. jan. 13.

297 Budaváralja, 1399. nov. 28.

(In suburbio castri Novi montis Pestiensis, vigesima octava Nov.)...in domo habitationis providi viri Fabiani Gallici, sita in parrochia s. Petri martiris, ubi protunc personaliter est inventus religiosus vir fr. Dominicus prep. claustri s. Crucis in Leles Agriensis dioc., ...domino Iohanni...archiepiscopo Strigoniensi, primati et...sedis apostolice legato et eius ecclesie Strigoniensi immediate plene subiectus in mei notarii publici et testium infrascriptorum...presentia...dominus Ladislaus archidiac. Huntensis et can. in ecclesia...Strigoniensi procurator domini Iohannis archiepiscopi Strigoniensis ...quoddam instrumentum cuiusdam appellationis per...dominum Ioannem archiepiscopum... contra ipsum prepositum et alios in ipsa appellatione expressos ibidem de verbo ad verbum alta et clara voce...perlegit. Quo...perlecto idem procurator ipsi domino preposito exhibuit...et ad manus proprias ipsius...tradidit, quod...dominus prep....recepit...Cuius... tenor...est talis: (Vide nr. 294. Nicolaus Pauli de Thurocz, cler. Strigoniensis dioc., publ. auct. apost. notarius 1399. nov. 20.)...Acta et facta sunt hec...presentibus...religiosis ac nobilibus viris dominis et magistris fratre Ladislao Stephani de Keled presbitero, premonstratensis ordinis professo, Gallo Georgii de Puxa clerico, Blasio Petri de Ehczer nobili Agriensis dioc., aliisque quampluribus...testibus ad premissa specialiter...vocatis,

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Nicolai nati Pauli de Thuroch, cler. Strigoniensis dioc., publ. imp. auct. notarii Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 36/2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

298 [Kraków], [13]99.

In Registr[o] perceptionum proventuum anni [M]XCVIIII. civitatis Cracoviensis inter alias haec annotatio legitur: Item pro vino rubeo dato plebano de Buda XVI gr[ossi].

Arch. civit. Cracow. - ED.: Mon. Pol. IV. p. 261.

299 1399.

(...nonagesimo nono. Detricus Bubek) de Pelseuch, regni Hungarie palatinus... damus pro memoria: Quod Demetrius litteratus pro religiosis dominabus (...de Insula) leporum ac Johanne filio Georgii de Zathmar...contra Sigismundum filium Alexii de Zych et Thomam filium Lachk de Geregmezew ab oct. fest. Nativitatis viginti sex diebus...stetit in termino coram nobis... (Inter iobagiones praedictarum rel. dominarum in possessione earum [de qua agitur] in comit. Simigiensi habita, quidam Benedictus de Buda dictus invenitur.)

ORIG.: Chart. pap. (in quarta parte manca). Arch. Nat. Hung. Dl. 8523. (Sign. ant.: Miscell. Fasc. 45. No. 15.

300 (Saec. XIV. vertente in XV[1].)

Conventus monasterii Sexardiensis...univ....presentes litteras inspecturis...ad not. volumus pervenire, quod Ladislaus et Thomas de Anyafölde Sáfár dicti, item Mathaeus et Petrus de eadem ab una, parte vero ex altera Michael et Iacobus filii Nicolai dicti Bodó de György coram nobis...confessi sunt in hunc modum: Licet...Ladislaus et Thomas ac Mathaeus et Petrus memoratos Michaelem et Iacobum...ratione...occupationis...portionis possessionarie Anya nominate in comitatu Tolnensi, que...portio possessionaria alias per nos et...monasterium nostrum...filiis Sáfár ac aliis fratribus ipsorum...pro quadam domo ipsorum lapidea in civitate Budensi sub domo b. Stephani prothomartiris de Strigonio sita titulo concambialis permutationis fuit tradita et perpetuata contra se in causam attraxerint..., tandem ipsi Michael et Iacobus...ratione cuius adversus memoratos Ladislaum et Thomam Sáfár, Michaelem et Petrum in sententiis capitalibus ammissioneque universarum possessionum et portionum possessionariarum ac rerum et bonorum ubilibet existentium ipsos solos...concernentium...ordine iudiciario convicti forent et aggravati, tamen...ordinativa compositione plurimorum nobilium virorum, specialiter Nicolai de Harth comite insulae Csepell...caeterisque...nobilibus conprovincialibus...taliter in premissis pacificati fuissent..., ut...Michael et Iacobus filii Bodó...portionem possessionariam possessionis Ladislai, Thomae, Mathaei et Petri Anya nuncupatam...per...filios Bodó...occupatam eisdem Ladislao et Thome dictis Sáffár ac Petro et Michaeli remissisent..., quia... Michael et Iacobus filii Bodó capita ipsorum propter carentiam pecuniarum de manibus... Ladislai et Thomae dictorum Sáffár, Mathaeique et Petri redimere non valuissent, ...ideo ipsi...quasdam possessiones ipsorum Haimatha et Papfölde...iobagionibus...destitutas et desertas, in dicto comitatu Tolnensi penes fluvium Sár...adiacentem...in redemptionem capitum ipsorum eisdem Ladislao et Thomae Sáffár, necnon Matthaeo et Petro...dedissent ...iure perpetuo possidere...nullum ius...sibi ipsis...reservando, ideo praenominati Thomas et Ladislaus Sáffár ac Mathaeus et Petrus memoratos Michaelem et Iacobum dictos Bodó super...onere sententionali...expeditos...(cum exp. caut.) commiserunt coram nobis; ...in casu vero, quo (ipsos) in eisdem conservare non valerent..., Ladislaus et Thomas Saffar, Mathaeus et Petrus ac ipsorum heredes in dominium...possessionis ipsorum György ac aliarum quarumlibet...in comitatu Tolnensi...habitarum...absque strepitu...iudicii ...intrare...tamdiu, quousque easdem possessiones Hajmath et Pap Földe...Ladislao, Thome, Mathaeo et Petro ac ipsorum haeredibus...rectificare possent vel valerent...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. saec. XVIII. sine dato et sig. Arch. Nat. Hung. Dl. 93.954 (Arch. famil. Festetics de Keszthely. III. D. 2.)

[1] In pallio documenti annus 1399. absque ulla documentatione est scriptus.

301 Praha, 1400. mart. 10-13.

(In Quatuor temporum Quadrag.(a. 1400.)(In Facultate Phil. Universitatis Pragensis) pro examine baccalauriandorum, quod solet fieri in quatuor temporibus in Quadragesima, electi fuerunt ad decanum examinatores de quatuor nationibus, de natione Boemorum: magister Cristannus de Prahaticz; de natione Bavarorum: magister Joannes Altnower; de natione Saxonum: magister Heningus Baltenhawgen; de natione Polonorum: magister Stephanus Cyrsko; et admiserunt (inter alios) Georigum de Posega (et) Ladislaum de Buda...

ORIG.: Liber.matric. Univ. Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Monumenta Historica Universitatis Carolo-Ferdinandeae Pragensis. II/1. p. 348. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 23., nr. 131.

302 Visegrád, 1400. mart. 26.

(Wisegrad, II. die Annunt.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t.pr. quibus exp. univ., quod Georgius litteratus, civis de Veteribuda...exhibuit nobis...litteras privilegiales...Lodouici regis...super facto lucri camere per eundem...religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. virginis Marie de...Veteribuda...emanatas supplicans nostre celsitudini, ut easdem...transumpmi faciendo ac...nostris litteris inserere eisdem...dominabus concedere dignaremur..., quarum...tenor talis est: (Vide Ludovicus rex Hungariae 1369. febr. 26.) Nos igitur...predictas litteras...presentibus litteris nostris privilegialibus inseri fecimus, dictisque dominabus concessimus...ad cautelam...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. mediocri de filo sericeo violacei coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 5792. (Sign. ant.: V. Buden.Monial. Fasc. 16. No. 1.) - REG.: Thallóczy: Kamara haszna p. 167.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 24., nr. 155.

303 Praha, 1400. mart. 27.

(Sab. a. Letare (a. 1400.) ...)(A Facultate Phil. Univ. Pragensis)...Ladislaus de Buda et Georgius de Posega petiverunt dilationem bursae ad pinguiorem fortunam...

ORIG.: Liber matric. Univ. Pragensis. Arch eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Univ. Pragensis. I/1. p. 348.; Korrespondenzblatt VI. p. 29. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 24., nr. 158.

304 Buda, 1400. mart. 31.

(Bude, f. IV. a. Judica.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgensis etc(etera) m. comm...., quod Hermanno filio Nurembergh cive et hospite civitatis nostre Budensis ab una, item Oswaldo filio Johannis de Spacha...parte ab altera ad nostram specialem venientibus presentiam, per eundem Hermannum confessum extitit...in hunc modum: quod licet ipse prefatum Oswaldum ratione debiti sew precii tredecim peciarum panni Colonicalis nostram specialem in presentiam in causam attraxisset, et ipsa causa partes inter easdem diutius ventillata existeret, tamen quia prefatus Oswaldus eidem Hermanno pretextu dicti debiti prescriptarum tredecim peciarum panni et dupli earundem ducentos et octoginta sex fl. puri auri, vidl. pro qualibet pecia panni viginti duos fl. puri auri persolvisset...nostra speciali in presentia, ideo nos prefatum Oswaldum...tam ratione premissarum tredecim peciarum panni et dupli earundem, quam etiam ratione...birsagiorum, in quibus ipse convictus extitisset..., super quibus

birsagiis similiter eidem Hermanno plenariam impendit satisfactionem, commisimus expeditum... Presentes autem propter celerem expeditionem aliarum causarum regnicolarum nostrorum sigilli... Johannis archiepiscopi Strigoniensis, aule nostre cancellarii fecimus consignari...

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. tergo appressi. Arch. famil. Esterházy de Galánta. Fasc. 100., nr. 325. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. I/1. p. 25., nr. 165.

305 Buda, 1400. mart. 31.

(Bude, f. IV. a. Judica.) Nos Sigismundus... Hungarie, Dalmatie, Croatie... marchio Brandenburg.... m. comm., quod nos duas partes iudiciorum, in quibus Oswaldus fil. Johannis de Spacha contra Hermannum filium Neurombergh civem et hospitem civitatis nostre Budensis nostra speciali in presentia... convictus extitisset..., ad... supplicationis instantiam... Ladislai custodis eccl. Wesprimien., maioris cancellarie nostre notarii eidem Oswaldo duximus relaxandas...; presentes autem... sigillo... Johannis archiepiscopi Strigon., aule nostre cancellarii fecimus consignari...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. Arch. famil. Eszterházy de Galánta. Fasc. 100., nr. 324. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 25., nr. 166.

306 Buda, 1400. apr. 1.

(F. V. p. dom. Letare.) Sigismundus... rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgensis etc(etera)... universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis et eorum vices gerentibus, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus et villicis... Dicitur nobis in personis rel. dom. sanctimonialium de claustro b. Margarethe virg. de Insula leporum, quod cum iobagiones ipsarum per provincias regni nostri pro earum victuum necessariorum querendis ascenderent, per nonnullos ex vobis iudicarentur, in rebus et personis eorum arestarentur indefesse. Unde cum libertate privilegiata dicti claustri... requirente possessiones et iobagiones ipsius claustri a vestro iudicio sint exempti, fidelitati vestre... mandamus, quatenus iobagiones dictarum dominarum ... in quibuslibet earum possessionibus commorantes in nullis causis... iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, nec res et bona earundem arestare irrequisita iustitia audeatis, signanter pro debitis, delictis et offensis aliorum; sed si qui ex vobis quitquid actionis vel questionis habent vel habuerint contra ipsos, hii in presentia officialium earundem... dominarum... exequantur; qui si in reddenda iustitia cuipiam tepidi fuerint vel remissi, extunc non dicti iobagiones earum, contra quos agitur, sed iidem officiales earundem in nostram presentiam per querulantes legitime evocentur, ex parte quorum nos omnis iuris et iustitie exhibebimus complementum cuilibet querulanti...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simpl. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8544. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 26., nr. 169.

307 Roma, 1400. máj. 1.

(Rome, ap. s. Petrum Kal. Mai, pontific, a. undecimo.) Bonifatius ep. (IX.) servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam... Dudum... pro parte... in Christo filii nostri Sigismundi regis Vngarie... nobis exposito, quod olim ipse... considerans, quod fructus, redditus et proventus mense... capituli eccl. Strigoniensis fuerant adeo tenues et exiles, quod canonici eiusdem eccl., qui numero trigintanovem existebant, prout existunt, nequiverant... ex eis condecentem statum tenere, prout ipsius eccl., que metropolitana est, dignitas exigebat, ac eisdem capitulo pie compatiens ius patronatus de Sasaad et de Wrs parrochialium ecclesiarum plebium nuncupatarum, Vesprimiensis dioc., ad ipsum regem... pertinens, infra quarum... limites modicus populus habitare dinoscebatur et in quibus ecclesiis... iurisdictio et earum dispositio ad archiepiscopum Strigoniensem... pertinet,

prefatis capitulo ad finem, quod eedem parrochiales ecclesie prefate mense unirentur et incorporarentur..., donaverat[1]...; ac pro parte regis et capituli... nobis (fuit supplicatum), ut easdem parrochiales ecclesias mense predicte unire, annexare et incorporare auctoritate apostolica...dignaremur, maxime cum ad hoc...fratris nostri Iohannis archiepiscopi Strigoniensis accederet assensus. Nos dictas parrochiales ecclesias cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefate mense auctoritate apostolica per alias nostras litteras[2] univimus, annexuimus et incorporavimus ita, quod cedentibus vel decedentibus rectoribus earundem parrochialium ecclesiarum, qui tunc erant, aut ecclesias ipsas alias quomodolibet dimittentibus liceret prefatis capitulo parrochialium ecclesiarum ac iurium et pertinentiarum predictorum corporalem possessionem libere apprehendere et perpetuo licite retinere predicti archiepiscopi aut diocesani loci vel cuiuscunque alterius licentia super hoc minime requisita, reservatis tamen de fructibus, redditibus et proventibus earundem parrochialium ecclesiarum congruis portionibus ad eiusdem archiepiscopi arbitrium moderatis pro perpetuis vicariis in eisdem ecclesiis instituendis, de quibus ipsi...possent congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia eis incumbentia onera supportare, prout in eisdem litteris plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis...pro parte...capituli petitio continebat, eccl. de Sasaad predicta ex eo vacante, quod prefatus archiepiscopus, cum etiam ad archiepiscopum Strigoniensem...inquisitio, correctio et punitio quorumcunque excessuum, qui per rectorem eiusdem ecclesie de Sasaad committuntur pro tempore, necnon ipsius rectoris privatio et amotio tam ratione dicte iurisdictionis, quam etiam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineat, ...Petrum dictum Olmud olim rectorem dicte ecclesie de Sasaad propter hoc ad sui presentiam legitime evocatum, eius culpis et demeritis exigentibus, eadem ecclesia de Sasaad per suam diffinitivam sententiam[3], que nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, dicte potestatis vigore privavit et amovit realiter ab eadem, prefati capitulum eandem ecclesiam de Sasaad sic vacantem et eius possessionem iuxta predictarum litterarum tenorem apprehendentes illamque vigore unionis, annexionis et incorporationis predictarum, reservata tamen de eius fructibus pro perpetuo vicario inibi instituendo congrua portione, assecuti, eam extunc tenuerant et possiderunt, prout tenent et possident de presenti. Quare pro parte dictorum capituli nobis fuit...supplicatum, ne ipsos super eadem ecclesia de Sasaad imposterum molestari contingat, privationi, amotioni et assecutioni predictis robur apostolice confirmationis adiicere... dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, privationem, amotionem et assecutionem predictas et quecunque inde secuta rata habentes...auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus...

ORIG.: Membr. cum plica et bulla plumbea de filo sericeo rubri et flavei coloris pend. In exteriore parte plicae Gratis de mandato domini nostri pape not. canc., in dorso vero manu saec. XV-XVI. scripta Confirmatio Bonifacy super privatione plebani de Sasaad et assecutione dictarum decimarum adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3. nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 795-797.; Mon. Vat. Hung. I/4. p. 203-204. (partim); Mon. Rom. Vesprim. II. p. 319-320. (partim). - REG. Bártfai Szabó: Pest m. p. 111., nr. 486.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 33., nr. 240.

[1] Vide nr. 100-Sigismundus rex. Hung. 1390. sept. 11.

[2] Vide nr. 129-Bonifatius papa IX. 1391. sept. 14.

[3] Vide nr. 216.Anthonius de Ponto, decr. dr., vicarius gen. archiepiscopi Strigoniensis in instrumento a Martino Iohannis de Turnowya, auctoritate apostolica et imperiali notarii publici 1396. sept. 18. confecto.

308 Roma, 1400. maj. 1.

(Rome, ap. s. Petrum Kal. Maii, pontif. a. undecimo.) Bonifatius (IX) ep. servus servorum dei...Dudum...ad nostram notitiam deducto, quod de antiqua...et hactenus... observata consuetudine Pechwaradyense et Saxardiense ac de Batha et de Fewldwar, necnon de Kolosmonosthora et sancti Andree de iuxta Wyssegrad et sancti Gerardi de Chanadino et Thykoniense ac Symigiense, necnon Zaladiense et sancti Jok ac de Beel, necnon de Sambok et de Cheth ac sancte crucis de Lelez ac de Jazow et sancti Stephani de promontorio Waradiensi sancti Benedicti et Premonstratensis ordinum monasteria, necnon Demesiensis et Tituliensis

ac Orodiensis et Veterisbudensis ac Cibiniensis collegiatarum ecclesiarum prepositure, necnon sancte Marie virginis et sancte Marie Magdalene de Castro et sancti Petri martiris, necnon sancti Gerardi de suburbio oppidi Budensis alias Noui montis Pesthiensis et Pesthiensis ac Waciensis et de Kessew ac de Ewrs prope Budam et de Sasaad ac de Albaecclesia sancte Marie prope Veterem Budam ac de Kamarthen[a] et de Wyssegrad ac de Naghpathak et de Apachasomlyo, necnon de Papa ac de Leweld et de Segesdino ac de Wyhel ac de Lamperthaza ac de Zelews et de Aranyas ac de Bereg et de Nemphy[b] parrochiales ecclesie, ac Cibiniensis predicte et Brassouiensis ecclesiarum decanatus, Quinqueecclesiensis, Wesprimiensis, Agriensis, Waradiensis, Transsiluaniensis, Colocensis, Chanadiensis et Jauriensis diocesum cum certis parrochialibus ecclesiis et plebaniis ac decanatibus, quorum nomina presentibus haberi nolumus pro expressis, in...Transsiluaniensi, olim Argensi diocesi et aliis ubilibet consistentibus predictis decanatibus immediate subiectis sub...iurisdictione in spiritualibus archiepiscopi Strigoniensis...pleno iure (fore) dignoscebantur, et quod prelati ac persone monasteriorum, prepositurarum, decanatuum et ecclesiarum predictorum nullum alium preterquam ipsum archiepiscopum in eorum superiorem habere...et eidem... tamquam immediato superiori...obedientiam...exhibere et ad sinodum eiusdem[c]..., quotiens illam per ipsum...celebrari contingeret, accedere et pro procurationibus legatorum ac provisionibus nunciorum sedis apostolice persolvendis ac aliis oneribus supportandis contributionem debitam facere consueverant, et quod tam...frater noster Johannes, quam predecessores sui archiepiscopi Strigonienses...in pacifica possessione vel quasi iuris exercendi superioritatem iurisdictionem huiusmodi in monasteria, preposituras, decanatus et ecclesias predictas eorumque personas et loca a tanto tempore fuerant, cuius contrarii memoria non extabat. Nos consuetudinem eandem...et quecunque inde secuta...auctoritate apostolica ex certa scientia per alias nostras litteras[1] confirmavimus...Cum autem, sicut accepimus, ab aliquibus asseratur nos aut aliquem predecessorum nostrorum...aliqua ex monasteriis, preposituris, decanatibus et ecclesiis, prelatis seu personis huiusmodi a iurisdictione et potestate archiepiscopi Strigoniensis...exemisse et etiam...in posterum eximere...et contra premissa...litteras apostolicas concessisse..., nos eidem Johanni et successoribus suis...his providere volentes motu proprio...de nostra mera liberalitate, ex certa scientia omnes...huiusmodi exemptiones monasteriorum, prepositurarum, decanatuum, ecclesiarum, prelatorum et personarum predictorum, ac concessiones quascunque, si que a nobis sive predecessoribus nostris...in genere vel in specie...forsan emanaverint...tenore presentium revocamus...Et insuper ut prelati et persone huiusmodi in premissis se erga...Johannem archiepiscopum et successores suos...eo fidelius... gerere, ipsique Johannes archiepiscopus et successores huiusmodi iurisdictionem eo quietius exercere possint, quo maiori libertate fuerint muniti, prelatos, monasteria, personas, (prepositurasd), decanatus et ecclesias antedicta cum omnibus bonis spiritualibus et temporalibus...ab omni iurisdictione, dominio, potestate, subiectione et visitatione archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ordinariorum iudicum quorumcunque preterquam dicti Johannis (archiepiscopie) et successorum suorum archiepiscoporum Strigoniensium... auctoritate apostolica tenore presentium motu simili totaliter de novo eximimus et perpetuo liberamus...ita, quod archiepiscopi, episcopi vel iudices supradicti aut alia quevis persona ecclesiastica vel mundana quacunque prefulget dignitate preter Johannem et successores suos archiepiscopos huiusmodi in eos ac bona predicta utpote prorsus exempta non possint excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare, aut alias etiam ratione delicti vel contractus aut rei, de qua ageretur in iudicio vel extra, ubicunque committatur delictum vel iniatur contractus aut res ipsa consistat, iurisdictionem seu potestatem aliquam exercere...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Leo papa X. 1513. aug. 4. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 6., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Péterffy II. p. 288-290.; Pray: Hierarchia I. p. 13-19.; Katona: Hist. crit. XI. p. 510-515.; Koller III. p. 220-225.; Fejér: CD. X/2. p. 789-792.; Török: Magyarország primása II. p. 57-58.; Mon. Vat. Hung. I/4. p. 198-201. (partim); Z.-W. III. p. 251-253. - REG.: Transilvania 1872. p. 173.; Pannonh. rendtört. VII. p. 539.; Pannonh. rendtört. X. p. 612.; Bártfai Szabó: Óbuda reg. nr. 106.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 332., nr. 241.

[a] Vocabulum in diplomate correctum in Kamarchen

[b] recte: Nemthy

[c] In diplomate (erronee): eandem

[d-e] Hoc vocabulum in diplomate deest.

[1] Quarum pars dispositiva verbis...cuius contrarii memoria non existit finitur, confirmatio autem earum 1400. maj. 1. facta immediate sequitur. Roma 1399. nov. 14. (Rome, ap. s. Petrum, XVIII. Kal. Dec., pontific. Bonifatii pape a. XI. (Arch. Capit. Strigoniensis Priv.) ED.: Densusianu p. 409.; Fejér: CD. X/2. p. 789.; Z-W.: III. p. 225-256. Zusatz zu Nr. 1448. - REG.: Zsigmondkori oklt. I. p. 684., nr. 6145.

309 Visegrád, 1400. jun. 3.

(In Vissegrad, XXXIV. oct. Georgii.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hung. palat. damus pro m., quod discussionem...cause, quam inter...fr. Johannem abbatem eccl. Pylissiensis actorem ab una, pro quo fr. Chesarius...astitit et inter Jacobum de Kaloz... parte ab altera...in oct. ...Georgii[1]... facere tenebamur..., de regio litteratorio mandato ..., eo quod idem in regium exercitum contra turcos instaurandum se asseruisset profecturum, ad oct....nat. b. Johannis bapt.[1]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8562. - ED.: Békefi: Pilis I. p. 390. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 40., nr. 318.

[1] 1400. maj. 1.

[2] 1400. jul. 1.

310 Visegrád, 1400. jun. 12.

(Wisegrad, sab. p. Barnabe.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Dicitur nobis in personis nobilium domine Dorothea relicte Nicolai filii Stephani de Chew, filie vidl. Stephani filii Gregorii de Domozlo et puelle Katherina vocatarum, filie eiusdem, quod ipse in dominium quarundam portionum possessionariarum in possessione Irsazegh vocata, in comitatu Pestiensi existenti habitarum, ipsas titulo impignorationis concernentium...vellent introire; super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Nicolaus filius Emerici, vel Thomas de Alagh, aut Benedictus litteratus de Wereseghaz, aliis absentibus homo noster ad facies predictarum portionum possessionariarum...accedendo introducat prefatas nobiles dominam et puellam in dominium earundem..., si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos...in presentiam palatinalem...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1400. jul. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 8567. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 33. No. 25.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 42., nr. 336.

311 Roma, 1400. jul. 1.

(Rome, ap. S. Petrum, Kal. Jul., a. XI.) Bonifatius (papa IX.)...Cupientes, ut parochialis eccl. Albe ecclesie b. Marie virg. de Promontorio Budensi, Vespr. dioc., a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, omnibus...penitentibus..., qui in nativitatis et visitationis, eiusdem b. Marie festivitatibus eandem eccl....visitaverint, annuatim...illas indulgentias...concedimus, quas visitantes s. Marie in Aquisgranensi, Leodicensis dioc., de septennio in septennium, necnon s. Marie in Portiuncula dictam de Angelis, ecclesias extra muros in Assisinatensi civitatibus primo et secundo diebus mensis Augusti...consequuntur; et...ut Cristi fideles...indulgentias huiusmodi uberius consequi possint..., rectori dicte eccl. de Promontorio Budensi...et octo aliis presbyteris..., tam secularibus quam religiosis, per eundem rectorem annuatim eligendis, ut ipsi confessiones

...ad prefatam ecclesiam propterea confluentium, eadem auctoritate audire...et eis... absolutionem impendere...valeant...indulgemus...

ORIG.: Desideratur. - REG.: (breviter) Mon. Vat. Hung. I/4. p. 223., nr. 26.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 321.; Bártfai Szabó: Óbuda p. 97.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 46., nr. 368.

312 1400. jul. 4.

(XII. die vig. nat. Ioh. bapt.) Magnifico viro et potenti domino Detrico Bubek de Pelseuch regni Hungarie palatino...Cap. ecclesie Budensis...litteras...domini Sigismundi ...regis Hungarie...introductorias et statutorias noveritis nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 310. Sigismundus rex Hungariae 1400. jun. 12.) Nos...mandatis...domini... regis...obedire cupientes...unacum...Benedicto litterato de Wereseghaz...magistrum Lucam...concanonicum nostrum...pro testimonio duximus transmittendum, qui...nobis ...retulerunt, quod predictus homo regius...nostro testimonio presente in vigilia festi nativitatis b. Iohannis bapt.[1]...ad facies...portionum possessionariarum (in possessione Irsazegh vocata habitarum) vicinis et commetaneis earundem...illuc...convocatis et presentibus accedendo...nobiles dominam (Dorotheam) et puellam (Katherinam, filiam eiusdem) in dominium earundem introduxisset...nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8567. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 33. No. 35.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 111.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 46., nr. 371.

[1] 1400. jun. 23.

313 Visegrád, 1400. jul. 30.

(XXX. termini/oct. nat. Joh. bapt.) Nos Detricus Bubek de Pelseuch r. Hung. palatinus damus pro mem., quod causam, quam...Petrus ep. eccl. Vachiensis pro quo Petrus de Kouachy (comparuit coram nobis)...contra Leustachium fil. Oliverii de Pakus, ac Ladislaum, Nicolaum et Frank filios Dominici de Apastagh, item... iobagiones Dominici de Apostagh eidem statuere commissos...in oct. f. nat. ...Johannis bapt.[1] movere habebat coram nobis..., ad octavas f. b. Michaelis arch.[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 92.162. (Sign. ant.: Hercegi lt. Keszthely Misc. 154.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 52., nr. 426.

[1] 1400. jul. 1.

[2] 1400. oct. 6.

314 Visegrád, 1400. aug. 4.

(Vissegrad, XXXV. die oct. nat. Ioh. bapt.) Nos Detricus Bubek de Pelsuch regni Hungarie palat. d. pro m., quod nos ad...petitionem religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum unacum [Emerico filio Nicolai de Ko]moroch[1] regio et fratre Petro custode conventus de Iazow hominibus nostrum hominem, vidl. Gregorium filium Iohannis de Chiglow ad infrascriptam possessionariam reambulationem et metarum erectionem faciendas de congregatione nostra generali universitati nobilium [Pestiensis et] Pilisiensis comitatuum feria secunda...post festum ad vincula b. Petri apostoli in anno proxime transacto[2] preteritum prope villam Zenthersebet celebrata destinassemus, tandem iidem exinde ad ipsam congregationem nostram ad nos reversi nobis... retulerunt, quod ipsi di dominico, vidl. septimo die congregationis nostre[3]...ad faciem possessionis Taxon vocate ipsarum dominarum vicinis et commetaneis...inibi...convocatis, ac Demetrio litterato...procuratore earundem religio-

sarum dominarum ac Iohanne dicto de Turoch, officiale domini Petri episcopi Vachiensis presentibus accedendo eandem possessionem Taxon iuxta demonstrationem...Demetrii litterati procuratoris...hoc modo reambulassent: quod primo incepissent prope quandam silvam Harazth vocatam a Danobio, abinde procedendo versus orientem pervenissent ad quoddam fossatum per quod transiret una via, ubi essent due mete terree, quas renovassent; deinde transeundo versus dictam plagam pervenissent ad aliud fossatum in cuius medio essent due mete, quarum unam renovassent; deinde procederetur ad partes orientales iuxta locum Zechteleke dictum, qui locus haberetur a parte ville Taxon predicte, ubi similiter duas metas reperissent et unam earum renovassent; abhinc procedendo ad eandem partem orientalem devenissent ad metas, que essent inter duas vias, quarum unam renovassent; abhinc vergendo per unam viam versus dumos et silvam Velk Medes Nyaras wlgo vocatam, iuxta quam silvam essent due mete inter duas vias devenissent, quarum unam renovassent; a quibus metis declinarent ad partem occidentalem ad unum pratum, ubi...Iohannes officialis...domini Petri episcopi in persona eiusdem...ac domine consortis Merche woyuode premisse metali erectioni possessionarie dictis dominabus fiende contradixisset, ob quam contradictoriam inhibitionem ipsi...Petrum episcopum ac dominam consortem Merche woyuode contra...religiosas dominas ad...nostram congregationem nostram citassent in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Hac...relatione...regii, nostri et ...conventus de Iazow hominum facta...Demetrius litteratus in personis...religiosarum dominarum rationem premisse contradictionis...assignari postularat per dominum episcopum et dominam consortem Merche vayode...coram nobis. Quo percepto Demetrius Cantor pro...Petro episcopo...[ac Nicolaus Toluay pro annotata domina...] in nostram exurgendo presentiam [primo...procurator...domini Petri episcopi in persona eiusdem] allegarat..., quod tempore premisse possessionarie reambulationis et metarum erectionis ...pro eo...prohibitio facta fuisset..., quia...procurator ipsarum dominarum...magnam particulam terre possessionis...domini episcopi Nemegh vocate, que...domino episcopo a domino abbate ecclesie Chanadiensis per formam concambii fuisset devoluta, occupare et ad...possessionem Taxon aplicare voluisset, ipseque dominus episcopus super premissa concambiali permutatione litteras haberet efficaces et ibidem...quasdam litteras capituli ecclesie Budensis privilegiales...nobis demonstravit (Vide: Capit. ecclesiae Budensis 1398. jun. 30.)[4]. Quibus...presentatis - quia...domini ep. et. abbas sese mutuo ratione predictarum possessionum sibi ipsis modo...concambiali traditarum ab omnibus impetere volentibus expedire assumpsisse ex serie ipsarum litterarum videbantur, prefatusque procurator...domini episcopi...dominum abbatem in expeditionem eiusdem adducere... velle indicarat..., pro eo ipsam causam inter...religiosas dominas...et dictum...Petrum episcopum...ad octavas festi b. Michaelis archangeli[5]...in curiam regiam, nostram in presentiam...duxeramus (prorogandam); ab eisdemque octavis...ad presentes octavas festi nativitatis b. Iohannis baptiste[6]...deducta extitisset, denique ipsis octavis instantibus fratre Gallo pro...religiosis dominabus..., ac Petro de Kouachy pro...domino Petro episcopo Vachiensi..., necnon...fratre Luca abbate...ecclesie Chanadiensis personaliter...in nostram venientibus presentiam...procurator...domini episcopi eundem ratione...possessionis Nemegh expediri postulavit...per abbatem antedictum. Quo percepto...dominus abbas respondit..., quod ipse super...possessione Nemegh litteras haberet metales, quas...in termino ulteriori...coram nobis exhibere promptus esset...Unde nos...commisimus..., ut...dominus abbas...litteras suas metales in octavis festi b. Michaelis archangeli[7]..., ad quas discussionem...ipsius cause inter...religiosas dominas actrices et...dominum episcopum duximus prorogandam, exhibere teneatur coram nobis, ut hiis visis facere valeamus inter partes quid iuri videbitur expedire...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra dominum Petrum episcopum ecclesie Vachiensis ad octavas festi b. Michaelis archangeli[7]. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8528. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 5. No. 11.) - ED.: Fejér: CD. X/2. p. 819-825. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 111. nr. 400.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 54., nr. 441.

[1] Vide nr. 293. Detricus Bubek de Pelseuch palat. 1399. nov. 18.

[2] 1399. aug. 4.

[3] 1399. aug. 10.

[4] Zsigmondkori oklt. I. p. 594.. nr. 5885.

[5] 1399. oct. 6.

[6] 1400. jul. 1.

[7] 1400. oct. 6.

315 Roma, 1400. sept. 5.

(Rome, ap. s. Petrum, Non. Sept. a. XI.) Bonifatius (papa IX.)...preposito ecclesie Baciensis...Exhibita...nobis...pro parte...Valentini Nicolai de Lossunch, presbiteri Strigoniensis dioc. petitio continebat, quod...parochialis ecclesie s. Marie in Sont, Collocensis dioc., vacante, ...abbatissa monasterii b. Marie de Sicambria[1], ord. s. Clare, Vespr. dioc., vera patrona dicte eccl....prefatum Valentinum...archiepiscopo Collocensi...presentavit, idemque...eundem...in rectorem dicte eccl....instituit... Cum autem...idem Valentinus dubitet presentationem...viribus non subsistere..., discretioni tue...mandamus, quatenus ecclesiam predictam...eidem...auctoritate nostra conferas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae anni XI., Liber III., fol. 108[v]. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 228.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 59., nr. 484.

[1] Buda Vetus

316 1400. oct. 6.

(In oct. Michaelis.) Conventus cruciferorum ord. s. Iohannis Iherosolimitani domus hospitalis b. regis Stephani de Alba...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nobiles viri magistri Ladislaus et Emericus, filii magistri Bartholomei filii condam Nicolai Konth palatini de Palata... quendam fundum curie eorum in civitate, scil. in castro Budensi penes claustrum ecclesie s. Nicolai confessoris in eodem castro Budensi constructe a parte aquilonis habitum...cum omnibus domorum edificiis tam lapideis quam ligneis in facie eiusdem habitis et constructis ac aliis...utilitatibus et pertinentiis...ad eundem fundum curie spectantibus claustro b. Marie virginis de Chathka, in qua corpora...predecessorum ipsorum forent sepulta et per consequens religiosis viris fratribus priori et aliis in eodem claustro deo famulantibus nunc constitutis et pro tempore constituendis (cum exp. caut.) dedissent...ymmo...contulerunt...iure perpetuo possidere...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva Super domum Budensem, dein manu saec. XVI-XVII. prope claustrum sancti Nicolai confessoris adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8850. (Sign. ant.: Provinc. sub. Monast. Chatka. Fasc. 3. No. 4.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950). p. 288., not. nr. 37.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 65. nr. 531.

317 Esztergom, c. 1400.

In quoddam Registro occasione Visitationis Ecclesise et Capituli s. Stephani de Promontorio Strigoniensi non multo post a. D. 1400 confecto inter alia sequentis leguntur: ...preterea idem dominus arhiepiscopus dicte ecclesie prothomartiris in Strigonio habite pro portione et usu prepositi...donavit duas domos in Castro Budensi: unam...ex opposito sanctuarii ecclesie s. Georgii martiris et aliam in vicinitate domorum...Nicolai de Gara palatini et Georgii Jakcz ex altera parte adiacentes. Item XXX fl. auri puri a magistro Francisco Bernardi et suis, valorem quarundam domorum per ipsum dominum nostrum archiepiscopum infeudatarum...

ORIG.: Chart. in Arch. Capit. Eccl. Strigoniensis Priv. Lad. 53., fasc. 1., nr. 8. - ED.: (partim) Pataki: Bud. Rég. XV. (1950) p. 284., not. 11. - COMM.: Pór A. Kat. Szemle 1909.

318 Pozsony, 1401. febr. 1.

(Posony, vig. Purific.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchio Brandenburgensis...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et quibuscunque aliis cuiusvis conditionis hominibus tributa tam in terris quam super aquis ubique intra ambitum regni nostri habentibus..., nostrisque et eorum tributariis in Buda et Tatha constitutis, signanter Capitulo Albensi et castellano de Komarom...In personis civium nostrorum de Posonio nostre conquestum extitit maiestati, quod vos contra ipsorum libertatis prerogativam per reges Hungarie...ipsis concessam per nosque mediantibus aliis literas nostras confirmatam de rebus ipsorum mercimonialibus tributum exigi facere niteremini...Super quo fidelitati vestre...iniungimus,quatenus de dictis rebus mercimonialibus prefatorum...civium nostrorum et et earum conductoribus amodo inantea nullum tributum ...exigi facere presummatis, sed ipsos...et eorum homines cum...eorum rebus mercimonialibus transeuntes in eundo et redeundo...de locis tributorum vestrorum...pacifice... abire permittatis et pertransire...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. sub textu appresso. In superiore margine Ad contenta aliarum litterarum regalium adnot. est scripta. Arch. civitatis Posoniensis (Bratislava.) nr. 601. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat.Hung. DF. 239.226. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 80. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 102., nr. 851.

319 1401. febr. 17.

(XIII. Kal. Marcy.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h. s. volumus pervenire..., quod cum castrum Symontornya nuncupatum in Tolnensi, simulcum opidis et possessionibus et signanter cum villis Helgez, Kezew alio nomine Hydegkuth, superiori parte ville Bykach habitatoribus destitute, Hydegkuth, Beelch, Band, Kwrbew cum tributo, Egres inferiore cum tributo, medietate ville Symontornya alio nomine Menend similiter cum tributo in eisdem exigi consuetis, Dorog, Chyleg, Mysla, Zekel, Barlyad, Waryocha, Wyfalu et Zenthpeter in eodem Tolnensi; item medietate ville Symontornya alio nomine Zygeth, Bwrd, Hwrkuth et Egres superiore in Albensi; item Wam, medietate ville Igar et Bolhach ...in Wesprimiensi comitatibus habitis et situatum, necnon ceteris quibuslibet iuribus, iurisdictionibus, tributis, molendinis...ad dictum castrum Symontornya...spectantibus, quod et que olim Stephani filii condam Dionisii wayuode de eadem Symontornya et consequenter alterius Stephani wayuode filii Stephani filii Lachk de Chaktornya, ac Andree filii condam Nicolai wayuode filii dicti Stephani filii predicti Lachk de Debregezth nostrorum ac sacre corone notoriorum infidelium prefuissent; item castrum Rowo appellatum in comitatu Soproniensi adiacens, similiter cum...villis, possessionibus, prediis, sessionibus, necnon ceteris quibuslibet...pertinentiarum integritatibus ad idem castrum...spectantibus, que... ad nostras regias manus...deventa fuerunt..., fidelibus nostris...domino Iohanni de Kanisa archiepiscopo...ecclesie Strigoniensis, necnon Nicolao pridem tauarnicorum et Stephano de dicta Kanisa ianitorum nostrorum regalium magistris, fratribus suis concarnalibus, mediantibus aliis litteris nostris...superinde confectis[1] pro ipsorum meritoriis et fidelissimis obsequiis, gratuitisque conplacentiis...nove nostre donationis titulo dederimus...; sed quia instrumenta litteralia, per que et quorum vigoribus huiusmodi castra, opida, possessiones, ville ac cetera iura possessionaria et alie quevis pertinentie et tenute per eosdem tenta fuerint, habite ac possesse, ad manus nostras non pervenerunt, sicque eisdem litteralibus instrumentis occulte et clamdestine reservatis antiquo dierum posset per quorundam cavillationes et pretensas cautelas in iudicio et etiam extra iudicium contra formam nostrarum collationum et provisionis regie temere procedi et attemptari; ...volentes igitur cavillationibus et pretensis cautelis viam precludere, presertim recensentes prenarrata fidelissima...servitiorum genera...domini Iohannis archiepiscopi et fratrum suorum, quorum intuitu prelibatos...archiepiscopum et eius fratres prenotatos fratrumque suorum heredes nostro et successorum nostrorum regum Hungarie nominibus et in personis assumpmimus, spondemus, iugiter et expresse pollicemur in pleno reali, corporali, ac pacifico dominio predictorum castrorum Symontornya et Rowo vocatorum, necnon opidorum, possessionum, villarum, tenutarum et pertinentiarum quarumlibet prenominatarum a cunctis impetitoribus, causidicis et actoribus ubique intra et extra iudicium expedire, defensare, tueri et manutenere indempnes et illesos temporibus successivis universis; expedit quippe, quod nos et nostri successores eosdem in dictis castris, opidis, possessionibus, villis, tenutis et

pertinentiis universis prenominatis tanquam in nostra regia donatione et collatione, ac provisione regiis conservemus et tueantur. Et ideo de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro et de plenitudine regie potestatis, ex certaque nostra scientia omnibus et singulis cuiuscunque status, conditionis, dignitatis et preheminentie existant, de et super prosecutione, actione et impetitione eorundem occasione dictorum castrorum, opidorum et prenominatarum possessionum villarum, possessionum et pertinentiarum quarumlibet iuriumque premissorum perpetuum silentium auctoritate regia imponimus per presentes decernentes, ut nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri presentium et futurorum prefatos dominum Iohannem archiepiscopum fratresqe suos prenominatos aut eorundem fratrum suorum heredes ad cuiuspiam instantiam pretextu dictorum castrorum, opidorum, ac prescriptarum possessionum, villarum et tenutarum quarumlibet in toto vel in parte aliquatenus iudicare, aut ipsos sive aliquem ex ipsis suo astare iudicatui compellere auderet quoquomodo in premissis; Itaque predicto casu occurrente non ipsi, sed nos nostrique heredes au successores reges Hungarie pro eisdem respondere teneamur et teneantur, prout fuerit opportunum. Quocirca vobis viris magnificis palatino et iudici curie nostre vestrasque vice in iudicatu gerentibus, cunctis etiam aliis iudicibus et iustitiariis regni nostri nunc constitutis et in futurum constituendis et cuilibet vestrum in solidum, quibus presentes ostenduntur firmis damus regiis sub edictis, quatenus prefatum dominum Iohannem archiepiscopum et eius fratres fratrumque suorum heredes ad quorumpiam instantiam occasione premissorum vestri in presentiam convenire vel in causam attrahere satagentium ac adversus ipsos causam seu litis materiam movere volentium contra formam premissi nostri decreti regalis nequaquam iudicare audeatis, nec ad respondendum cuipiam asstringere, aut aliquatenus in iudiciis agravare presumpmatis, sed tales causidicos, impetitores et actores in nostre serenitatis aut nostrorum successorum regum Hungarie conspectum dirigatis et transmittatis, quibus nos circa premissa respondebimus et post nos nostri successores reges Hungarie, ut fuerit conveniens, respondebunt. In casu vero, quo nos, aut nostri successores circa premissa tepidi essemus et essent ac remissi et pro antefatis domino Iohanne archiepiscopo et suis fratribus ipsorumque heredibus, ut prefertur, non responderemus, aut non responderent ipsos manutenendo in eisdem, nichilominus vos prefati iudices et iustitiarii regni nostri nullatenus eadem et ipsas cuipiam adiudicare aut perpetuationem seu statutionem aliquam de ipsis, etiam si processu huiusmodi cause contra eosdem terminos compleverint iuridicos, facere audeatis, ymmo nec possitis decernentes irritum et inane si secus a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari...

ORIG.: A) Membr. cum plica, sig. duppl. regio pend., necnon similiter sigillis pend. Detrici Bebek de Pelsewch regni Hungariae palatini et comitis Frank de Zechen, iudicis curiae regiae munita, de quibus illud regium iam deperditum de filo sericeo albo pendebat, sigilla vero dictorum palatini et iudicis curiae regiae de filis sericeis coerulei coloris pendent. Arch. Nat. Hung. Dl. 8634./1. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 568. No. 12.) - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593. No. 7.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 48-62. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. nr. 885. - B) Membr. cum plica, sig. regio duppl. pend. iam deperdito, necnon sigillis similiter pend. Detrici Bubek de Pelsewch regni Hungariae palatini et comitis Frank de Zechen, iudicis curiae regiae munita, de quibus istud regium de filo sericeo albo pendebat sigilla veri dictorum palatini et iudicis curiae regiae de filis sericeis coerulei coloris pendent. Arch. Nat. Hung. Dl. 8634/2. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593. No. 5.) - TRANSCR., ED. et REG. sicut in A.

[1] Vide nr. 227. Sigismundus rex Hungariae 1397. mart. 4.

320 Buda, 1401. mart. 9.

(Bude, in med. Quadrag.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera) m. comm., quod...Johannes de Maroth, banus Machoviensis nobis curavit significare, quomodo alias quondam Stephanus wayuoda...nostre maiestatis...infidelis quosdam montes...et silvas...ad possessionem Perbar...pertinentes in comit. Pestiensi existentes...indebite ad castrum Salmar vocatum occupando usurpasset; -supplicans idem Johannes banus..., ut nos quandam particulam...de eisdem silvis...sibi ad portionem possessionariam in dicta possessione Perbar habitam...dare (dignaremur);

nos...consideratis...fidelibus servitiis (eiusdem) Johannis bani, (unam) particulam (dictarum) silvarum...ipsi...donavimus...perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1405. nov. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 8647. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 111. nr. 490.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 112., nr. 924.

321 Buda, 1401. mart. 17.

(Bude, f. V. p. Letare.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgen....Capitulo eccl. Budensis...Dicit nobis...Johannes de Maroth banus Machouiensis, quod licet quasdam portiones possessionarias Sambok in Pilisiensi, Perbar et Monaar in Pestiensi comit....existentes...eidem...bano...nove nostre donationis titulo...dederimus, tamen Ladislaus filius Francisci de...Athya (et socii[1])...per assiduas querimonias ipsorum...nostre retulerunt maiestati, quod prefatus...banus in cunctis possessionibus et portionibus possessionariis maiores et plures portiones...sibi ipsi vendicasset et occupasset... Cum tamen...ex causis rationabilibus ipsas portiones...volumus facere separari, vestre (fidelitati)...damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Michael ep. Wesprimiensis, aut magister Stephanus de Debrew thesaurarii nostri, vel Brictius prepositus...Wesprimiensis, sin Gregorius plebanus Pestiensis, seu Paulus prep. eccl. Waciensis capellani nostri..., sive magister Georgius cantor eccl. Tituliensis...ac dicte Waciensis canonicus notarius nostre maiestatis, aliis absentibus homo noster de...curia nostra ad id specialiter transmissus ad facies earundem portionum possessionariarum...vicinis et commetaneis earundem...presentibus accedendo ...easdem...reambulet..., reambulatasque...a quorumcunque...iuribus possessionariis ...separatas...annotato Johanni bano...relinquere debeat...contradictione dictorum Ladislai (et sociorum) non obstante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budensis eccl. 1401. apr. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 8650. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 114., nr. 937. - COMM.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 112., nr. 491.

[1] Qui in litteris nominantur.

322 Buda, 1401. mart. 25.

(Bude, in annunt.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus et villicis, ac quibuslibet aliis iudicibus et iustitiariis regni nostri, ecclesiasticis vidl. et. secularibus...Cum antiqua consuetudine et privilegiata libertate quarumlibet ecclesiarum regni nostri requirente earum prelati et rectores ipsorum iobagiones et familiares inpossessionatos in quibuslibet possessionibus eorum residentes... in causis quibuscunque...exceptis dumtaxat furtu, latrocinio, incendio et aliis publicis casibus criminalibus ipsimet iudicandi habeant facultatem; fidelitati igitur vestre...mandamus..., quatenus religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis, ordinis b. Clare Veteris Budensis in quibuscunque possessionibus earum commorantes...in nullis causis... demptis solummodo...premissis...iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, aut eosdem vel aliquem ipsorum, resque et bona eorundem in vestris possessionibus, tenutis, villis et honoribus, ac vestri in medio prohibere et arrestari facere quovismodo presumatis, signanter pro debitis, delictis, excessibus et offensionibus aliorum. Si qui enim ex vobis quidquam actionis vel questionis contra prenominatos iobagiones et familiares inpossessionatos annotatarum dominarum sanctimonialium habent vel habuerint, id prius in presentia earundem dominarum...vel officialium suorum...prosequantur super eosdem; qui si in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint vel remissi, extunc non iidem iobagiones et familiares inpossessionati contra quos agitur, sed prefate domine sanctimoniales, domine ipsorum, vel ipsorum officiales...in nostram, vel palatini nostri, aut

alterius iudicis ordinarii.presentiam contra querulantes...evocentur, ex parte quorum nos vel iidem palatinus noster, aut iudex ordinarius cuilibet querulanti...iuris et iustitie ac... satisfactionis exhibebimus et impendet complementum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8651. (Sign. ant.: Actor. Claustri Clarissarum Budensium. Fasc. 35. No. 4.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 117., nr. 954.

323 1401. mart. 25.

Magistrus civitatis Veterisbudensis Nicolaum de Senche civem Budensem domum suam desolatam in Veteribuda existentem - facta aestimatione iudicis et iuratorum ac aliorum proborum hominum - pro quinquaginta fl. parvis monasterio b. Mariae virg. de Veteribuda (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum (fracto) sig. flavei col. de filo sericeo rubri col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8652. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 3.) In dorso manu coaeva scripta Littera super locum domus Tributari(ae) penes Danubium existentem adnot. legitur. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda, p. 47., nr. 109.; Zsigmondkori oklt. II. p. 117., nr. 956.

Nos Georgius dictus Safar iudex de Veteribuda, Iohannes de Buda, Michael de Iaurino, Petrus de Erne, Andreas filius Petri iurati et universi cives ac hospites de eadem damus pro memoria omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne simul cum tempore transeant, volumus pervenire, quod in nostram personaliter veniens presentiam providus vir Nicolaus de Senchee, nunc civis civitatis Budensis, dixit et confessus in hunc modum ac etiam petens nos iudicem et iuratos et alios bonos homines, quomodo personaliter ad faciem cuiusdam domus sive sessionis eiusdem in dicta Veteribuda existentem, in vicinitatibus fondorum[a] Andree de Pethy et alterius Andree de Borosienew ac loci tributi religiosarum dominarum prope Donobium[b] habitam, penitus desolatam accederemus ad existimandum[c] pro dictis religiosis dominabus sanctis monialibus[d] in claustro beate Marie virginis de predicta Veteribuda iugiter deo devote orantibus pro certis ipsarum pecuniis existimaremus consientiose(!) ac deum pre oculis habendo. Nos enim iudex et iurati ac alii probi homines ad dictam existimationem[e] dicte domus rogatis et vocatis[f] personaliter procedentes et existimantes[g] predictis dominabus sanctis monialibus[h] de dicto monesterio[i] dicte beate Marie virginis iam de supra dicta Veteribuda pro quintaginta[k] florenis parvis computandis perpetuo tenendam, possidendam pariter et habendam cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis, lapidei ligneisque ac curia super ficie eiusdem habitis et constitutis in vita ac etiam in morte irrevocabiliter. Assumpmens etiam nichilominus prefatus Nicolaus de predicta Senchee prelibatas dominas moniales aut ipsarum familiares ratione previa dicte domus molestare in processu temporum volentibus propriis suis laboribus et expensis iuxta consuetudinem civitatis nostre defendere et expedire contra quoslibet. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras sigillique nostri pendenti[l] monomine[m] roboratas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadraentesimo[n] primo.

[a] recte: fundorum
[b] recte: Danubium
[c] recte: estimandum
[d] recte: sanctimonialibus
[e] recte: estimationem
[f] recte: rogati et vocati
[g] recte: estimantes
[h] recte: sanctimonialibus

[i] recte: monasterio

[k] recte: quinquaginta

[l] recte: pendentis

[m] recte: munimine

[n] recte: quadringentesimo

324 Esztergom, 1401. apr. 10.

(Strigonii, in Quasimodo.) Sigismundus...rex...Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenb. etc(etera)...Capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis... Dicitur nobis in persona nobilis domine Dorothea vocate, filie Benedicti de Pomaz de Neguen, quod ipsa in dominium...possessionum Noguen predicta et Bartafalua vocatarum, in comit. de Baranya existentium, apud manus suas habitarum, ipsam pleno iure concernentium... vellet introire...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Paulus filius Ladislai de Zenthdyenes, aut Barnabas fil. Andree de Nempthy, vel Petrus litteratus de Abolna, sin Paulus fil. Johannis de Zenthiuan...ad facies dictarum possessionum...vicinis et commetaneis...inibi presentibus accedendo, introducat prefatam dominam...in dominium earundem...iure sibi incumbenti perpetuo possidendas...

ORIG.: non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Quinqueecclesiensis 1401. apr. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.430. - ED.: Zichy V. p. 249. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 121., nr. 985.

325 Buda, 1401. apr. 14.

(Bude, in Tiburtii et Valeriani.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. c...., quod ...Demetrius litteratus civis de Veteribuda in personis religiosarum dominarum ordinis s. Clare claustri b. virginis de...Veteribuda exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales... domini Lodouici regis...super facto (tributi victualium)...ipsarum emanatas...supplicans ...nostre maiestati, ut ipsas...transsumpmi facere...dignaremur, quarum tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1363. jan. 21.) Nos...supplicationibus...Demetrii litterati ...nostre...porrectis maiestati favorabiliter inclinati prefatas litteras...transsumpmi faciendo eisdem religiosis dominabus duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 5190. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16.No.2.)

326 1401. apr. 20[1].

(XII. Kal. May.) Andreas prepositus et Capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis... ad univ. not. h. ser. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regis marchionisque Brandenb.... recepimus hunc tenorem continentes: (Vide nr. 324. Sigismundus rex 1401. apr. 10.) Nos...mandatis...domini regis obedire cupientes,...unacum Paulo filio Ladislai de Zenthdyenes...Benedictum chori eccl. nostre clericum...transmisissemus, ipsi demum...nobis retulerunt..., quod...homo regius presente...nostro testimonio feria quinta proxima ante festum b. Georgii martiris[1] ...ad facies...possessionum Neguen et Bartalfalua...vicinis et commetaneis earundem... presentibus accedendo..., nobilem dominam Dorothea vocatam in dominium earundem... introduxisset...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubri et virid.col. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.430. - ED.: Zichy V. p. 249. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 124., nr. 1020.

[1] Error scriptoris aut in dati (apr. 20.), vel in tempore actionis (apr. 21.), ideo tempus actionis corrigi debet in feriam quartam (apr. 20.), alioquin manet "filius ante patrem" natus.

327 1401. maj. 3.

(In inv. crucis.) Nos capit. eccl. Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod...fr. Iohannes prior domus cenobialis b. Laurentii martiris prope Budam fratrum heremitarum ordinis s. Pauli primi heremite sub regula b. Augustini degentium prior generalis ac prioris de Chathka et universorum fratrum de eadem in personis...exhibuit quandam litteram...domini Sigismundi...regis Hungarie...patenter emanatam, petens nos..., ut ipsam...in duo paria transcribi, nostroque sigillo patenter consignari faceremus, ipsisque fratribus heremitis unum par, aliud vero fratribus minoribus ordinis b. Francisci confessoris dare dignaremur ad cautelam, cuius tenor is est: (Vide nr. 240. Sigismundus rex Hungariae 1397. jun. 21.) Nos itaque...petitionibus dicti Iohannis prioris favorabiliter inclinati, predictam litteram regalem...transcribi et nostro sigillo patenter fecimus consignari premissorum ordinum fratribus uberioris rei concedentes ad cautelam...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8841. (Sign. ant.: Actor. Provinc. sub. Monast. Chatka Fasc. 3., No. 2.)

328 Óbuda, 1401. maj. 8.

(Oct. termini oct. Georgii) Praelati, barones et proceres regni Hungariae instrumentalem exhibitionem, quam magistri Petrus et Nicolaus dicti Forgach de Gimes contra Ladislaum filium Nicolai de Hegche in octavis b. Georgii martiris in regia praesentia facere tenebantur, propter motum regni ad octavas festi b. Michaelis archangeli in praesentiam palatinalem prorogant.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio duorum sig. annuleorum - unius rubri, alterius vero viridis col., quibus erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 58.789. (Arch. Famil. Forgách.) - ED.: Századok, 1904., p. 764. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 128., nr. 1057. - MENT.: Zichy, V. p. 255.

Nos universi prelati, barones et proceres regni Hungarie damus pro memoria, quod instrumentalem exhibitionem, quam magistri Petrus et Nicolaus dicti Forgach de Gymes contra Ladislaum filium Nicolai de Hegche iuxta continentiam litterarum regalium prorogatoriarum super factis in quibusdam litteris Detrici palatini adiudicatoriis contentis in octavis festi beati Georgii martiris cum iudicio trium marcarum facere tenebantur in regia presentia, in quo etiam termino idem Nicolaus iudicia tredecim et dimidie marcarum duplatarum cum diplo ac idem Petrus iudicia triginta marcarum duplatarum cum duplo iudici et parti adverse tenebantur, propter motum regni ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas in presentiam palatinalem duximus prorogandam. Datum in Veteribuda, octavo die termini prenotati.

Extus: Pro Ladislao filio Nicolai de Hegche contra magistros Petrum et Nicolaum dictos Forgach de Gymes ad octavas festi beati Michaelis archangeli. Prorogatoria.

329 1401. jun. 13.

(III. Barnabe.) ...Capitulum eccl. Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nob. domina Anna..., rel. condam magnifici viri, domini Stephani filii Stephani filii Lachk palatini coram nobis...confessa extitit...in hunc modum: quod...quandam domum suam in castro Budensi, in vicinitatibus domorum olim magistri Stephani phisici domini regis et... Iohannis prepositi Wesprimiensis vico quodam mediante habitam, per ipsam pro tribus milibus et trecentis fl. auri puri, boni et iusti ponderis, sumptibus scil. propriis suis scrinialibus secum tempore contractus matrimonii...apportatis, mediantibus litteris iudicis et iuratorum civium...castri Budensis emptam...cum omnibus suis utilitatibus, celariis et domibus ac aliis edificiis ligneis et lapideis in superficie eiusdem habitis et constructis claustro beate

virginis monialium per condam...dominam...Elizabyt reginam seniorem...in Weteribuda opere mirifico et sumptuoso fundato et per consequens religiosis dominabus...sanctimonialibus preces pro salute fidelium omnium plasmatori in eodem incessanter fundentibus...in perpetuam elemosinam...donavit...coram nobis iure perpetuo...possidendam..., ac eandem per ipsas...a claustro beate virginis ullo unquam tempore posse alienandam ita..., quod prefata nob. domina Anna...tamdiu, quousque...vita viveret corporali, predictam domum cum suis utilitatibus et proventibus uti valeret...necessitate forsitan ipsam ad hoc compellente...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum sig. de filo sericeo rubri, violacei et viridis coloris pend. In dorso manu coaeva scripta haec adnot. legitur: Legatio domus Budensis, quam heremite tenent. Arch. Nat. Hung. Dl. 8662. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 2.) - TRANSCR.: a) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842.; b) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 70-72.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 289., adnot. nr. 45.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 134., nr. 1122.

330 1401. jun. 24.

(VIII^{o} Kal. Jul.) (Nos) capitulum eccl. Vesprimiensis...ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod...Joannes praepositus Eörsiensis, (can. eccl. Vespr.) ...de bonis a Deo sibi collatis...(altari)...sub...nomine b. Joannis bapt. et Petri et Pauli apost. in corpore dictae eccl. pridem per eum construc(to)...(inter alia) domum seu sessionem suam in civitate Budensi habitam...emptitiam...cum aedificiis in superficie ipsius existentibus...testamentaliter legavisset...(taliter) se ad hoc obligando, ut si...(de) praetacta sessione seu domo sua Budensi aliquam aliam dispositionem faceret, extunc ipse pro huiusmodi sessione seu domo sua alias haereditates et clenodia ad valorem centum et quinquaginta fl. valentes...praescripto altari ac rectori ipsius providere...teneretur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Vespr. 1750. mart. 2. Arch. priv. Cap. Vespr. Sárberény nr. 17. - REG.: Iványi Béla: Könyvek, könyvtárak, könyvnyomdák. Magyar Könyvszemle 36(1929) 41. reg. .5.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 135., reg. 1134.

331 1401. jul. 25.

(In Iacobi)...coram capitulo Albensi...Stephanus filius Tylmani de...Regenzenthamas...sua, ac Iacobi, Iohannis et Ladislai filiorum dicti Tylmani, fratrum suorum uterinorum in personis...(dominum Sigismundum regem Hungariae)...a donatione et collatione castri ipsorum Symontornya vocati et suarum pertinentiarum, ac...dominum Iohannem archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, necnon Nicolaum et Stephanum, filios Iohannis de Kanisa ab impetratione et receptione...et sibi ipsis perpetuatione dicti castri et possessionum ad idem pertinentium prohibuissent...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593. No. 7.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 139., nr. 1166.

332 Buda, 1401. aug. 4.

Georgius filius Ykach de Kwsal, mag. tavarn. reg., cum praelatis et baronibus regni Hungariae protunc Albae existentibus visis iuribus nobilis dominae Annae, relictae condam domini Stephani palatini, quandam domum in castro Budensi habitam, per Sigismundum regem ab ea ablatam et Hermanno comiti Ciliae minus iuste collatam fuisse reperissent, ob hoc idem mag. tavarn. reg. ex officio sibi incumbenti eandem domum dictae dominae adiudicasset, ac per hominem suum et Iohannem litteratum,

iuratum civem Budensem eaedem restitui commisisset. Qua restatutione peracta dictus mag. tavarn. reg. praefatam domum dictae dominae Annae perpetuo possidendam reliquisset.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. manu incerti auctoris saec. XV. est scripta. In dorso haec adnot. coaeva legitur: De domo Budensi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8618. (Sign. ant. V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 3.) - TRANSCR.: a) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842.; b) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 140., nr. 1177.

Nos Georgius filius Ykach de Kwsal, magister thavarnicorum regalium comitatumque de Zabolch tenens pro honore memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobis secundo die festi beati Iacobi apostoli proxime preteriti[1] unacum prelatis et baronibus regni Hungarie universis Albe existentibus discretus vir, dominus Iohannes procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de Veteri Buda pro nobili domina Anna vocata, relicta condam domini Stephani palatini cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Budensis ad nostram et eorundem prelatorum et baronum regni veniens in presentiam, et exhibitione quarundam litterarum Marci Stoÿan, iudicis et iuratorum civium Budensium in vigilia festi nativitatis domini anno eiusdem M°CCC° nonagesimo quinto patenter editarum[2] quandam domum in vicinitate domorum olim magistri Stephani phisici domini regis et honorabilis viri domini Iohannis prepositi ecclesie Vesprimiensis vico quodam mediante habitam, in castro Budensi situatam, prefate domine de iure pertinentem fore et pertinere declarantium, eandemque domum per dominum regem Sigismundum indebite et minus iuste ablatam et comiti Cilie collatam fuisse et existere asserens, eidem domine de remedio per ipsos prelatos et barones supplicavit providere opportuno. Quibus perceptis, quia iidem prelati et barones prefatam domum dicte domine Anne per antefatum dominum nostrum Sigismundum regem indebite et minus iuste ab eadem domina ablatam et prefato comiti Cilie collatam fuisse in memoriam reducentes recordabantur, et eandem domum prefate domine restatuendam decernebant, nobis pro eo, quia magis id nostro, quam aliorum incumbit officio, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis prefate domine restatuere oretenus commiserunt, pro eo cum nos ad nostram restatutionem faciendam hominem nostrum, videlicet magistrum Petrum de Bozyas, vices nostras in iudicatu gerentem et Iohannem litteratum, civem iuratum Budensem destinassemus, iidem demum ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi feria secunda, videlicet in festo ad vincula beati petri apostoli proxime preterito[3] ad superficiem domus prefate accedendo eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, presentibus vicinis eiusdem domus, nullo contradictore apparente, prefate domine Anna vocate, relicte prefati domini Stephani palatini perpetue possidendam et tenendam statuissent. Quorum quidem, iidem[a] nostri hominis et dicti Iohannis litterati, iurati civis Budensis relatione facta et percepta, quia tempore premisse restatutionis prescripte domus nullus contradictor apparuit, pro eo nos eandem domum antefate domine modo premisso restatutam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis eidem domine reliquimus et commisimus perpetue possidendam, tenendam, pariter et habendam, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales auttentici sigilli nostri munimine roboratas eidem domine Anne duximus concedendas. Datum Bude, quarto die diei restatutionis prenotate, anno domini M° quadringentesimo primo.

[1] 1401. jul. 26.

[2] 1395. dec. 24. Vide nr. 197.

[3] 1401. aug. 1.

[a] recte: eiusdem

333 Óbuda, 1401. aug. 10.

In nomine domini amen. Per hoc...publ. instrumentum...pateat...de anno a nat. domini millesimo quadringentesimo primo, Indict. nona, decima die mensis Augusti, hora quasi vesperarum in claustro b. Francisci conf. de Veteri Buda Vespr. dioc., pontific .... Bonifatii...pape noni anno duodec. in mei (Andree Dionisii de Sirmia, cler. Quinqueeccl. dioc.) notarii publ....testiumque subscriptorum presentia constitutus...rel. vir, fr. Gallus ord. fr. predicatorum...in personis rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Insula Danubii exhibuit quasdam duas litteras...dominorum Johannis vigesimi secundi[1] et Martini paparum quarti[2]...petens..., ut easdem...sub instrumento meo publico ...sibi dare deberem..., quod et feci...Acta sunt hec...presentibus...fr. Martino preposito eccl. b. Michaelis archangeli de Insula Danubii ord. Premonst. Vespr. dioc...., Paulo et Andrea ord. fr. minorum, item Thoma de Sarwar canonico prebendario eccl. b. Petri apost. de Veteribuda..., Francisco b. Margarethe virg. et mart. de...Veteribuda et Johanne b. Martini de Sempte ecclesiarum plebanis Vespr. et Strigon. dioc., aliisque... idoneis testibus...

ORIG.: Membr. cum signo notariali notarii publ. superius nominati. Bibl. Univ. Budapest. Coll. Mss. Dipl. nr. 8. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 62-65. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 141., nr. 1188.

[1] Johannes papa XXII. 1327. jan. 28. (Ed. Fejér: CD. X/4. p. 62-65.)

[2] Martinus papa IV. 1283. jul. 23. (Fejér: CD. X/4. p. 63-64.)

334 Buda, 1401. aug. 31.

(Bude, die ult. Aug.)...in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia ...prudens vir Hertel iudex oppidi Budensis, Vesprimiensis diocesis..., quandam litteram patentem...in carta pergamenea conscriptam...michi...tradidit petens, ut eandem... transscriberem...et in publicam formam redegerem...sic..., quod ipsi...plena fides posset adhiberi. Cuius...tenor...est talis: (Vide nr. 231 Sigismundus rex. Hung. 1397. apr. 6.) Acta sunt hec Bude, in domo habitationis consuete dicti Hertel iudicis...pro parte priorisse et conventus dominarum sanctimonialium (de Insula leporum) ipso Hertel petente presentibus nobilibus et prudentibus viris dominis Ladislao quondam Stephani Lorandi et Nicolai de Agria iurato, oppidanis Budensibus...testibus fidedignis ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

ORIG.: Membr. transversa cum signo et subscriptione Nicolai de Marienwerder clerici olim coniugati Pomeraniensis dioc. imp. auct. notarii publ. In dorso manu saec. XV. scripta haec adnot. legitur: Laius es Sigmond kiralioknak leuelinek masya, kiuel meg hytta vamnak nem adasath. Arch. Nat. Hung. Dl. 8288. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 22., No. 23.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 146., nr. 1219.

335 Kanizsa, 1401. sept. 3.

(In Kanysa, sab. p. Egidii.) Nos Stephanus filius Iohannis de Kanysa, alias ianitorum regalium mag. et comes Symigiensis significamus quibus exp. univ., quod...illos pannos, quos mag. Emericus filius Gyula de Ratolth pridem, anno vidl. in presenti a quibusdam gallicis, scil. mercatoribus Budensibus prope civitatem Wesprimiensem, via in libera versus Budam cum eisdem pannos properantibus more latrocinio cum suis asseclis ad certum scitum prelatorum et baronum ac multorum regni procerum et alterius status hominum abstulerat, idemque Emericus eosdem pannos in castro Segwar..., ut huiusmodi crimen suum et ipsos pannos celare posset, absconderat, per nobilem virum, Benkew de Debrente, familiarem nostrum...ab eodem Emerico auferri...fecimus..., super quibus ...pannis...ex nostro...mandato ablatis ipsum Benkew ab eodem Emerico ac aliis quibuslibet semper et ubique nos expedire et liberare debere firmiter obligando assumpsimus...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari viridis coloris impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.769. (Arch. Mus. Nat.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 146., nr. 1221.

336 Roma, 1401. oct. 16.

(Rome, ap. s. Petrum, XVI. Kal. Nov., a. XI.) Bonifatius (papa IX.)...episcopo Tudensi et...s. Marie Zagrabiensis ac s. Marie de Lanstroz Aquilegensis dioc. monasteriorum abbatibus...Vite ac morum honestas..., super quibus apud nos...Dyonisius Mathei de Crisio, canonicus Zagrabiensis...commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque ...custodia eccl. s. Spiritus Chasmensis Zagrabien. dioc. ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod...Thomas Brumeni, rector parochialis eccl. b. Virginis Alba dicte, site prope Budam Veterem Vespr. dioc., olim dictam custodiam, que curata est, nunc obtinens, prefatam paroch. ecclesiam, tunc vacantem...auctoritate ordinaria sibi collatam extitit pacifice assecutus..., discretioni vestre...mandamus, quatenus custodiam predictam..., cuius fructus viginti quinque marcharum argenti...valorem annuum non excedunt, prefato Dyonisio auctoritate nostra conferre...curetis...

ORIG.: Desideratur. - ED.: (breviter) Mon. Vat. Hung. I/4. p. 382. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 98.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 151., nr. 1270.

337 1401. nov. 25.

(IX. die reamb./ f. V. a. Elizabeth.) Capitulum ecclesie Vaciensis Detrico Bebek de Pelsewch regni Hung. palatino; ad (cuius) reambulatorium mandatum...in Vissegrad, in f. b. Galli...a. d. millesimo quadringentesimo primo emanatum[1]...Andreas chori (dictae ecclesiae) presbiter unacum Stephano de Harkan, homine (eiusdem palatini), f. V. a. f. b. Elizabet regine[2]...ad faciem...possessionis Wereb accedendo, ipsam...per suas veras...metas reambulassent; (quarum una) versus plagam orientalem transeundo descendit ad viam magnam seu publicam, per quam itur de Chytnek et de partibus superioribus versus Budam...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo viridis col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8672. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 39. No. 64.) - REG. Zsigmondkori oklt. II/1. p. 155-156., nr. 1312.

[1] 1401. oct. 16.

[2] Nov. 17.

338 1402. jan. 2.

(II. die circumcis.)...Capit. ecclesie Budensis...ad univ. h. s. volumus pervenire, quod nobilis domina Anna, relicta magistri Nicolai filii condam Dominici bani de Sarkan in nostram...veniendo presentiam proposuit...in hunc modum: Quod ipsa...de universis suis bonis et rebus a deo sibi collatis suum ultimum...condidisset testamentum per hunc modum, quod...sepulturam in claustro b. virginis sanctimonialium in Veteribuda fundato sibi elegisset, cui...ad fabricam sive restaurationem eiusdem de equis suis equatialibus duodecim equas equatiales iuvenes, item domum seu sessionem suam in...Veteribuda, in contigua vicinitate domus Iohannis dicti de Buda, civis de eadem, habitam,in qua nunc specialem faceret residentiam simul cum celario ac domibus inferioribus et superioribus aliisque cunctis edificiis in superficie eiusdem habitis et constructis, lapideis vidl. et ligneis, necnon sex equos equatiales claustro sancti Michaelis archangeli de Leweld et per consequens fratribus ordinis Cartusiensis...in elemosinam perpetuam; item alias sex equos equatiales claustro sancte Anne matris Marie in civitate Strigoniensi constructo seu ad fabricam eiusdem; item...Iohanni archiepiscopo Strigoniensi decem equos equatiales ita..., ut idem ...eosdem...ad restaurationem...ecclesie Strigoniensis vel capelle sue ibidem fundate daret...; item nobili domine Katherina vocate, relicte Francisci dicti Chiko, filie sue ac

filiis eiusdem duodecim equos equatiales legasset...tali modo, quod...presens votum suum ...nec in vita, nec in morte immutare vel retractare, aut aliter disponere valeret, neque per quospiam quomodolibet posset impediri, sed idem in suo vigore...incommutabiliter... remaneret. Adiecit nichilominus eadem...domina, ut si ipsa in eventu temporis...aliquas res suas ab ipsa alienatas...reaquirere...non posset, extunc...memorata nobilis domina Katherina...filia sua nomine suo huiusmodi res suas ab obtentoribus earundem repetendi et tramite iuris reacquirendi...et sibi applicandi haberet facultatem...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri et flavei coloris pendenti. In dorso manu saec. XV. Testamentum super domo in Veteribuda adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8691. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 4.) - REG. Bártfai Szabó: Óbuda p. 98., nr. 111.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 166., nr. 1387.

339 Szakolca, 1402. jan. 22.

(In Zakolcha, in Vincentii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie ..., marchio Brandenb....m. comm. t. pr. signif. quibus exp. universis: Quod...nos considerantes...fidelitatis operosa servitia, que...cives et incole civitatis nostre Bartfa nuncupate dum tempore et presertim per totum tempus tribulationis nostre de anno proxime preterito multis impensis, pluribus dampnis et maximis non parcentes laboribus...nobis et sacre eiusdem regni corone...adherentes...impenderunt; advertentes etiam...predictorum civium iuxta congruitatem situs civitatis ipsorum emandata conditione accessu publico magnum et perutile procurare posset et efficere commodum regno nostro: Volentes...pro tantis fidelitatum beneficiis prefatis...civibus de Bartfa nos exhiberi liberales, ...de certa nostra scientia prelatorumque et baronum regni nostri Hungarie deliberata consultatione prehabita ipsos et civitatem eorum...infrascriptis gratiis duximus premiandos ita..., quod extunc...vigore presentium...statuimus, ut in antea omnes et singuli mercatores et commutatores indigene vel forenses, qui mercantias aut res venales seu bona commutabilia, cuiuscunque speciei vel maneriei fuerint, forenses de Polonia et Russia, quibus propter bonum et comodum ipsorum nostrorum fidelium incolarum et civitatis de Bartfa quemlibet quartum denarium de solvendis tricesimis nostris presentium patrocinio relaxamus, indigene vero universi universaliter et singuli singulariter intra vel extra regnum nostrum antefatum portantes, ducentes aut vehentes ad pretactam civitatem nostram per vias et stratas communes antiqua et licita consuetudine ad eandem tendentes importaverint seu fecerint quomodolibet importari, illi universas res et bona ibidem deponere sive reponere nec inde asportare, sed ibidem religare, ponderare, equabria mensurare ac vendere vel comutare finalemque compositionem ibidem facere undecumque venientes teneantur et debeant per omnia iuxta ritus et consuetudines in aliis regni nostri locis et civitatibus circa depositionem rerum mercimonialium hactenus solitas observare. Annuimus etiam et sancimus..., ut prefati nostri fideles de Bartfa possint secure et libere transire cum universis rebus suis mercimonialibus per universa regnorum nostrorum predictorum climata etiam ad Segniam et ultra ad partes marittimas vel trans mare, ubi voluerint, libertate quapiam nostre civitati Budensi per nos prius concessa penitus non obstante. Item ut iidem nostri fideles adhuc nostris amplioribus se sentiant gratiis remuneratos ipsis de universis rebus ipsorum mercimonialibus per omnia regna nostra in nostris tributis regalibus in eundo et redeundo nullum tributum nullamve tributariam pensionem solvere teneantur...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. civitatis Bartfa (Bardejov). Privilegia D. nr. 8. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Iványi: Bártfa nr. 8.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 167-168., nr. 1411.

340 Praha, 1402. febr. 20.

(Febr. 2.) Anno domini 1402. (in Universitate Pragensi) magistro Nicolao de Lythomysl vicecancellario et (in Facultate Phil.) magistro Johanne de Hussynecz protunc decano, magistro Johanne Artsen et magistro Erasmo de Nyssa, ac magistro Heningo de Hildissen examinatoribus magistrandorum, admissi sunt...(inter alios) Gregorius de Buda et Wenceslaus de Chrudim sub magistro Joanne de Hussinecz; inceperunt die 2. Februarii.

ORIG.: Liber matric. Univ. Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Univ. Pragensis I/1. p. 369. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 174., nr. 1458.

341 Zólyom, 1402. maj. 20.

(Sabb. a. Trinit.)...circumspectus Etvesch Andreas iuratus de Pesth personaliter constitutus ex parte certorum debitorum, vidl. lx. fl., quos sibi obligatur providus Anthonius Hroza, civis Veteryzoliensis pro vinis, talem inter se unionem fecerunt coram circumspecto Gabriele Czachario presente iudice Zoliensi, Nicolao Mwgy iurato et notario, et Velffgando (!) Fiser de Pest civi (!), ac aliis fidedignis hominibus tali modo, quod Anthonius Hroza debitor de illis sexaginta fl. partem, vidl. fl. viginti, in festo s. Nicolai[1] ...omnimode, sine expensis, ad Pest transmittere...teneatur... Item pro reliquo vero debito, vidl. fl. quadraginta residuis domum, agros et prata ac bona omnia mobilis e singula immobilia sua ipsius Anthonii Hroza arrestando prohibuit sicut primus creditor tamdiu, quosque de eisdem fl. plenariam...solutionem non fecerit. Et propter futuram evidentiam memorie ad Regestum civitatis fecimus signari etc(etera), duos agros, equos, duos boves, quattuor vaccas.

ORIG.: Registrum civit. Zoliensis (Zvolen). - ED.: Sasinek N.: Müvelődéstörténeti adatok Zólyom város számadásaiból. Tört. Tár. 1893. p. 363.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 196., nr. 1651.

[1] Dec. 6.

342 1402. maj. 29.

(F. II. p. corp. Chr.) Nos Capit. ecclesie Budensis m. c. t. pr. signific. quibus exp. univ., quod Demetrius litteratus civis de Veteribuda, ...procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de eadem Veteribuda...exhibuit nobis quasdam litteras condam...Lodouici regis...petens nos..., ut easdem...transscribi facere dignaremur pro...dominabus antedictis..., quarum tenor is est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1367. sept. 16.) Nos itaque...prefati Demetrii litterati petitionibus...annuentes pretactas litteras...presentibus litteris nostris...transscribi fecimus pro ...dominabus prenotatis...

ORIG.: a) Membr. cum plica et sig. de filo sericeo ferruginei coloris pendenti. Arch. Nat. Hung. Dl. 5591. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 12. No. 18.) b) Sicut sub a). Arch. Nat. Hung. Dl. 5592. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 11.)

343 1402. jun. 25.

Magistratus civitatis Budensis - iudici, iuratisque civibus civitatis Vaciensis: Cum lege et consuetudine civitatis eorum dictantibus non sit licitum sententiam iuridice latam ad cuiuspiam instantiam reiterare aut variare, ideo nec sententiam pro parte Georgii civis Visegradiensis contra Antonium carnificem civem Vaciensem ab ipsis declaratam vellent immutare.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris rubri col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.776. - REG. et ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 118., nr. 492.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 208., nr. 1742.

Ad quevis vobis grata pronum animum complacendi, providi viri, amici carissimi, pro parte Georgii concivis Wysegradiensis propositum extitit cum querela, quomodo licet nos pridem super litis materia inter ipsum ab una et Anthonium carnificem concivem vestrum parte ab altera coram vobis a dudum ventillata et demum per vos nostre deliberationi transmisisse, deum et iustitiam pre oculis habendo ac ad vestre petitionis instantiam sententiam declarassemus multam claram, tamen idem Anthonius in dicto nostro iudicio contentari non volens, dictam causam vice iterata duxit ad nostri presentiam transmittendam, unde cum

lege et consuetudine nostre civitatis dictantibus, non licitum sit nobis sententiam iuridice latam ad cuiuspiam instantiam reiterare aut variare modo aliquali. Quod sentiens quidam Michael dictus Weres legitimus procurator dicti Anthonii carnificis, quod sententiam iuridice latam noluimus variare, contra nos super eo diversas extendit querelas, quomodo nos favore et petitionibus dicti Georgii allecti dictam sententiam non vellemus immutare, in quo facto idem Michael nobis non modicas, ymmo multipharias iniurias intulit et inferre non cessat de presenti in nostri iuris preiudicium multum grande. Super quo vestras amicitias requirentes seriosius rogamus precibus attentis, quatenus dictam sententiam partes inter premissas per nos iuridice latam in ipsius vigore conservantes, dictum Michaelem super premissis iniuriis nobis minus iuste irrogatis pena plenaria punire velitis, prout cupitis, ut de cetero vobis in quibus ad nos recursum habueritis, complacere studeamus, alioquin scituri, quod si dictum Michaelem super premissis suis excessibus punire dissimulaveritis, extunc amplius et in antea vobis et vestris in nullo penitus volumus complacere. Datum dominica proxima post festum nativitatis beati Iohannis baptiste, anno domini M°CCCC° secundo.

Iudex et iurati cives castri Budensis.

Prudentibus viris: iudici iuratisque civibus civitatis Waciensis, amicis nostris carissimis.

344 Roma, 1402. jul. 8.

(Rome, ap. s. Petrum, VIII. Idus Jul., a. XV.) Bonifatius (papa IX.) preposito eccl. s. Salvatoris de Papuch, Jauriensis dioc....Stephani Johannis, fratris domus s. Trinitatis de Calidis aquis prope Budam, ord. Cruciferorum, Vespr. dioc., petitio continebat, quod olim...Johannes episcopus Jauriensis...capellam s. Trinitatis...prope ecclesiam Jauriensem...fundavit...et...eandem prefato Stephano...contulit...; cum autem ipse... dubitet collationem predictam...viribus non subsistere..., nos...discretioni tue mandamus, quatenus...capellam predictam..., cuius fructus triginta marcharum argenti...valorem annuum non excedunt, eidem Stephano auctoritate nostra conferas...

ORIG.: Arch. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia anni XV. Liber II. alias 162., fol. 20^{v}. - ED.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 603. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 292., nr. 3298.

345 Roma, 1402. jul. 24.

(Rome, ap. s. Petrum, IX. Kal. Aug., a. XIII.) Bonifatius (papa IX.)..episcopo Luthomirsbusiensi...Exhibita...nobis pro parte...Johannis de Usk prepositi eccl. Quinqueeccclesiensis... petitio continebat, quod olim prepositura eccl. s. Martini Posonien. dioc. Strigonien....vacante..., Sigismundus rex Ungarie...prefatum Johannem ad huiusmodi preposituram...Johanni archiepiscopo Strigonien....presentaverat. Cum autem...prefatus Johannes dubitet, presentationem huiusmodi viribus non subsistere, nos volentes - eundem Johannem, qui...eiusdem Sigismundi regis cancellarius existit et ...qui...preposituram Quinqueecclesiensem..., necnon parochialem ecclesiam s. Marie in Buda Vespr. dioc. ... obtinebat, et unum aliud beneficium curatum...cum prepositura et parochiali eccl. incomparabile si sibi alias canonice conferatur... recipere et usque ad triennium unacum prepositura eccl. Quinqueecclesiensis et parochiali eccl.predictis retinere...licite posset, per alias nostras litteras dispensavimus... - favore prosequi gratioso, paternitati tue...mandamus, quatenus prepositurum eccl. s. Martini..., cuius fructus triginta marcharum argenti puri ...valorem annuum non excedunt..., prefato Johanni auctoritate nostra conferre...procures ...; non obstantibus..., quod idem Johannes...prepositurum...eccl. Quinqueecclesiensis ac parochialem ecclesiam prefatas, quorum fructus ducentorum marcharum argenti...valorem annuum non excedunt, adhuc noscitur obtinere...

ORIG.: Desideratur. - ED.:(breviter) Mon. Vat. Hung. I/4. p. 453-454.; Mon. Rom. Vespr. II. p. 338. - REG.: Mon. Vat. Bohem. V/2. p. 1124.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 213., nr. 1794.

346 Roma, 1402. aug. 18.

(Rome, ap. S. Petrum. XV. Kal. Sept., a. XIII.) Bonifatius (papa IX.) Vaciensi et...Tudensi episcopis ac... officiali Vesprimiensi... Litterarum scientia...aliaque... merita, super quibus apud nos...Johannes Wrede, canonicus prebendatus eccl. s. Petri Veterisbude, Vespr. dioc. magister in artibus...commendatur, nos inducunt, ut... lectoratu dicte ecclesie...vacante, ...rex Sigismundus dictum lectoratum...eidem... auctoritate regia...contulit et de illo etiam sibi providit...Cum autem...idem Johannes dubitet...collationem...huiusmodi...viribus non subsistere..., discretioni vestre... mandamus, quatenus...lectoratum predictum, cuius fructus...centum fl....valorem annuum non excedunt..., eidem...auctoritate nostra conferre...curetis, non obstantibus..., quod ipse...canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus...quadraginta fl. auri... valorem annuum non excedunt, noscatur obtinere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia a. XIII. Vol. Rubrum B. fol. 92^{v}. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 448-449.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 219., nr. 1838.

347 Dévény, 1402. sept. 8.

(in villa Dewen, in nat. Marie.) Sigismundus ...rex Hungarie...iudici iuratisque civibus nostre civitatis Cassoviensis. Quemadmodum Meynhardus civis noster de Lewcza sexingentos et quadragintasex fl. auri Iohannis Frank dicti de Ianua pro se et...Iohanne Elmpek cive Budensi ratione dampnorum per Bartholomeum de Grimaldis, capitaneum Ianuensem condam in Calatria constitutum illatorum in vestri medio arrestasse perhibetur, ita nos iuxta pristinam annuentiam nostram eisdem super arrestatione Ianuensium ac rerum et bonorum eorundem concessam, pretactos fl. eis debere cedere omnino volentes, fidelitati vestre...precipimus..., quatenus pretactos fl. annotatis Meynhardo et Iohanni...efficaciter amministrare debeatis, contradictione...Iohannis Frank et aliorum quorumlibet non obstante...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. Sub sig. Propria commissio domini regis not. canc. legitur. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Coll. Schwarzenbachiana nr. 28. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

348 Dévény, 1402. sept. 8.

(In Dewen, in nat. Marie.) Sigismundus...rex Hungarie...magnifico Nicolao Treutel magistro tavarn. nostrorum eiusque vicesgerenti...Quia nos...Iohanni Elempek Budensi et Meynhardo de Lewcha civibus et ipsorum sociis dudum per nostras litteras et nuper etiam per...annuentiam... facultatem attribuimus, ut ipsi quoslibet mercatores et alios Ianuenses arrestare et ubique prohiberi facere valeant pro dampnis et ablationibus eis per Bartholomeum de Grimaldis capitaneum in Callatrea contra litteras salviconductus ipsis per Malchion de Spinula potestatem Peyrensem concessi irrogatis, ipsique nuper sexingentos et quadraginta sex fl. auri Iohannis dicti Frank de...Ianua iuxta premissam nostram annuentiam per iudicem et iuratos cives nostre civit. Cassoviensis arrestare fecerint et prohibere, ideo nos per alias nostras litteras precipientes dictis iudici et civibus, ut...Iohannem Elempek et Meynhardum in huiusmodi arrestatione conservando, ipsis pretactos fl. amministrent efficaciter et assignent. Fidelitati vestre...mandamus, quatenus vos...de facto arrestationis non intromittatis, neque prefatos cives de Cassa, ac...Iohannem Elempek et Meynhardum occasione premissa aggravetis nec quomodolibet perturbetis, licet...premissum negotium iudicium vestrum...videatur concernere, tamen quia...tam prohibentes, quam arrestari facientes idem factum de nostra commissione peregerunt, ideo eosdem...pretextu annotati negotii non pretendimus impediri...quovismodo...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. Sub. sig. aliquot littere not. canc. videntur. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana nr. 29. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 223-224., nr. 1882.

349 Pozsony, 1402. sept. 19.

(Posony, f. III. a. Mathei.) Sigismundus...rex...Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et quibuscunque aliis cuiuscunque conditionis hominibus tributa tam in terris, quam super aquas ubique intra ambitum regni nostri habentibus, tenentibus, nostrisque et eorundem tributariis in Buda et Thata et signanter capitulo Albensi et castellani de Komaron...In personis...civium nostrorum de Posonio nostre conquestum extitit maiestati, quod vos contra ipsorum libertatis prerogativam per ...nostros...predecessores ipsis concessam, per nosque mediantibus aliis litteris nostris confirmatam de rebus ipsorum mercimonialibus tributum exigi facere niteremini et velletis...Super quo fidelitati vestre firmiter iniungimus, quatenus de dictis rebus mercimonialibus prefatorum...civium nostrorum et earum conductoribus amodo inantea nullum tributum...petere vel exigere aut recipere presumpmatis, sed ipsos...et eorum homines cum...eorum rebus mercimonialibus transeuntes in eundo et redeundo semper de locis tributorum vestrorum iuxta continentias dictarum aliarum litterarum nostrarum super premissa eorum libertate confectarum pacifice...et sine tributaria exactione abire permittatis et pertransire, nullum impedimentum...eisdem...inferentes...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Ad contenta aliarum litterarum not. canc. est scripta. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 624. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Fejér: CD. X/4. p. 61. (ment.); Zsigmondkori oklt. II/1. p. 226., nr. 1907.

350 Pozsony, 1402. sept. 21.

(Posonii, in Mathaei.) Nos prelati, barones, proceres ac civitates regni Hungarie universi recognoscimus per presentes...quemadmodum dominus Sigismundus...rex Hungarie etc(etera) de nostris scitu et consensu, consilio et voluntate...suum regnum Hungarie cum omnibus et singulis regnis, principatibus, ducatibus, provinciis, comitatibus, dominiis, castris, civitatibus, homagiis, hominibus et bonis...donatione pura, libera et irrevocabiliter donavit, appropriavit, ac dedit...domino duci Alberto, duci Austrie etc(etera) tali conditione, quod si dominum nostrum Sigismundum ante prefatum ducem Albertum decedere contingeret absque filio legitimo..., extunc illud idem regnum Hungarie cum omnibus suis pertinentiis... ad eundem...ducem Albertum...iure hereditario libere devolvatur...

ORIG.: Membr. cum plica et centum et duodecim sigillis de ligaminibus membr. duplicium caudarum pendentibus, de quibus octavum Nicolai comitis capellae regiae, nonum Zuborii castellani Budensis, centesimum undecimum Civitatis Posoniensis et centesimum duodecimum Civitatis Soproniensis consensum testantur. Haus-, Hof- und Staatsarch. Wien. Rep. XVI. 1402. sept. 21. - ED.: Kovachich: Supplementum II. p. 295.; Katona: Hist. crit. XI. p. 1790.; Kurz: Albrecht IV/I. p. 226.; Fejér: CD. X/4. p. 134-140.; Cod. Dipl. Moraviae XIII. p. 235. - REG.: Lichnowsky V. p. 510.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 227., nr. 1917.

351 Pozsony, 1402. oct. 1.

(Posonii, dom. p. Michaelis.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm....., quod quamquam nos in nonnullis civitatibus in metis regni nostri situatis depositiones mercantiarum tam per regnicolas, quam extraneos fiendas nuper duxerimus instituendas, tamen habitis matura deliberatione sanoque consilio...prelatorum, baronum et procerum regni nostri, ymmo etiam presentibus civibus civitatum nostrarum pro disponendis et ordinandis hiis, que ad utilitatem...et augmentum regni et regnicolarum nostrorum requiruntur, prelibatas depositiones noviter institutas abolentes...antiquas mercantiarum depositiones, que in certis civitatibus regni nostri, quarum una Cassa existit, ...ab antiquo institute fore taliter renovare...decrevimus...presentium per vigorem, utputa, quod solummodo mercatores, institores et commutatores extranei de quibuscunque regnis, ducatibus, marchionatibus, provinciis et terris in regnum nostrum cum mercantiis et quibuslibet rebus

seu bonis venalibus emptitiis et commutabilibus venientes et pergentes in pretactis civitatibus et signanter in dicta Cassa, dummodo per stratas seu vias illac de consuetudine tendentes processerint, easdem mercantias, res et bona vendere, commutare, aliasque commutationes, emptiones et cambium inibi tantummodo et non in aliis civitatibus seu locis regni nostri debeant exercere, non obstantibus litteris, quas pretactis civitatibus in metis regni nostri constitutis noviter concessimus super huiusmodi depositionibus mercantiarum; hoc etiam expresse declarato, quod nullus regnicolarum nostrorum, signanter mercatorum cum alienis seu extraneis mercatoribus et commutatoribus unionem in mercantiis aut societatem ac commercium sub pena capitali et perditionis rerum ac bonorum suorum habere debeat quovismodo. Regnicole vero seu incole mercatores, institores et commutatores regni nostri, omnes et singuli cum universis et quibuslibet mercantiis, rebus venalibus et bonis commutabilibus ab huiusmodi depositionibus exempti et liberi existendo ubilibet in regno nostro et extra ipsum regnum per quascunque metas ad quelibet regna, ducatus, marchionatus, provincias et terras, quo maluerint, se transferant et procedant, salvis tamen tricesimis et tributis, quas et que more solito solvere teneantur, demptis dumtaxat mercatoribus, institoribus et commutatoribus de omnibus partibus Transsilvanis, quos ab huiusmodi depositionibus antiquis, in pretactis locis, signanter in Cassa faciendis non eximimus, neque libertamus, cumque in...civitate nostra Cassoviensi modo prehabito depositiones mercantiarum prius extiterint, quas adhuc, ut premittitur, ibidem fore permanere intendimus, ita vidl., quod mercatores extranei per stratam seu viam ad...Cassoviam tendentem procedentes non ulterus se transferant, sed quaslibet emptiones, venditiones et commutationes, signanter etiam cambium in...Cassa exerceant modo ac forma et sub penis prenotatis. Pro parte autem civium mercatorum, institorum et commutatorum de...Cassa mandamus... nostris prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et officialibus, signanter autem iudicibus iuratisque civibus et communitatibus civitatum nostrarum Budensis et Lewczensis ac aliis cuiuscunque status, gradus et conditionis hominibus, quibus expedit aut expedierit quovismodo, quatenus prefatos cives mercatores, institores et commutatores de Cassa cum rebus et mercantiis ac quibuslibęt rebus ipsorum per ipsorum medium ac alias quaslibet civitates, possessiones, tenutas et honores, solutis dumtaxat tricesimis et tributis iustis in locis consuetis, ad depositionem eorundem rerum et bonorum nullatenus...compellant, sed ipsos per easdem civitates et alia loca ad quelibet loca regni et etiam extra regnum, quo pretenderint, procedere permittant...non obstantibus quibuscunque litteris in contrarium presentium datis vel dandis. Et hec in...Cassa, necnon Budensi et Lewczensi civitatibus ac aliis foris et locis publicis palam mandamus proclamari...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine not. canc.: Commissio propria domini regis est scripta. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Variarum familiarum litterae. Deposit. nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Hajnik: Századok 2(1868) p. 154. (partim). - REG.: Hajnik: Századok 2(1868) p. 154.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 231., nr. 949.

352 1402. nov. 9.

Magistratus civitatis Budensis Michaelem custodem seu Thesaurarium et canonicum collegiatae ecclesiae Budensis quandam domum suam Budae habitam claustro s. Laurentii et Pauli primi eremitae prope Budam fundato donasse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8857. (Sign. ant.: Fasc. 35. No. 1. et V. Fasc. 8. No. 1.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 244., nr. 2043. - MENT.: Zákonyi: Századok 45(1911) p. 694.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 294., not. 79.

Nos Andreas filius Fridrici iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod honorabilis vir dominus Michael custos seu thesaurarius et canonicus collegiate ecclesie Budensis coram nobis personaliter constitutus aperta nobis sua salubri intentione proposuit ac sponte et liberaliter confessus extitit viva voce in hunc modum: Quod ipse divina inspirante clementia sanctam salubremque devotionem deo servientibus manus elargiri caritatis, de quibus pie confiditur et orationibus eorum assiduis ira sumpmi iudicis misericorditer flectitur et celestis aule ianua clementer aperitur,

cupiens enim terrena pro celestibus et transitoria pro eternis felici commercio commutare, pia et provida deliberatione in se prehabita, nolens morte preveniri, sed potius eandem prevenire, quandam domum seu sessionem suam in castro Budensi predicto, in vicinitatibus domorum magistri Iohannis Saracheni et Petri Galici sitam et existentem cum pecunia per condam magnificum virum dominum Stephanum palatinum et comitem Zagorie, dominum suum laudande memorie pro suis meritoriis servitiis ad hoc sibi data et assignata comparatam, uti idem dominus Michael custos referebat, cum omnibus suis utilitatibus ac domibus superioribus et inferioribus aliisque cunctis edificiis ligneis et lapideis in superficie eiusdem habitis et constitutis cenobio seu claustro sanctorum Laurentii et Pauli primi heremite prope Budam constructo et per consequens fratribus heremitis ordinis ipsius sancti Pauli in eodem degentibus ob spem et devotionem, quam ad eosdem beatos Laurentium et Paulum a gradibus sue pueritie habuisset et haberet, quorum precum instantia nedum in terris, verum etiam in celesti patria sperat confoveri, dedisset, donasset et assignasset ac in perpetuam elemosinam ascripsisset, ymmo dedit, donavit, assignavit et ascripsit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nichil iuris, nichilque proprietatis sibi vel suis posteritatibus amodo in posterum reservatis in eadem, sed totum ius totamve iuris et dominii proprietatem eiusdem in prescriptos claustrum et fratres heremitas transferendo secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras ad instantiam et petitionem partium duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum feria quinta proxima post festum beati Emerici ducis et confessoris, anno domini M^{mo}CCCC^{mo} secundo.

353 1402. nov. 19.

(IV^{o} termini/F. V. p. Martini,)...Capitulum ecclesie Strigoniensis...Sigismundo ...regi Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchionique Brandenburgen. sacr. Rom. imp. vicario et regni Bohemie gubernatori...Vestra noverit sublimitas, quod nos receptis litteris vestre serenitatis evocatoriis...iuxta earundem continentiam unacum Mathia filio Ladislai de Felkezew homine vestre serenitatis..., virum discretum Johannem de Pesth, chori eccl. nostre presbyterum...pro nostro testimonio ad...evocationem faciendam destinassemus; tandem iidem...nobis retulerunt, quod ipsi feria quinta...p. f. b. Martini[1]...religiosas dominas moniales de Insula leporum in possessione ipsarum Chalnok... contra Symonem (de Sambuk)...ad oct. f. b. Andree apostoli[2] vestre maiestatis in presentiam evocassent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. parvi, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 8765.

[1] 1402. nov. 16.

[2] 1402. dec. 7.

354 Roma, 1402. dec. 12.

(Rome, ap. s. Petrum, II. Id. Dec., a. XIV.) Bonifatius (papa IX.) Petro Nicolai, rectori capelle s. Demetrii mart. ...in eccl. Waradiensi... Nos capellam predictam...tibi conferimus..., non obstantibus...quod parochialem ecclesiam de Kerepes, Waciensis dioc., cuius fructus...quinquaginta fl. auri valorem annuum non excedunt, nosceris obtinere...

ORIG.: Reg. Datariae seu Lateranensia. Arch. Vatican. Liber CLII., fol. 256-257. - ED.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 427. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 254., nr. 2112.

355 Roma, 1402. dec. 12.

(Rome, ap. s. Petrum, II. Id. Dec., a. XIV.) Bonifatius (papa IX.) ...episcopo Varadiensi...Cum canonicatus et prebenda eccl. s. Petri Veterisbudensis Vespr. dioc....

vacent ad presens..., nos volentes...Michaelem Petri de Dobza, clericum dicte dioc., favore prosequi gratioso, fraternitati tue...mandamus, si...dictum Michaelem ad hoc idoneum esse reppereris..., canonicatum et prebendam predictos, quorum proventus quadraginta flor. auri...valorem annuum...non excedunt..., prefato Michaeli...conferas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Liber Suppl. CLII., fol. 168^{v}-169. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - REG.: Mon.Rom.Vespr. II. p. 341.; Mon. Vat.Hung. I/4. 478.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 254., nr. 2113.

356 (Circa 1402-1404. apr.5-9.)

Iurati civitatis Budensis iudicando decernunt, ut Jacobus Greczinger quandam domum in eadem civitate habitam et ab eo potentialiter occupatam fratribus ord. b. Pauli primi eremitae de monasterio b. Laurentii martiris in territorio civitatis sito pacifice resignet.

ORIG.: Chart. pap. sine sig. et dato. In dorso manu fere coaeva scripta datum feria quarta ante dominicam misericordia domini repleta est [terra], in pallio autem NB. videtur circa finem saeculi 14^{ti} vel initium 15^{ti} emanatum adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8848. - ED.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 259-260., nr. 2168. - MENT.: Pataki: Bud.Rég. 15(1950) p. 247., 248.; 285., not. 12.

[Item] Religiosus vir frater Ladislaus prior fratrum heremitarum ordinis [beati] Pauli primi heremite de monasterio beati Laurentii martiris in territorio [civitatis] Budensis sito condam Jacobum Greczinger pro eo, quod domum eiusdem monasterii in castro [Budensi] in vicinitate Petri Rauczani habitam violenter et potentialiter inhabitans occuparet in eorundem fratrum preiudicium et gravamen. Item domini iurati ex speciali commissione domini [nostri] regis eundem Jacobum Greczinger ad producendum iura, quibus mediantibus domum dictam occuparet, legittime evocarunt. Qui quidem Jacobus nec inhibitiones contra dictos fratres infra tempus prescriptionis civitatis Budensis ratione eiusdem domus aliqualiter fecisse, nec ipsos fratres in iudicio convenisse potuit aliquid comprobare; ideo domini iurati iudicando decreverunt, ut pretitulatus Jacobus memoratam domum manibus prescriptorum fratrum teneatur pacifice resignare et si quidquam actionis seu questionis contra prefatos fratres heremitas se habiturum speraret, id processu iudicii prosequendi meram habere debeat facultatem.

357 1403. jan. 11.

Magistratus civitatis Budensis nobiles viros Blasium et Michaelem filios condam magistri Johannis Saraceni de Mesztegnyó quandam domum ipsorum Budae habitam Szerecsenynagyháza nuncupatam cum una parva curia et domo kerekgardon dicta, necnon stabulis ac aedificiis in superficie eiusdem domus constitutis (mediantibus etiam aliis litteris eiusdem magistratus superinde confectis) pro millibus et centum fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8864. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 263., nr. 2199. - MENT.: Bud. Rég. 15(1950) p. 291., not. 53.; 294., not. 79.

Nos Andreas filius Fridrici iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobilibus et generosis viris Blasio et Mcihaele filiis condam magistri Iohannis Sarracheni de Meztegenyew ab una, parte vero ex altera potentibus viris et magnificis Nicolao de Gara regni Hungarie palatino ac iudice Cumanorum, necnon Iohanne fratre eiusdem uterino comite Themesiensi coram nobis personaliter constitutis, per annotatos Blasium et Michaelem confessum extitit oraculo vive vocis pariter et relatum, quod ipsi, videlicet Blasius et Michael quandam domum ipsorum Serechen Noghaza nuncupatam, duas portas, unam a parte orientali, aliam vero a plaga occidentali habentem, in castro predicto adiacentem, domibus Iohannis dicti de Buda ab orientali et australi partibus ab una, ex altera autem similiter orientali et meridionali plagis

condam Tylmanni concivis nostri et filiorum eiusdem, a parte vero occidentali et meridionali nobilis viri Simonis de Sambok similiter ab una, parte vero ex altera, videlicet australi similiter occidentali condam Konch pellificis et filiorum eiusdem contigue vicinam, simulcum omnibus suis utilitatibus, fructibus, obventionibus, signanter vero cum una parva curia et domo vulgo Kerekgardon dicta, necnon stabulis ac edificiis in superficie eiusdem domus constitutis et habitis ad eandem domum spectantibus, ad ipsos videlicet Blasium et Michaelem tamquam veros et legittimos successores antefati condam magistri Iohannis Sarracheni posteritates de iure rite et rationabiliter, uti idem Blasius et Michael referebant devolutas vendidissent et tradidissent, ymmo de consensu omnium proximorum suorum, nullo penitus contradicente, mediantibus aliis litteris nostris superinde confectis vendiderunt et tradiderunt ac in perpetuam asscripserunt hereditatem prenarratis magnificis et potentibus viris, Nicolao et Iohanni fratribus de Gara prefata et per eos ipsorum heredibus et heredum ipsorum cunctis sobolibus iure perpetuo ac pacifice possidendam, tenendam pariter et utendam pro decem millibus et centum florenis auri puri per eosdem Blasium et Michaelem plene, ut dicebant, habitis et receptis. Assumpserunt autem pretitulati Blasius et Michael antefatos viros magnificos Nicolaum et Iohannem de Gara fratres, necnon posteros eorundem universos ab omnibus occasione dicte domus et suarum pertinentiarum ac universarum utilitatum eiusdem ordine iuris impetere seu infestare satagentibus propriis ipsorum expensis defendere et laboribus expedire secundum usum nostre civitatis ab antiquo et consuetudinem approbatam; tali obligationis vinculo interserto, quod si iidem nobiles viri Blasius et Michael vel heredes ipsorum antelatos magnificos viros Nicolaum et Iohannem aut ipsorum heredes secundum usum et consuetudinem nostre civitatis, ut predicitur, in dominio prefate domus et suarum pertinentiarum tenere et conservare non valerent, neque possent, extunc iam dicti magnifici viri, Nicolaus et Iohannes vel ipsorum heredes prenominatam possessionem Meztegenyew vocatam, in comitatu Symigiensi adiacentem, simul cum universis eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibuscunque, quocunque nomine appellatis absque aliquali processu litigionario ac strepitu in figura iudicii pro seipsis occupandi, tenendi, possidendi et servandi liberam habere debeant facultatem, ad que prelibati nobiles viri, Blasius et Michael in nostri, ut premittitur, presentia personaliter astantes sponte et libere obligarunt harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appressum, testimonio litterarum. Datum in crastino festi beati Pauli primi heremite, anno domini millesimo quadringentesimo tertio.

358 1403. jan. 11.

Magistratus civitatis Budensis nobiles viros Blasium et Michaelem filios condam magistri Johannis Sarracheni de Mesztegnyő quandam domum ipsorum in castro Budensi habitam, Szerecsenynagyháza, vocatam, duas portas habentem, Nicolao de Gara regni Hungariae palatino iudicique Cumanorum ac Johanni fratri eiusdem uterino, comiti Temesiensi pro decem millibus et centum fl. auri (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. minori rubri col. tergo appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 8865. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1514. No. 33.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 263., nr. 2199.

Nos Andreas filius Fridrici iudex castri novi montis Pestiensis et universi cives de eodem memorie commendamus, quod in nostri personaliter constituti presentia nobilis et generosi viri, Blasius et Michael filii condam magistri Iohannis Sarracheni de Meztegnyew quandam domum ipsorum Serechen Noghaza nuncupatam, duas portas, unam a parte orientali, aliam vero a plaga occidentali habentem, in castro predicto adiacentem, domibus Iohannis dicti de Buda ab orientali et australi partibus, ex altera autem similiter orientali et meridionali plagis condam Tilmanni concivis nostri et filiorum eiusdem, a parte vero occidentali et meridionali predicta nobilis viri Simonis de Sambok similiter ab una, parte vero ex altera, videlicet australi, similiter occidentali condam Konch pellificis et filiorum eiusdem contigue vicinam simulcum universis eiusdem utilitatibus, obventionibus et pertinentiis quibuscunque et signanter una parva curia et domo vulgo kerekgardon dictis, eidem magne domui a parte videlicet occidentali contigue annexis, necnon stabulis ac edificiis in superficie eiusdem domus constructis et habitis et generaliter quibuslibet fructibus et utilitatum eiusdem integritatibus ad eandem domum ab antiquo spectantibus, ad ipsos videlicet Blasium et Michaelem tamquam veros et annotati condam magistri Iohannis Sarracheni legitimos successores de

iure et rationabiliter, uti idem Blasius et Michael referebant devolutas, de consensu omnium proximorum suorum, uti dixerunt, ymmo nullo penitus contradictore obviante vendiderunt et tradiderunt magnificis et egregiis viris Nicolao de Gara regni Hungarie palatino iudicique Comanorum ac Iohanni fratri eiusdem uterino comiti Themesiensi et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum cunctis sobolibus ac in perpetuam hereditatem asscripserunt iure perpetuo ac pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam pro decem millibus et centum florenis auri puri plene, ut dicebant, habitis et receptis. Assumpmentes nichilominus prefati Blasius et Michael annotatos viros magnificos Nicolaum et Iohannem de Gara fratres, necnon posteros eorundem universos ab omnibus ratione dicte domus et suarum pertinentiarum ac universarum utilitatum eiusdem ordine iuris impetere seu infestare satagentibus propriis ipsorum expensis defendere et laboribus expedire secundum usum nostre civitatis ab antiquo et consuetudinem approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instantiam et petitionem partium presentes nostras litteras duximus emanandas, quas, dum nobis in specie reportate fuerint, promittimus privilegialibus nostris litteris confirmare. Datum in crastino festi beati Pauli primi heremite, anno domini millesimo quadrigentesimo tertio.

359 1403. apr. 8.

Magistratus civitatis Budensis Stephanum de Kosd, eiusdem civitatis concivem, vineam suam in territorio montis villae Békásmegyer Somogyalja vocato habitam claustro b. Mariae virg. sanctimonialium de Veteribuda testamentaliter legasse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. flavei col. de filo sericeo viridi pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8878. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14., No. 21.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 120., nr. 495.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 281., nr. 2060.

Nos Michael filius Pauli dicti de Iaurino iudex de Veteribuda ac Petrus Erne dictus, Iohannes rufus et Benedictus filius Francisci iurati ac universi cives et hospites de eadem memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus dictus de Kosdy noster concivis ad nostram personaliter constitutus in presentiam proposuit et sponte est confessus in hunc modum, ut quandam vineam suam, in legitimaria prosecutione reoptentam, ipsum sic de iure tangentem, in vicinitatibus vinearum Laurentii Komani ex una, parte vero ex altera Iohannis balniatoris de suburbio, in territorio montis ville Bekasmeger Somogalia vocato habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis eiusdem universis, loco scilicet turcularis et via ab antiquo consuetis ac aliis cunctis usibus et proprietatibus ad eandem vineam de iure spectantibus, in sanitate sui corporis, pro remedio sue anime, nullo penitus contradictore apparente, claustro beate Marie virginis sanctismonialibus de predicta Veteribuda legavisset et in forma testamentaria legatione commisisset tali modo, quod usquequo Almus conditor in valle huius mundi misserrima vitam suam produxerit, dominium prefate vinee ipsiusque utilitates quaslibet predictas utendi, possidendi et habendi habeat facultatem; tandem, quando divine maiestati placuerit, quod animam ipsius annotati Stephani Kosdy ab hoc seculo transmigrari iusserit et ab hac luce decederit, extunc modo quo supra, vinea pretacta ad antedictum claustrum sanctismonialibus devolvatur iure perpetuo et irrevocabiliter tenandam, possidendam, pariter et habendam, nullum ius, nullumve dominium de annotata vinea remittendo pro aliquibus suis posteritatibus, sed totum ius, totumve dominium ad sepedictum claustrum in legatione testamenti perempniter ad conservandum donasset et commisisset. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in die Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo tertio.

360 Buda, 1403. jun. 1.

Fr. Georgius prior generalis ordinis sancti Pauli primi eremitae, sui vicarii, diffinitores et totum capitulum ob remissionem peccatorum magistri Pauli de Kovar, necnon suorum praedecessorum et successorum in ara sanctae crucis claustri beati Laurentii martiris prope Budam fundati exstructa, ubi et ipse sepulturam sibi elegit, se singulis diebus perpetuo unam missam celebraturos spondent.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. hemispherico viridi de filo sericeo coerulei coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 8884. (Sign. ant.: Fasc. 10. No. 1.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 288., nr. 2442.

Frater Georgius ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite sub regula beati Augustini degentium prior generalis ac universi vicarii et diffinitores presentis nostri capituli annualis cunctis sacri baptismatis unda renatis presentium notitiam habituris humilem et devotam in domino orationem salutis cum incremento. Quamquam nobilis vir et industrius, magister Paulus Mathie de Kouar, prothonotarius domini palatini, per multigena beneficiorum opera innumeraque piorum operum officia ac indelende memorie grata officiorum subsidia, quibus a retroactis temporum spatiis nostre simplicitatis humilitatem in executione nonullarum causarum per quosdam iustitie emulos contra nos suscitatarum vicibus multiplicatis adeo promovisse dinoscatur, ut plures domus nostre cenobiales et earum exercentes servitia solius ipsius post deum suffragante patrocinio debite pacis perfrui valeant antidoto; nos universos et singulos sub paris nostre professionis contubernio ubique constitutos, presentes et futuros, ad iugia devotarum orationum, simulque ceterorum piorum actuum suffragia et omnium suorum salute debitores effecerit impendenda, presertim nempe largifluorum salubriumque donorum suorum, quibus inter cetera claustrum nostrum principale in honorem beati Laurentii martiris prope Budam fundatum et fratres in eodem sustentandos per collationem unius fundi curie colonarie lapidee in portione sua possessionaria Paath vocata, in contigua vicinia domorum Iohannis Kenchel et Michaelis Sedel siti et habiti et omnium suarum pertinentiarum, edificiorum videlicet lapideorum et ligneorum in facie eiusdem existentium, ortorum, terrarum arabilium ultra centenarium numerum iugerum more villanorum conputandorum et aliarum quarumlibet utilitatum ad ipsum fundum curie ab antiquo pertinentium, simulque unius vinee in territorio eiusdem possessionis Paath habite, efficacissimorum litteralium instrumentorum confirmate, dotavit, devota ipsius instantia nostre communitati super eo porrecta, interveniente tanquam obligato obligatores effecti, supplices et gratissimi parili voto et unanimi consensu spondentes promisimus, ymmo harum testimonio promittimus irrefragabili constitutione stabilientes, quatenus ad laudem et honorem nostri salvatoris et ob remissionem peccaminum prefati magistri Pauli, necnon omnium suorum karorum predecessorum, utpote et successorum, in ara, in honore sancte et vivifice crucis consecranda ad dextrum latus magne are nove ecclesie nostre ex(s)tructa, ante quam gleba condam Nicolai fratris sui subterrata quiescit, ubi etiam previa sua deliberatione ipse sibi sepulturam preelegit, singulis diebus temporum perpetuo succedentium unam missam continuando celebrare et unam lampadem ante eandem aram iugi lumine nutriendam et confovendam servare debeant atque teneantur. Vicarius seu prior, necnon totus conventus mutua vicissitudine ibidem deo militaturi ultra hoc, quod ara in eadem omnibus secundis feriis pro animabus parentum, confratrum et benefactorum predicti ordinis nostri defunctorum cum cantu una missa celebrari debeat, nostre universitatis ab olim edita sanctione, diem etiam obitus eiusdem magistri Pauli, quem deus facere dignetur felicem et eiusdem diei cunctas revolutiones anniversarias, missarum, vigiliarum, ceterarumque laudum et orationum preconiis ritu nostro religioso constituimus celebrandas. In quorum omnium premissorum fidem, firmissimamque memoriam presentes litteras maiori sigilli nostri appensione signatas magistro Paulo sepedicto et suis posteritatibus duximus concedendas. Datum in claustro nostro supradicto, prima die capituli nostri generalis predicti, puta feria sexta ante festum penthecosthes, anno domini millesimo quadringentesimo tertio.

361 Buda, 1403. jun. 28.

(Bude, in vig. Petri et Pauli.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod quia universa et singula iura possessionaria et portiones possessionarie, signanter vero domus seu fundus curie in castro Budensi, in vico omnium sanctorum, in contigua vicinitate domus Hertlini antiqui iudicis habita et constructa Nicolai filii Stephani de Marchal, alias comitis Themesiensis pro quibusdam notoriis suis culpis contra...dominum Sigismundum...regem Hungarie...ac suam sacram coronam...perpetratis iuxta regni sui ritum ad manus suas...extitit...devoluta, ...itaque ...consideratis...fidelibus servitiis nobilis viri Iacobi filii Mathei de Chesamis, consobrini egregii militis Zoeli de Nassis castellani Budensis, (quibus)...domino nostro regi Sigis-

mundo... se habilem et sollertem studuit complacere..., dictam domum seu fundum curie in dicta civitate Budensi, in dicto vico omnium sanctorum existentem cum omnibus edificiis et utilitatibus eiusdem universis prescripto nobili viro Iacobo filio Mathei de Chesamis... donavimus...suisque heredibus et posteritatibus universis iure perhempnali perpetuo possidendam...auctoritate regia nobis in hac parte attributa. Nichilominus assumpsimus ipsum Iacobum et suos heredes in iurisdictione et dominio dicti fundi curie perpetualis proprietatem cum dicto domino nostro rege confirmari facere...

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. viridis coloris impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 8887. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 860.,No.26.) - ED.: Ortvay, Temes p. 330-331. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 294., adnot. nr. 79.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 293., nr. 2520.

362 Buda, 1403. jul. 25.

(Bude, vigesima quinta Jul., indict. undec., Bonifatii pape pontific a. quartodec.) Nos Michael custus[a] (et vicarius in spiritualibus eccl. b. Petri Veterisbude iudex et executor per Nicolaum Vrodis...domini pape capellanum et sacri palatii apostolici causarum auditorem subdelegatus[1]) ..Vos Emericum abbatem (monasterii de Peczvaradino[2]) requirimus..., quatenus infra sex dierum spatium postquam pro parte...conventus...monasterii s.Ladislai regis ord. heremitarum...fueritis requisiti..., Valentinum cardinalem[3] ...citare curetis..., quatenus duodecima die post citationem nostram...dicto domino cardinali factam..., si ipsa dies iuridica fuerit et nos ad iura reddenda pro tribunali sederimus... compareat...in iudicio...coram nobis in Veteribuda, in loco habitationis nostre consuete...Datum et actum Bude...presentibus ibidem discretis viris ac nobilibus, vidl. Luca canonico dicte eccl. b. Petri Veterisbude, Ladislao Johannis de Bola, Aegidio de Koaczy, Johanne dicto Mora de eadem, Bartog de Bya familiari domestico...Sigismundi regis Hung....et Demetrio oppidano iurato oppidi Veterisbude Vespr. et Strig. dioc., aliisque quampluribus testibus...ad premissa specialiter vocatis et rogatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael praep. mon. s. Crucis de monte s. Trinitatis...ord. b. Augustini 1403. aug. 11. > Michael custos eccl. Veterisbuden. 1403. sept. 13. Arch. Nat. Hung. Dl. 1430. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 297., nr. 2554. reg.

1 Sicut ex mandato eiusdem Michaeli custodi dato et Romae, 1403.apr.10. emanato apparet. (Arch. Nat. Hung. sub eodem nr. 1403.)

2 Vide ibid.

3 Scil. Valentinus de Alsan ep. Quinqueccl.

a recte: custos

363 Buda, 1403.sept.12.

(Bude, f. IV. p. nat. Marie.)...dominus Sigismundus rex considerans laude digna servitia strenui et bellicosi militis Zoelli de Nassis castellani castri nostri Budensis sibi exhibita et impensa directam et equalem medietatem cuiusdam possessionis Zenthfalva vocate in fine civitatis Pestiensis, ubi esset claustrum fratrum predicatorum, existens, que uxorum...(Petri filii Herrici de Tharkw, necnon Sigismundi filii Georgii de Chythnyk) prefuisset, cuiusque possessionis reliquam et aliam medietatem Michael filius Michaelis Nodlar, civis Budensis possedisset atque tenuisset...per infidelitatis notam prenotatorum Petri et Sigismundi ad manus suas rediens devolutam, simul cum cunctis ipsius possessionis Zenthfalva vocate...pertinentiis...eidem Zoello et eius intuitu Joanni fratri suo carnali, ipsorum heredibus legitime descendentibus ab eisdem et posteritatibus universis de sue plenitudine regie maiestatis potestatis, noveque donationis titulo et omni eo iure, que eedem sue regie regie incumbisset (potestati)...contulisset..., aliorum tamen iure, suorum dumtaxat fidelium semper salvo...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.(summarie): Sigismundus rex Hung. 1404. sept. 20. > Comes Ladislaus de Palocz iud. cur. reg. 1449. mart. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 2932. - REG.: Csánki: Századok 27(1893) p. 20.; Wertner: Turul 25(1907) p. 152-155.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 303., nr. 2613.

364 Buda, 1403. sept. 19.

Sigismundi regis (littera) donationalis Bude, f. quarta quatuortemporum a. d. millesimo quadringentesimo tertio in pergameno patenter confecta declarabat, quod... dominus...rex consideratis...fidelium servitiorum...meritis...Petri et Augustini filiorum Benedicti de Saroksar, quandam possessionem Bwd vocatam, in comit. Pestiensi existentem, per notam...infidelitatis Gerardi filii Anthonii de eadem Bwd...ad suas manus devolutam eidem Petro et Augustino...contulisset perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Wladislaus II. rex Hung. 1507. nov. 8. Arch. Nat. Hung. Dl. 8874. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 304., nr. 2619.

365 Buda, 1403. a. sept. 27[1]

(...a. f. V. a. Michaelis.) Sigismundus rex Hungarie...Capitulo ecclesie Budensis litteratorie dat in mandatis, ut mittant hominem suum pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius introducat Zoellum de Nassis et Johannem fratrem eius in dominium medietatis possessionis Zenthfalwa vocatae...

ORIG. et TRANSCR.: non extant. -MENT.: Sigismundus rex Hung. 1404. sept. 20. > Ladislaus de Pálóc iudex curiae regiae 1449. mart. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 2932.

[1] Sept. 27.: dat. statutionis. Vide nr. 367., not. 1.

366 Strigonium, 1403. sept. 30[1].

(Strigonii, die VI. Sept.[1]) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie.... marchioque Brandenburgen., sacr. Rom. imp. gen. vicar. et regni Bohemie gubernator etc(etera). Nobiles et prudentes viri nostri fideles...Propter ardua nostra expedienda negotia...tardavimus vos consolari litteris nostris, nunc autem...reversi ad patriam... pervenimus Budam, ubi, dum cum prelatis et baronibus nostris constituti sumus, quidam M. Benedictus[a] utriusque iuris professus, omnium doctorum et magistrorum oblitis doctrinis et copiosorum a nobis receptorum beneficiorum inmemor, cum ingentis equis unacum aliis nostris emulis se nobis opposuit, et dum Pestich[b] civitatis nostre attigisset limites, ipsum cum tota eius potentia...fecimus debellari, qui et nunc detentus nostris in vinculis mancipatus. Demum...ad Strigonium accedentes castrum cum multitudine gentium circumvallavimus muniendo circa illud custodibus, ne quispiam ab ipso...evadat nobis invitis. Deinde castrum nostrum Wissegradiense visitando, coronam nostram sacram vidimus et congregato ibidem universo populo capiti nostri imposuimus ipsam, cum lustro procedendo Carolo comiti Carbacie[c]...committentes. Tandem reversi ad Strigonium illud ...fortalitiis unacum bonis[d] et fidelibus gentibus tenemus obsessum. Nunc autem his diebus ...versus Albam Regalem iter nostrum dirigentes cum...fidelium comitiva nostrorum versus Sclavoniam ad inveniendum nostros emulos, volumus...proficisci. Rursus autem extirpatis ab illoc (!) predictis emulis versus Quinqueecclesias...accelerabimus et dum ibidem constituemus, per nuntios...vobis insinuabimus successus nostros et...de subsidio vobis in presenti mense Septembris destinandi scitote, quod de...Quinqueecclesiis...ad partes inferiores subsidium transmittere volumus, per quod absque dubio terminantur emuli et vos liberabimus ab insultibus eorum. Quare fidelitatem vestre dilectionis requirimus... ut, ...observata fidelitate...vos nobiscum sustinere non pigeat..., de quo regratiamus, quantum possumus immense, volentes...vos et civitatem vestram,, quam coronam regni Dalmatie non inmerite appellare debemus, de tantis perpessis damnis, favoribus et regalibus

premiis proinde decorare...Armemini igitur scuto iustitie, quod...semper pre oculis habebimus et de tanta in nobis commissa perfidia omnes una nobiscum consurgite ad vindictam...

In dorso: Nobilibus et prudentibus viris: Rectori, Consilio et Communi civitatis vestre Ragusii fidelibus nostris, nobis gratis et dilectis.

ORIG.: Desideratur. - COPIA SIMPL.: Ms. nr. 4977. Bibl. Acad. Sc. Hung. - ED.: Gelcich: Diplomatarium p. 846. (mendose ex ms. saec. XVIII.); Starine 39(1938) p. 218. Textus integer in Appendice ms. (copiae) Libri iuris civit. Ragus. servatur. - REG.: Mon. Jur. Slav. IX. p. 231. Vide et: Viesnik 1899. p. 275.; Radonic I/2. p. 843.; Óvári: I. p. 63. cum dato: sept. 6.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 305-306., nr. 2636.

[1] In publicationibus superius specificatis litterae haec sub dato 1403. sept. 30. sunt editae.

[a] recte: Benedictus de Makra. (Vide: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 305.)

[b] recte: Pestiensis

[c] recte: Corbaviensis

[d] recte: bastiis

367 1403. oct. 12.

(XVI. die f. V. a. Michaelis.)...regius...et Capituli ecclesie Budensis homines in litteris statutoriis nominati ad litteratorium mandatum...Sigismundi regis transmissi feria quinta proxima ante festum beati Michaelis archangeli[1] ad faciem...medietatis possessionis Zenthfalwa vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis...convocatis et presentibus accedendo...Zoellum et Johannem fratrem eius...in dominium eiusdem introduxissent nove regie donationis titulo, nullo contradictore apparente[2]...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1404. sept. 20. > Ladislaus de Pálóc iudex curiae regiae 1449. mart. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 2932.

[1] Sept. 27.

[2] Vide nr. 363. et 365.

368 Esztergom, 1403. nov. 22.

(Strigonii, in Cecilie. Sigismundus rex Hungariae Magistratui civitatis Venet.) ...quod velimus pecuniam ex pacis conventione singulis annis corone Vestre per nos debendam pro annis quatuor preteritis, in quibus a solutione cessavimus, viro provido Sigismundo Lorberer, mercatori et civi Budensi, nobis litteras vestras expeditorias in forma solita presentati assignari, cum nesciat Vestra Serenitas cogitare, qua ratione, quave causa, a solutione ipsa cessavimus, nisi quod propositis per nos exceptionibus minus legitimis: suspicamus forte vestris iuribus derogare, quid tamen facere non valemus, quo si dicte pacis bene conditiones respicimus, damnosos laqueos preparamus etc(etera)...

ORIG.: Non extat. - CONCEPTUS (summarie praeparatus pro conficiendis litteris responsalibus Sigismundo regi Hungariae mittendis): Magistratus civitatis Venet. (1404. jan. 29.) - REG.: Ljubic V. p. 32.; M. Tört. Tár IX. p. 48.; Commemoriali III. p. 293.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 329., nr. 2998.

369 Visegrád, 1403. dec. 2.

(Visegradi, secundo die Dec. Sigismundus rex Hungariae Magistratui civitatis Venet.)...maiestas Vestra tangit audivisse, minus tamen certa relatione, regem Ladislaum partem Dalmatie velle nostro dominio sub certis conditionibus obligare, propter quod nos rogatis, quod si vera sunt, que audistis, velemus...verbis ipsius domini regis minime consentire etc(etera)...

ORIG.: Non extat. - CONCEPTUS (summarie praeparatus pro conficiendis litteris responsalibus Sigismundo regi Hungariae mittendis): Magistratus civitatis Venet. 1404. jan. 29. - REG.: Ljubic V. p. 31-32.; M. Tört. Tár IX. p. 48.; Commemoriali III. p. 294.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 331., nr. 2809.

370 Buda, 1403. dec. 9.

Sigismundus Hungariae rex libertates pristinas civium castri novi montis Pesthiensis confirmat ac electionem iudicis et iuratorum civium civitatis eiusdem et exactionem taxae extraordinariae pro necessitate curiae regiae aut ipsius civitatis exigendae ordinat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1498. jun. 30. Arch. famil. Macskássy de Tinkova nr. 894. in Sectione Kolozsváriensi (Clujensi) Musaei Nationalis Romaniae. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 237-241.; E. Michnay - P. Lichner: Ofner Stadtrecht p. 241-243.; Palugyay: Buda-Pest I. p. 118-119. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 333., nr. 2832. - MENT.: Pesty: Szörény III. p. 125.

Nos Sigismundus dei Gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgensis etc(etera), sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator memorie commendamus harum serie significantes quibus expedit universis, quod prudentes et sapientes viri, iudex et iurati cives et alii consiliarii antiqui consilii civitatis nostre novi montis Pesthiensis seu Budensis suis, necnon omnium civium, hospitum et incolarum civitatis eiusdem rempublicam et commune bonum in eadem affectantium personis nostrum adeuntes conspectum nostre querulose curarunt significare maiestati, quomodo libertates[1] eorum institute per serenissimos principes reges Hungarie, scilicet nostros predecessores dive reminiscentie et eis gratiose concesse per aliquos ex eis ulciscentes aliquando iram propriam, aliquando concipientes etiam dolosa et odiosa consilia ac magna excogitata versutia et in publicum producta in multis articulis forent negligenter immutate et variate, nosque superinde multociens, ipsi iudex, iurati et universitas dicte civitatis precibus et instantia debita pulsaverunt, ut super reformatione, limitatione et regulatione nonullarum iniquarum consuetudinum noviter inter eos per quosdam interdum propria lucra sectantes [et rempublicam impugn]are[a] non verentes regaliter intendere et providere dignaremur. [Nos igitur dante][b] domino subditorum et presertim salubribus eorum votis, ex quibus comm[une bonum et][c] regni statum pacificum singularumque personarum utilitatem speramus indubie et...[d] resultare, maxime quia inter ipsos cives civitatis nostre novi montis Pesthiensis seu Budensis occasione hac iam sepius ad distrusionum[e] rancorem, odiorum et dampnorum amaritudines non modicas est processum, quod, ut regia providentia ex eo honoretur, status civitatis conservetur, utilitas reipublice augeatur, pax, unio et gaudium observetur arcius convenit evitare. Ad hec tamen aciem nostre considerationis convertentes universas et quaslibet libertates et libertatum prerogativas a divis regibus Hungarie, nostris scilicet predecessoribus memoratis civitati et civibus ac inhabitatoribus factas, datas et concessas eisdem valere et firmiter stare volentes alia ad statum dicte civitatis conservandum, reformandum et augmentandum pertinentia, superaddendo prelatorum, baronum, magnatum, procerum et nobilium regni nostri infradeclarandorum et aliorum qamplurimorum lateri nostro assistentium digesto consilio et matura superinde deliberatione cum eisdem prehabita salubrius ordinamus in hunc modum. Et primo, quod nullus iudex vel iuratus civis inter eos eligatur et fieri possit, nisi sit possessionatus inter eos et si non, extunc talem fideiussoriam dat cautionem, de qua regia maiestas, vel magister thauernicorum nostrorum, aut castellanus Budensis possit et valeat contentari. Nullus etiam ex communitate tempore electionis iudicis et iuratorum inibi debebit accedere armatus; quod si fecerit pene amputationis unius manus, si vero ibidem rixas facto vel opere inchoaverit, pene capitis

subiacebit. Nec aliquis ad ipsorum civium civile consortium, nisi sit paterfamilias, bone conditionis et fame laudabilis, habensque domum aut aliquas hereditates, assumatur, hereditatibus autem carens fideiussoriam prestet cautionem, ut cum ipsis civibus per annum constanter maneat regie serenitati fideliter serviturus. Iudex quoque et iurati per cives electi regie maiestati, vel magistro thauernicorum, aut castellano castri Budensis debeant in signum demonstrande maioris fidelitatis presentari. Preterea omnino volumus et ex intentione stabilimus, ut communitas nullo unquam tempore quacunque de causa et pro quovis facto, salvo mandato regio, aut magistri thauernicorum, vel castellani castri Budensis in hoc remanente, absque scitu et voluntate iudicis et iuratorum possit et debeat congregari; quod si fecerit et contra hoc attemptare presumserit, in centum marcis puri et fini argenti camere regie irremissibiliter applicandis eo facto convincatur. Nullus denique in casum quemvis vel eventum in taberna aut in plateis, locis latentibus aut obscuris seu etiam patentibus occulta aut manifesta consilia citra, extra et ultra consilium iudicis et iuratorum sub pena centum marcarum denariorum per regiam maiestatem plenarie super et contra hoc presumentem seu presumentes extorquendarum facere audeat vel presumat. Demum homines impossessionatos electione iudicis et iuratorum vacare et actu carere volumus et stabilimus. Volumus insuper et presenti voluntate declaramus, ut ultra duodecim iuratos, quos de iure in dicta civitate nostra Budensi annuatim eligere consueverunt, viginti quatuor super illos duodecim novissime eligi incepti et inchoati per aliquos [parve][f] conditionis homines ulterius nullatenus eligantur. Preterea taxam, si quam regiam maiestatem et etiam civitatem per se causa necessitatis aut utilitatis ultra collectam a dicta civitate regi annuatim provenientem quavis de causa aut ratione per ipsam civitatem imponi contigerit, extunc huiusmodi taxa per probos et idoneos viros ad hoc per communitatem electos taxetur, imponatur et exigatur, exactaque iuratis assignetur per ipsos iuratos curie regie assignanda vel pro necessitate aut utilitate civitatis exponenda; et de ea singulis annis ante festum sancti Georgii et depositionem officiorum eorundem mediantibus expeditoriis curie et aliis sufficientibus documentis rationem dare et assignare tenebuntur. Et ut omnium premissorum series vim obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras nostras patentes secreto sigilli nostro consignatas cum insertione prelatorum, baronum, regnique procerum tempore huiusmodi dispositionis, limitationis et regulationis, necnon libertatum superadditionis nostro lateri assistentium eisdem civibus duximus concedendas. Nomina autem prelatorum, baronum et procerum, de quibus supra fit mentio, sunt ista: primo reverendissimi patres: dominus Valentinus cardinalis Quinqueecclesiensis, Andreas archiepiscopus Spalatensis, Iohannes episcopus Iauriensis; Nicolaus de Marchal et alter Nicolaus de Chak pridem wayuode Transsilvanenses, Stephanus de Kanysa pridem magister ianitorum, Iacobus filius Laczk wayuoda Transsilvanensis, comes Carolus de Corbavia castellanus castri Wyssegradiensis et Zoellus de Nassis castellanus castri Budensis et presentibus aliis quampluribus regni nostri proceribus, militibus, regni nostri comitatus tenentibus et honores. Datum Bude die dominico proximo post festum conceptionis beate Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo tertio.

[a] Vocabula in parenthesi posita in photographia non videntur. Ab editoribus probabiliter in originali bene lecta sunt.

[b] Sicut in a

[c] Sicut in a

[d] Unum vocabulum non est legibile.

[e] recte: disturbiorum. Hic verosimiliter de mendo transscriptoris agitur.

[f] Coni. editoris in phrasi bone conditionis superius scriptae fundata.

[1] Vocabula litteris cursivis expressa ab auctore privilegii huius ex Bulla Aurea Andreae II. regis Hungariae anno 1222. edita desumpta sunt. Lege v. gr. Fred. Knauz, Monumenta Strigoniensis ecclesiae. I. Strigonii, 1874. p. 232-233.

371 Breznóbánya, 1404. jan. 9.

(In Brezenbanye, IV. die. Epiph.) Nos Sigismundus... Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex marchioque Brandenb. etc(etera), sacr. Rom. imp. vicarius gen. et regni Bohemie gubernator m. comm....notum facimus quibus exp. univ., quod habentes respectum ad...obsequia ...Dyonisii filii Benedicti de Pochyk specialis aule nostre sartoris..., ipsum..., necnon...patrem, item Georgium, Ladislaum, Valentinum, Petrum et Dominicum fratres eiusdem uterinos...in cetum et catervam verorum regni nostri nobilium sub vexillo nostro militantium aggregando, ...possessiones Azow et Tarcha...in comit. Neogradiensi existentes...de voluntate prelatorum et baronum nostrorum consilio nove nostre donationis ac mere et sincere nobilitatis titulo eidem...et per eum...patri et fratribus suis... donavimus...iure perpetuo possidendas, salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1406. apr. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 75.399. (Arch. famil. Patay.) - ED.: Turul 21(1911) p. 69. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 342., nr. 2915.

372 (Venezia), 1404. jan. 29.

(MCCCCIII. Indict. XII., die XXIX. Jan. Communit. civitatis Venet. Sigismundo regi Hungariae.) Capta. Quia iste mercator et civis Budensis (Sigismundus Lorberer[1]), qui nobis portavit litteras domini (Sigismundi) regis Hungarie super facto VII[2] ducatorum et super factis Dalmatie, quas ipse dominus rex scripsit: intellexisse dominum regem Ladislaum velle nobis sub certis conditionibus obligare, - omni die, cum magna instantia requirit responsionem nostram et expeditionem suam in tantum, quod difficiliter retentus fuit usque in diem presentem, quia per illa, que sentita sunt, iam pluribus diebus quesivit de volendo nostris protestari et ire pro factis suis, propter quod necessarium nobis est dare sibi responsionem ad dictas suas litteras. Vadit pars: quod respondeatur dicto domino regi ad ipsas suas litteras in hac forma, videlicet: duas serenitatis vestre litteras: unam Strigonii in f. b. Cecilie virg. et mart.[3] effectualiter continentem, quod... (Vide nr. 368. Sigismundus rex Hungariae 1403. nov. 22.); alteram Visegradi, secunda die Dec. (emanatam)...(Vide nr. 369. Sigismundus rex Hungariae 1403. dec. 2.); ...quarto mensis instantis[4] suscepimus et intelleximus diligenter et ad ipsas[5] presentibus respondemus, et primo ad primam, quod verbotenus in mente nostra, eaque per nos, et nostrum commune totiens acta sunt sincera mente et caritate perfecta in honorem et exaltationem Vestre Serenitatis, conservationem et augmentum et Corone Hungarie de continentia talium litterarum nobis transmissarum certe non possumus non mirari, quia apparet nobis, quod honeste responsiones, super hac materia alias per nos facte scriptionem aliam merebantur, cum illas non fecerimus nisi primo conditionibus pacis, quam tangitis, bene et diligenter inspectis et tam nove, quam veteris, ad quam nova pax ipsa se refert utramque quarum si maiestas vestra bene videre et examinare voluerit et notare ac considerare quecumque alia que in facto isto notanda sunt clarissime iudicabit nos in nullo quesivisse nec querere Corone Hungarie ut scribitis iuribus derogare, ymo quotienscunque fiet nobis, in quid fieri debet vigore pacium predictarum nos erimus parati facere illud, quod erit secundum Deum et honorem nostrum, sicut semper fecimus: ad alias autem litteris damus quod relationes maiestati Vestre facte, de predictis factis Dalmatie, sunt ab omni veritate semote, sed veritas rei est, quod de tali materia per dominum regem Ladislaum vel aliquem alium nulla nobis mentio facta est.

ORIG.: Lit. Consilii Secreti civitatis Venet. p. 128. in Archivo eiusdem civit. - COPIA SIMPL.: Bibl. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 4977. - REG.: Ljubic V. p. 32.; Tört. Tár 1888. p. 465.; Óvári I. p. 61.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 346., nr. 2952.

1 Vide nr. 368. Sigismundus rex Hungarie 1403. nov. 22.

2 vocabulum milium deest.

3 Nov. 22.

4 Jan. 28.

5. Scil. litteras.

373 Praha, 1404. [febr.] 13.

(13. mensis [Febr.[1]]) Anno domini 1404. magistro Christanno de Praheticz (in Universitate Pragensi) existente decano Facultatis artium et vicecancellario et magistro Stanislao, magistro Petro de Premslavia, magistro Henrico Grunt, ac magistro Valthero Harraser examinatoribus, admiserunt ad licentiam infrascriptos:...Andreas de Nyarheid incepit sub magistro Gregorio de Buda 13. mensis predicti. [Febr.]

ORIG.: Liber matric. Universitatis Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Univ. Pragensis I/1. p. 379. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 352., nr. 2990.

[1] Vide et nr. 340.

374 1404. febr. 20.

Iudex iuratique cives castri Budensis magistrum civium, iudicem et iuratos cives civitatis Soproniensis requirunt, ut magistrum Andream civem Budensem pro bonis hereditariis Stephani Stichinden Winkel in personis Iohannis magni et Ladislai filii Petri Schenczl agentem favorabiliter recipiant.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. rubei coloris (3,5 cm), quo erat clausa. Arch. Civit. Sopron. Dl. 331. (Sign. ant.: Lad. IV. et D., fasc. 1., nr. 45.)(Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/1. p. 278-279. - REG.: Házi: Sopron I/1. p. 279.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 353., reg. 3000.

Viri prudentes ! Vestre innotescet sagacitati, quod personaliter coram nobis constituti providi viri Iohannes Magnus et Ladislaus filius Petri Schenczl dictus, consanguinei proximi Stephani Stichinden Winkel concivis vestri pie memorie, imbecilles corporibus et viribus corporeis destituti, mente tamen et ratione compotes precibus instantissimis elegerunt et constituerunt in procuratorem sapientem virum magistrum Andream, civem nostrum iuratum, presentium exhibitorem in causa mota pro bonis hereditariis derelictis a predicto Stephano avunculo ipsorum committentes et resignantes sibi vice et nomine ipsorum agendi, petendi, dimittendi, repetendi et quittandi, ac si in persona propria astarent, omnimodam et plenariam facultatem. Idcirco amititiam vestram precibus requirimus iteratis, quatenus prehabito magistro Andree, civi nostro iurato, presentium exhibitori, favorabiles in causa predicta consilium et auxilium exhibere velitis iuris et iustitie regula mediante, pro quo nos vobis et vestris animatos sentietis et ad omnia vestra beneplacita preparatos. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum sancti Mathie apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo quarto.

Iudex et iurati cives
castri Budensis.

Extus: Viris sapientibus magistro civium, iudici et iuratis civitatis Soproniensis, amicis nostris singulariter dilectis detur littera.

375 Lubló, 1404. mart. 3.

(In Lyblio, f. II. p. Oculi.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera). Fidelis noster dilecte ! Noveritis, quomodo magister Paulus de Kowar prothonotarius...Nicolai de Gara regni nostri...palatini et Walkan filius Johannis de Kyschalamya totales portiones eorum possessionarias in possessione Pagh, in comit. Pilisiensi habitas..., curia allodiali et usibus ac utilitatibus eiusdem curie per ipsos fratribus heremitis (claustri b.) Laurentii prope Budam in perpetuum donata eisdem domo et heremitis remanente...(nobis) pro possessione nostra Therbegech perpetuo contulerint. Quare fidelitati vestre...mandamus, quatenus...easdem portiones dictorum Pauli et Walkan in dicta Pagh habitas pro nostra celsitudine ad castrum nostrum regale Salmar vocatum occupare, fruges autem eiusdem magistri Pauli seu segetes per proprium suum aratrum seminatas, necnon bona et alias res suas proprias ibidem habitas eidem vel suo homini... permittere debeatis...

In dorso: Fideli suo Zoelo de Nassis de Jadra, castellano nostro Budensi nobis sincere dilecto.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secreti, quo erat clausa. In dextera parte superioris marginis Relatio Pipponis de Ozora not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 69.322. (Sign. ant.: Arch. famil. Kubinyi de Kovar.) - TRANSCR. (sensualiter): Frank de Zechen iudex curiae regiae 1404. jun. 19. Dl. 69.327. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 355., nr. 3024.

376 Késmárk, 1404. mart. 12.

(In Kesmark, in Gregorii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m.c...., quod nos attendentes...fidelitates et fidelium obsequiorum gratuita merita...et complacentias... magistri Petri filii Emerici de Theten...culmini nostro sub diversitate locorum et temporum, signanter autem hiis proxime elapsis disturbiorum temporibus, quibus nonnulli prelati, barones, proceres et nobiles regni nostri...a fidelitate nobis observanda...tespicabant[a], cum omni fidelitatis fervore...exhibitas..., presertim vero dum dudum cum validissima nostra potentia regnum et partes Moldwanas ad subiugandum nobis et nostre ditioni subintrassemus cum nostrisque protunc rebellibus et emulis certamen commisissemus bellicosum, tunc idem mag. Petrus...pro honore nostro regio...nostris emulis et rebellibus nobis presentibus et manifeste cernentibus tam...viriliter se opponere studuit, quod huiusmodi sua ...fidelissima obsequia...ipsum dignum redderent largiflua beneficia regalia recepturum - volentes horum intuitu ipsum magistrum Petrum adeo...speciali fervore nostro regio prosequi, ut ipse...ad ulteriora nostra obsequia valeat incitari, quasdam portiones nostras possessionarias et omne ius nostrum regium in possessione Theten...in comitatu Pestiensi habita existentes, simulcum universis...earundem utilitatibus et pertinentiis, terris scil. arabilibus cultis et incultis, pascuis, rubetis, pratis, patronatu ecclesie s. Michaelis in eadem constructe, montibus vinearum, vineis, aqua Danoby, piscina wlgariter Tanya, insula Danobiali, molendinis ac locis molendinorum...sub ipsarum veris metis et antiquis, quibus per nostram maiestatem aut alios earum possessores tente fuissent..., memorato magistro Petro filio Emerici et per eum Ladizlao et Iohanni filiis Stephani de eadem Theten, necnon Andree litterato et Gregorio filiis Nicolai de Kapronca, ac Petro filio Pauli fratribus suis sororinis ipsorumque heredibus...de manibus nostris regiis nove nostre donationis titulo ac omni eo iure, quo eedem nostre incumbunt collationi...donavimus...perpetuo... possidendas...salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1405. apr. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.609. (Arch. famil. Rudnyánszky.)- REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 357., nr. 3035.

[a] recte: despicabant

377 Késmárk, 1404. mart. 12.

(In Kesmark, in f. Gregorii.) Sigismundus...rex Hung....capitulo eccl. Vac.... Cum nos quasdam portiones nostras possessionarias et omne ius nostrum regium in possessione Tethen vocata, in com. Pestiensi...existentes simulcum earundem utilitatibus et pertinentiis...(et) patronatu eccl. s. Michaelis archang..., (necnon) vineis, aqua Danubiali, piscina vulg. Tanya, insula Danubiali, molendinis...magistro Petro fil. Emerici de dicta Tethen et per eum Ladislao et Johanni filiis Stephani de eadem, necnon Andree litterato et Gregorio fil. Nicolai, ac Petro fil. Pauli de Kapronca fratribus suis sororinis nove nostre donationis titulo contulerimus; fidelitati igitur vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente strennuus et nobiles viri: Zoelus de Nassis vel Johannes fr. eiusdem castellani nostri Budenses, an Dominicus de Pakon, sin Petrus fil. Jacobi de Gyogh, seu Paulus fil. eiusdem, sive Johannes fil. Jacobi de Harazth...ad faciem predictarum portionum possessionariarum...et utilitatum earundem vicinis et commetaneis earundem...inibi...presentibus accedendo introducat prefatos Petrum fil. Emerici, Ladislaum et Johannem ac Andream litteratum et Gregorium filios Nicolai ac Petrum fil. Pauli de predicta Kapronca in dominium earundem, statuatque easdem ipsis premisse nove nostre donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos in nostram presentiam...rationem contradictionis eorum reddituros.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Vac. 1404. mart. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.606. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 357., nr. 3036.

378 Sempte, 1404. mart. 21.

(In Sempthe, f. VI. a. dom. Ramispalm.) In litteris (Sigismundi regis) habebatur, quod... pensatis...servitiis...magistri Michaelis filii Andree de Koltha, ac Dominici filii Stephani de Beych, familiarium...magistri Piponis de Ozora comitis camararum salium nostrorum...signanter...in his elapsis disturbiorum temporibus...exhibitis...possessionem Jenew appellatam...condam Georgii (filii Dominici) et Nicolai (filii Johannis de dicta Jenew) ad manus nostras regias...devolutam simulcum...eiusdem pertinentiis...de prelatorum et baronum nostrorum consilio eisdem magistro Michaeli litterato, ac Dominico filio Stephani et per eos Andree filio Nicolai dicti Harcha, ipsius Michaelis, et Johanni filio Stephani eiusdem Dominici fratribus eorumque heredibus... nove nostre donationis titulo...de manibus nostris regiis dedissemus...perpetuo...possidendam...salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hung. 1405. sept. 9. Arch. publ. Capituli Castriferrei. Statut. nr. 101. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 506., nr. 4146.

379 1404. mart. 25.

(F. III. p. Ramispalm.)...Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h.s.v. pervenire, quod Petrus filius Emerici et Ladislaus filius Stephani nobiles de Thethen pro se personaliter et pro Ladislao filio ipsius et Iohanne filio dicti Stephani filio et fratre eorum...ab una, parte vero ex altera Andreas litteratus civis Budensis, filius Nicolai de Kapronca...pro se personaliter, ac pro Gregorio fratre suo uterino et Petro filio Pauli ex sorore eorundem Andree litterati et Gregorii uterina procreato coram nobis constituti, ...Petrus filius Emerici et Ladislaus filius Stephani (cum onere)...sunt confessi...in hunc modum: Quod quia ipsi quasdam portiones possessionarias in possessione Thethen..., in comitatu Pestiensi...habitas, ipsis ac...Andree litterato Gregorio et Petro filio Pauli per regiam maiestatem...nove donationis sue titulo communiter collatas...auxilio...et laborum instantia assidua...Andree litterati, Gregorii et Petri filii Pauli, necnon rerum et bonorum eorundem...expositionis subventione aquisivissent, ...aliaque subsidia...ab eisdem recepissent temporalia, ideo ipsi...tum (pro) premissis beneficiis..., tum etiam pro...fraternitatis amore...eorundem filiorum Nicolai et Petri quendam fundum curie ipsorum, in quo condam

mag. Nicolaus cancellarius personalem fecisset residentiam, in...possessione Thethen ...existentem, ipsos ac eosdem filios Nicolai et Petrum filium Pauli communiter tangentem cum omnibus suis utilitatibus...et pertinentiis...ac pleno dominio prenominatis Andree litterato ac Gregorio filiis Nicolai et Petro filio Pauli eorundem(que) heredibus..., excepta portione eorundem eos possessione Thethen in eadem concernenti et extra divisionem inter ipsos equanimiter fiendam...contulissent..., ymo prememorati Petrus filius Emerici, Ladizlaus filius Stephani...contulerunt...coram nobis per ipsos iure perpetuo...possidendum...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo violacei coloris pro sig. pend. iam deperdito. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.605. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Daróczy: Turul 27(1909) p. 136.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 361., nr. 3072.

380 1404. mart. 26.

(IX.[a] die f. III[e] a. Ramispalm.)...Capitulum eccl. Vaciensis...ad univ. not. h. s. v. pervenire, quod nos litteras...Sigismundi...regis Hung. ...statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 377. Sigismundus rex Hung. 1404. mart. 12.) ...Nos igitur...unacum ...Paulo fil. Petri de Gyogh...Nicolaum chori eccl. nostre...presbiterum...pro nostro testimonio duximus destinandum, qui ...nobis...retulerunt, quod ipsi f. tertia...a. dom. Ramispalm[1]. ...ad faciem portionum possessionariarum in possessione Theten vocata ac ...utilitatum ipsarum...accedendo...Petrum fil. Emerici, Ladislaum et Johannem ac Andream litteratum, necnon Gregorium filios Nicolai et Petrum fil. Pauli de...Kapronczа in dominium earundem introduxissent et statuissent easdem ipsis...nove regie donationis titulo perpetuo possidendas nemine...contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica, in inferiori margine litteris ABC intercisa; sig. iam deperditum. In eschatocollo Michael archidiac. Pestiensis nominatur, in dorso vero manu coaeva scripta Statutorialis super Tethen adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.606. (Arch. famil. Rudnyánszky.)

[1] Mart. 18.

381 1404. apr. 4.

Magistratus civitatis Budensis Petrum dictum Keszei concivem suum duas vineas suas, unam in villa Szék, aliam in promontorio villae Sasad habitas pro debito suo solvendo usque vindemium proxime affuturum Martino Armeno, similiter civi Budensi, sub certis conditionibus pignori obligasse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 8948. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1545. No. 44.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 120., nr. 497.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 363-364., nr. 3092. - MENT.: Fejér: X/4. p. 350.; Lederer: Pénzüzletek p. 113., not. 155.

Relatio Laurentii Ninderthaim iurati.

Nos Petrus dictus Rawczan iudex castri novi montis Pesthiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod Petrus dictus Kezzew concivis noster coram nobis personaliter comparendo Martino Armeno similiter concivi nostro in ducentis et sexaginta cubulis vini et florenis duodecim per singulos centum denarios computando dixit se fore debitorem, pro quibus duas vineas suas, unam in territorio ville Chek, in contigua vicinitate vinearum Thome de Sala et Nicolai de Schek habitam, aliam vero in promontorio ville Sassad, vineis Mathie Sos et Martini aurifabri hungari commetaneam simulcum vino in premissis vineis procreando pro pignore obligavit usque vindemium proxime affuturum eo modo, quod de vinis proveniendis eidem Martino satisfactionem impendere debeat indilate conferendo sibi pro huiusmodi debitis vina in alveo, prout vicini eiusdem Petri Kezzew in eodem territorio vina sua circumcirca venditioni exponere valebunt, tali adiuncta obligatione, quod prenotatus Petrus nec vineas predictas, nec vina de eisdem provenientibus[a] vendere aut alienare poterit, donec annotato Martino pro debitis pretactis satisfactio condigna

impensa fuerit et realis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima post festum pasce domini, anno domini millesimo quadringentesimo quarto.

[a] recte: provenientia

382 1404. apr. 7.

Magistratus civitatis Budensis Nicolaum dictum Malus, concivem suum, domum suam Budae prope s. Stephanum habitam Georgio Armeno et dominae Margarethae consorti suae pro viginti duobus fl.parvae monetae (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Sub sigillo Gorgo armin in dorso vero p$^{e}_{os}$ Niclas Haw[er], sein haus verkauff' hat Georgio Armeno gelegen in der nachperschafft Emerichs und Thoma Snei[der] pey Sant Stephen. adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8952. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1545. No. 43.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 120., nr. 497.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 365., nr. 3101. - MENT.: Fejér: X/4. p. 350.

Relatio Rigonis Rechperger iurati.

Nos Petrus dictus Rawczan iudex castri novi montis Pesthiensis et universi cives de eodem memorie commendamus[a], coram nobis personaliter constitutus Nicolaus dictus Malus concivis noster quandam domum suam prope sanctum Stephanum in vicinitate domorum Emerici parte ab una et Thome sartoris habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis universis de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nullo penitus contradictore existente vendidit et tradidit Georgio armeno et domine Margarethe consorti sue et eorum heredibus heredumque suorum legittimis successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro viginti duobus florenis parve monete tali conditione adiecta, quod predictus Georgius armenus et domina Margaretha aut eorum heredes et posteri eorundem ad altare corporis Christi in ecclesia beate Marie virginis nostre parochialis[b] singulis annis et perpetuo ratione vulgo purkrecht dicto decem et octo denarii novi[c] aut procuratoribus ipsius altaris pro tempore constituendis[d]. Assumpsit nichilominus memoratus Nicolaus Malus dictus eosdem Georgium Armenum ac dominam Margaretham ipsius conthoralem, necnon posteros eorundem ab omnibus ratione dicte domus et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam ad instantiam et petitionem partium predictarum presentes litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post dominicam Quasi modo geniti, anno domini millesimo quadrigentesimo quarto.

[a] recte: commendamus, quod

[b] forsitan pro: nostra parochiali

[c] recte: denarios novos

[d] recte: constituendis solvere teneantur

383 1404. apr. 15.

Sigismundus rex Hungariae ex-iudices Budenses turbulentos plectendo regio sub edicto statuit et decernit, ut Andreas carnifex et socii sui, qui in disturbiorum nuper elapsis temporibus insimul conspirando, spretaque protestatione castellani castri Budensis, novum iudicem et novos iuratos cives sibi elegerunt, nullo unquam tempore in iudicem vel iuratos cives in dicta civitate assumi aut eligi et deputari valeant.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1498. jun. 30. Arch. famil. Macskássy de Tinkova nr. 894. in Sectione Kolozsváriensi (Clujensi) Musaei Nationalis Romaniae. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 318-320.;

Palugyay: Buda-Pest I. p. 121. (Cum abbreviationibus.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 367., nr. 3116. - MENT.: Pesty: Szörény III. p. 125. - COMM.: Palugyay: Buda-Pest I. p. 120.

Nos Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgensis et sacri Romani imperii generalis vicarius et regni Bohemie gubernator memorie commendamus per presentes, quod quia Andreas filius Friderici carnifex, condam Laurentius pellifex et Rigolinus parvus pridem iudices et omnes illi, qui temporibus eorum iurati cives fuissent in civitate nostra Budensi deputati, pridem, in anno, cuius iam preteriisset revolutio, nobis in regno Bohemie pro sacri Romani imperii et nostri patronatus prosequendo honore laborantibus, sine nostro mandato, scitu et voluntate insimul conspirantes, allectis eis tota communitate civitatis predicte, novum iudicem, novosque iuratos cives in nostri opprobrium culminis, in dicta civitate eligere, deputare et nominare, fidelesque nostros cives antiquos, de quibus specialem habuimus confidentiam et quorum...[a] civitas ipsa ab omnibus impugnationibus fuit protecta...[b] eorum temeritatibus deponere presumpserunt et quamvis ipse iudex et iurati ...[electi...fideli nostro Zvelo castellano nostro[c]] Budensi, ut moris est, post electionem...[d] per ipsum omnino refutati fuissent, ipsi tamen mandatum ipsius nostri in persona...[e] eandem civitatem nostram per duos quasi integros annos sic in errore tenere non expaverunt, de quo potuissent nobis magnum preiudicium et ingens periculum leviter evenisse, nisi divino adiutorio tali idemptitati[f] congruis et salubribus remediis fuisset obviatum. Ideo nos auctoritate nostre regie potestatis, ut ipsi Andreas cum sociis suis superius expressis de perpetratis doleant et de commissis recipiant debitam penam ultionis, statuimus et decrevimus, ymmo statuimus et decernimus hoc nostro regio sub edicto, ut ipse et predicti socii sui nullo unquam tempore in iudicem, aut iuratos cives in predicta nostra civitate assumpmi valeant, aut eligi et deputari; harum nostrarum testimonio litterarum mandantes serie presentium firmiter et districte vobis fidelibus nostris universis et singulis civibus, hospitibus, habitatoribus et incolis dicte nostre civitatis Budensis presentibus et futuris, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos electio seu nominatio iudicis et iuratorum civium eiusdem civitatis pertinet communiter et divisim, quatenus prefatos Andream et socios suos superius expressos in iudicem aut iuratos cives nullo modo eligere, nominare vel deputare presumatis, neque sitis ausi modo aliquali et aliud sub pena nostre gravissime indignationis non facturi; presentes etiam apud nostros fideles iudicem et iuratos cives Budenses pro tempore constitutos volumus remanere. Datum Posonii feria tertia proxima ante dominicam Iubilate anno domini millesimo quadringentesimo quarto.

[a] Circiter tria vocabula non sunt legibilia.

[b] Circiter tria vocabula non sunt legibilia.

[c] Circiter tres partes unius lineae in photographia litterae non bene videntur. In parenthesi lectio Palugyayana legitur, qui documento originali usus est.

[d] Circiter duo vocabula non sunt legibilia.

[e] Circiter duo vel tria vocabula non sunt legibilia.

[f] recte: indempnitatis

384 Pozsony, 1404. apr. 18.

(Posony, f. VI. a. Georgii.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m.c.t.pr.signif. quibus exp. univ., quod...tum consideratis...fidelium obsequiorum gratuitis meritis... Iohannis filii Iacobi de Harazthy per ipsum nobis et sacro nostro dyademati...maxime hiis proxime elapsis disturbiorum temporibus, quibus nonnulli prelati, magnates, proceres et nobiles regni nostri ingrati et inmemores beneficiorum a celsitudine nostra largiflue perceptorum ab observanda nobis fidelitatis debite constantia prorsus apostataverant cum omni fidelitatis fervore...exhibitis..., tum etiam agnoscentes quandam possessionem ipsius Iohannis filii Iacobi et Ladislai fratris sui uterini Zenthlorynch vocatam, in comitatu Pestyensi existentem, nobis et castro nostro Budensi propinquam, utilem et utique proficuam, quandam possessionem nostram Poltharazthya vocatam, similiter in...comitatu Pestyensi existentem simulcum universis eiusdem utilitatibus et pertinentiis...memorato Iohanni

filio Iacobi et Ladislao fratri suo uterino et per eosdem Dominico filio Andree de Pakan, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in concambium...pretacte possessionis ipsorum Iohannis et Ladislai Zenthlorynch vocate, prelatorum et baronum nostrorum... exinde prehabito consilio, de manibus nostris regiis, noveque nostre donationis titulo (cum exp. caut.) dedimus...et conferimus iure perpetuo...possidendam...salvo iure alieno, memoratam possessionem Zenthlorynch...castro nostro Budensi applicantes...,

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1406. febr. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.871. (Arch. Mus. Nat. Coll. Véghely.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 120. nr. 498.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 368., nr. 3123.

385 Pozsony, 1404. apr. 18.

(Posonii, f. VI. a. Iubilate.) Sigismundus...rex Hungarie...fideli suo...Iohanni archiepiscopo Strigoniensi...Gravis et dolorosa querela...domini Iohannis Posoniensis prepositi et plebani Budensis, nostri secretarii, aures nostras...propulsavit, quomodo vos, vicarii et officiales vestri sedis Strigoniensis...sola potentia vestra et rancore... adversus ipsum concepto eundem Iohannem et clerum sibi subiectum in...prepositura Posoniensi, necnon in eccl. parrochiali...Budensi et capellis sibi subiectis et earundem, prepositure vidl. et parochialis eccl. iurisdictione et consuetudine, quas ab antiquo semper obtinuerunt et obtinent de presenti, multipliciter vexaretis, ...ac iterum vexare...velletis tam auctoritate ordinaria, quam super ipsum, licet expressive vos habere pretenditis, quam etiam in Romana curia, ubi ipsum et ecclesiam suam parrochialem Budensem ad ultimum exterminium deduxistis...Nos igitur...pensantes...fidelia continua et gratissima servitia sua, que nobis et regno nostro Hungarie, lateri nostro semper adherens, exhibere non desinit, qui nobiscum in cunctis nostris tribulationibus et angustiis permanendo ubique constans permansit, nequitque occasione premissarum vexationum vestrarum ecclesias et clerum sibi subiectas et subiectum, nisi nostro presidio defensare, ipsum cum universo clero sibi subiecto a vestra prorsus iurisdictione et iudicio eximentes...nostro dumtaxat iudicio et iudicatui volumus esse subiectum. Quocirca fidelitati vestre...mandamus, quatenus... prefatum dominum Iohannem et clerum sibi subiectum tam in prepositura Posoniensis, quam in eccl. parochiali Budensi nequaquam iudicare seu vestro astare iudicatui per vestros vicarios et officiales compellere, nec ipsum et clerum sibi subiectum per vestras ac vicariorum vestrorum litteras, censuras et processus deinceps vexare, molestare et impedire quovismodo presumpmatis, sed eundem...ab omni vestra et vestrorum iurisdictione exemptum...habeatis. Si quid autem vos actionis adversus eundem...vel suos subditos habere pretenditis, id coram nobis tamquam suo unico iudice legitime prosequi debeatis, ex parte cuius nos vobis plenam iustitiam, prout expediens fuerit, faciemus. Volumus etiam, quod iuxta decreti nostri tenorem, quod vobis cum presentibus dirigimus, nec in curia Romana, nec extra contra eundem litem movere seu quovismodo procedere debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sig. not. canc.: Commissio propria domini regis legitur. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 39. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pray: Hierarchia p. 69-71.; Katona: Hist. crit. XI. p. 621-623.; Fejér: CD. X/4. p. 312-314. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 368. nr. 3124.

386 Pozsony, 1404. apr. 18.

(Posonii, f. VI. a. Georgii.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Dicit nobis magister Petrus filius Emrici de Teten, quod...paria...litteralium instrumentorum super venditione...portionum possessionariarum Nicolai filii Nicolai condam cancellarii regii in eadem Teten habitarum pro nostra maiestate per eundem Nicolaum statutioneque earundem portionum...factis emanatarum confecta in vestre sacristia seu conservatorio ecclesie vestre...reposita haberentur; et quia iam...tota possessio Teten sibi pro suis...servitiis per nostram excellentiam donata foret..., ideo ipse dictis paribus...pro defensione...suorum iurium...indigeret; ...fidelitati vestre...mandamus, quatenus prefata paria...requiri...faciatis...et reinventorum tenores, si eadem modo premisso super...

venditione et statutione dictarum portionum possessionariarum annotati...Nicolai nostra pro serenitate factis rite...emanata fore cognoveritis, in transcripto litterarum vestrarum eidem magistro Petro concedatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1404. apr. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.607. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 368., nr. 3126.

387 Firenze[1], 1404. apr. 19.

(Florentie[1], die 19. Apr.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie..., marchio Brandenburgen...., sacri Rom. imp. gen. vicarius et regni Bohemie gubernator ...Vestre dilectionis litteras...per Frontonem concivem vestrum nobis oblatas...maiestas nostra...suscepit, quarum perlecto tenore, cum vos nullius culpe nostre dyademati fore obnoxios dissertissimis rationibus ostentatis, vehementer...noster animus exultavit. Quamquam antea nobis satis difficile creditu videbatur, quod populus Florentinus...debuisset cum hoste nostro...lige fedus...percussisse. Mirari tamen non debetis, si contrarie opinionis hactenus serenitas nostra fuit, quoniam non maledicorum suggestio, que profecto nulla fuit, sed fama publica e diversis partibus ad aures nostras delata, amicorumque littere inter summum pontificem, Ladislaum filium quondam filium Karoli de Durachio et vestrum Commune ligam fuisse celebratam, nostris sensibus haud irrationabiliter suaserunt. Nunc. quidem rem aliter se habere nobis scribitis, gaudemus et excussiones vestras...acceptamus. Verum de vestrorum detentione mercatorum quos fortassis, aut causa credulitatis lige premisse, aut cupiditate extorsionis rerum suarum opinamini fuisse detentos vestram prudentiam sic affamur, quod adhuc dum celsitudo nostra in regno Boemie moraretur, delatum ad aures nostras extitit relationibus fidedignis, quosdam latinos Bude commorantes in sciscitandis et scribendis novis exploratione sollerti plurimum vigilare, ingentemque letitiam non tam clandestine, sed etiam palam de adventu Ladizlai prelibati ostendere. Quod audientes cum huiusmodi protervie, ea tempestate, qua regnum nostrum undique fervebat discidiis intestinis, in derogationem nostri favoris atque status non mediocriter redundaret, generaliter omnes Latinos Bude existentes, qui quovis modo, verbo vel opere aliquid in nostrum preiudicium attentare presumpsissent, mandavimus detineri. Fuerint igitur non modo Florentini sed et alii, imo et nonnulli Florentini quod favere parti nostre viderentur sine ullo prorsus impedimento liberi permanserunt. Hec...fuit causa detentionis concivium vestrorum..., nec quispiam credat causam detentionis eorum opes extitisse, que utique perexigue fuere, ac minime tante, ut animum nostrum ad aliquam rapacitatem solicitare potuissent. Cum profecto nulla tanta sit utilitas, que ad iniustitiam trahere nos posset, aut ad aliquod facinus inducere, quod vergi posset detrimentum nostri nominis vel honoris. Verumtamen iam dudum finem factis ipsorum nostra claritas imposuisset, nisi fuissent occupationes peringentes, quas propter regni nostri disturbia passi sumus. Sed...in brevi disponemus quod causa eorum in presentia nostri si fieri potest, vel saltem per officiales nostros examinabitur. Deinde rei veritate... exquisita de illis decernemus prout dictaverit iuris ordo. Ceterum hoc unum sine grandi admiratione preterire non possumus, quod cum apicum vestrorum tanta sit elegantia, tanta facundia, tanta venustas, tanta dulcedo, ut tota series sit purpureis floribus exornata, honor dumtaxat suprascriptionis detruncatus est, et in suis titulis defectivus: quod quidem nescimus an ignorantia factum sit, an iudicio non incerto...

In dorso: Magnificis ac potentibus viris amicis nostris karissimis dominis Prioribus artium et Vexilliferi iustitie populi et Communis Florentie.

ORIG.: Arch. civitatis Florentinen. Carteggio della Signoria. Missive, reg. 25., fol. 51. - COPIA SIMPL.: Simonyi Ernő: Flórenci okmánytár. Ms. 4994. Bibl. Acad. Sc. Hung. - REG.: Iorga: Acte II. p. 100.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 369-370., nr. 3131.

[1] Secundum copiam hic locus dati habetur in originali, sed mendose, nam hac die Sigismundus rex Posonii degebat. (Vide: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 369., nr. 3128.)

388 Buda, 1404. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Nos Zoellus de Nassis inter ceteros honores castellanus Budensis et comes de Beche m. comm., quod quia mag. Paulus palatinalis prothonot. - solus, aliis exclusis - in additamentum possessionis Terbegech vocate condam Nicolai filii Stephani filii Nicolai filii Dobak hominis, ut dictum fuisset, sine heredibus defuncti per dominum... Sigismundum regem sibi et Valkan fratri suo pro portione eorum in possessione Paath habita concambialiter in perpetuum tradite centrum fl. auri veri et iusti ponderis, quos nobis in persona eiusdem domini nostri regis ex eiusdem commissione persolvere debeat, plene persolvit, ideo nos eundem...super ipsis centum fl. reddidimus...expeditum...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. viridis coloris impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 69.318. (Arch. Mus. Nat. famil. Kubinyi de Kovar) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 331., nr. 3140.

389 Korpona, 1404. apr. 27.

(Dom. p. Georgii.) Sigismundus...rex Hung., Dalm., Croat. etc(etera) ac sacr. Rom. Imp. vicar. gen. et regni Bohemie gubernator m. c. omm. per pr., quod cum inter Johannem filium Petri filii Dionisii de Radwana ab una, item cives ac universos populos et hospites nostros de Biztricia com. Zolyen. parte ab altera...super facto rectificationis metarum eorundem possessionis Radwan et civitatis Biztricza...litium et contraversiarum materia...suborta...postremo vero in nostram specialem et baronum nostrorum presentiam deducta fuisset, ...Nicolaum episcopum eccl. Wacyensis ac... nobiles viros Nicolaum archidiaconum Gwmuriensem comitem capelle nostre, necnon Gregorium Bachyensis eccl. prepositum ac plebanum de Pesth et...fratrem Paulum abbatem de Bath ad...erectionem metarum...secundum demonstrationem ipsarum partium faciendam de curia nostre maiestatis partibus predictis specialiter destinassemus...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 84.706. (Sign. ant.: Radvan, I. oszt. 1404., II. cs. 26. sz.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 372., nr. 3148.

390 1404. apr. 29.

(F. III. a. Philippi et Iacobi.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod nos litteras...domini Sigismundi...regis Hungarie...requisitorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 385. Sigismundus rex Hung. 1404. apr. 18.) Nos ...mandatis...domini nostri regis...obedire volentes..., paria...litteralium instrumentorum in...sacristia seu conservatorio ecclesie nostre...requiri faciendo quoddam par privilegii nostri super venditione...portionum possessionariarum...Nicolai filii Nicolai (de Teten) cancellarii per eundem pro regia maiestate facta emanatum extitit repertum continens per omnia hunc tenorem: (Vide nr. 251. Capitulum Budense 1398. febr. 23.) Nos igitur...par nostri privilegii in...nostra sacristia seu conservatorio...reinventum de verbo ad verbum...presentibus litteris nostris inseri faciendo tenorem eiusdem predicto Petro filio Emrici duximus concedendum, ipsum par privilegii nostri rursum in ...nostra sacristia reponentes...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et albi coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.607. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Daróczy: Turul 27(1909) p. 136.

1404. maj. 18.

(In penthec.) Nos Capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Marcus filius Pauli sartoris dicti Tykeres de KysJeneu ..exhibuit nobis...litteras...Lodouici regis (in Visegrad f. v. p. f. b. Laurentii mart. a. d. millesimo trecentesimo septuagesimo octavo[1]) patenter confectas...petens nos..., ut easdem litteris nostris...inseri... faciendo transcriptum eiusdem memorato Marco dare dignaremur..., quarum tenor talis est: Nos Lodouicus...rex Hungarie, Polonie, Dalmatie... t. pres. signific. quibus exp. univ., quod Dominicus filius Johannis de KysJenew in comit. Pilisiensi ab una, parte vero ab altera Paulus sartor filius Benedicti de Dada coram...nobis...constituti, per ipsum Dominicum... propositum extitit..., quod quia dictus Paulus in...multimodis suis negotiis...eundem sepe adiuvaverit, ideo ipse...eundem Paulum in suum recipiendo filium adoptivum eidem filiam suam Barbara nomine...matrimonialiter tradidisset...; volensque eundem Paulum participem esse temporalium suorum bonorum, medietatem...possessionis sue Kysyenev vocate a parte orientis in dicto comit. existentem simulcum eccl. s. Michaelis archang. in eadem possessione constructa...cum consensu domine consortis sue Elena vocate, filie ...Johannis filii Lamperti de Bezteh, Gregorii et Georgii fratrum suorum carnalium personaliter astantium...dicte filie sue Barbara vocate et per consequens ipsi Paulo sponso suo...dedisset...; e converso vero dictus Paulus fundum curie sue in castro Budensi, in foro sabbati sitam..., in vicinitate domorum Johannis aurifabri a parte occidentis et Petri filii woyuode a parte orientis existentem cum...edificiis...lapideis et ligneis ac quatraginta equas equatiales poledros producentes Dominico...socero suo (cum exp. caut.) dedisset... iure perpetuo possidere...Dominicus filius Johannis et Paulus sartor...nostre supplicarunt maiestati, ut donationi possessionarie ac aliarum rerum predictarum regium consensum prebere dignaremur. Nos igitur supplicationibus...Emerici regni nostri palatini et Stephani wayuode nostre partis Transsiluane, ac consideratis servitiis (prefatorum Dominici et Pauli) premisse donationi...nostrum regium consensum tribuimus et assensum ...Nos itaque...prefati Marci petitionibus...annuentes..., predictas litteras Lodouici regis...presentibus litteris nostris inseri fecimus pro Marco prenotato...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo sig. pend. iam deperditi. Arch. publ. Capituli Strigoniensis Capsa 2., fasc. 9., nr. 7. - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hung. 1405. sept. 9. Arch. publ. Capituli Castriferrei. Statut. nr. 101. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung.Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 377., nr. 3183. - Vide et ap. Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 293., not. 70.

[1] 1378. aug. 12.

392 1404. maj. 21.

(F. IV. p. penthec.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod...fr. Mathias magister cruciferorum ecclesie s. Trinitatis de Calidis aquis possessionem (ecclesiae suae praedictae) Ozori vocatam (in comitatu Trinchiniensi existentem) ...cum...suis...pertinentiis...nobili viro Philippo filio Zauisse de Ozori...et...suis heredibus...sub feudo seu censu annuali...contulisset...perpetuo possidendam...; ipseque Philippus...ratione...conservationis annotate possessionis... singulis annis singulos decem fl. auri puri et iusti ponderis in festo penthecostes...in domo...domini Mathie in villa Calidarum aquarum habita...ecclesie s. regis Stephani et per consequens...domini Mathie et...suis successoribus (sub conditionibus in litteris fusius specificatis) solvere assumpsisset...coram nobis...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo viridi pend. In dorso manu saec. XVI. Super possessione Ozor ecclesie sancti regis prope Strigonium adnot. est scripta. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. U., nr. 177. - REG.: Magyar Sion 1865. p. 660. (ment.); Zsigmondkori oklt. II/1. p. 377., nr. 3188.

393 Buda, 1404. maj. 24.

(Bude, in vig. Trinit.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie... marchioque Brandenburgen...., sacri Rom. imp. vicar.gen. et regni Bohemie gubernator ...iudici iuratisque civibus civitatis nostre Budensis...Quia nos...Nicolao filio Johannis de Dalka quandam domum lapideam...condam...Benedicti episcopi Wesprimiensis, cui quidem domui a parte meridiei domus Georgii Kwn dicti, a plaga vero australi domus Andree carpentarii, civium de dicta Buda vicinari dicuntur, pro suis...servitiis per alias litteras nostras...per vos statui facere velimus, fidelitati vestre igitur...mandamus, quatenus... huiusmodi domum lapideam iuxta contenta aliarum litterarum nostrarum donationalium, modum et consuetudinem civitatis vestre observando statuere, eidemque litteras vestras statutoriales dare...debeatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1404. jun. 11. Arch. Comit. Komárom. Acta iuridica antiqua nr. 62. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca DF. 261.487. - REG.: Alapi: p. 29.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 379., nr. 3299.

394 1404. jun. 10.

(F. III. p. oct. corp. Chr.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod nobilis domina Margaretha..., consors Pauli armipari hospitis de castro Budensi, filia... condam nobilis domine Elena vocate, filie Luce de Kalaz coram nobis...constituta... confessa est..., quod ipsa...quandam sessionem suam seu mansionem populosam in villa Bekasmeger...adiacentem, ipsam omni iure concernentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis..., nostris tamen et ecclesie nostre...villa in eadem existentibus salvis remanentibus, religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. virginis de Veteribuda pro quatuordecim fl., eorum quemlibet per centum denarios novos conputando...tamdiu, quousque ipsa vel eius successores eandem sessionem pro premissis quatuordecim fl. ab ipsis religiosis dominabus redimere possent, servandam...pignori obligasset...assumpmendo nichilominus...annotatas religiosas dominas in dominio pretacte sessionis...usque diem redemptionis eiusdem contra omnes pacifice conservare et ab omnibus, signanter autem a Petro et Augustino filiis, ac Martha et Veronica filiabus suis, ratione previa molestare volentibus, tramite iuris defendere et expedire laboribus suis propriis et expensis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. Impignoratitia possessionarie portionis domine Margarete consortis Pauli arcuparis in Bekasmeger habita adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 8969. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14. No. 22.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 385., nr. 3242.

395 1404. jun. 11.

Magistratus civitatis Budensis litteras Sigismundi regis Hungariae in facto statutionis cuiusdam domus Budensis Nicolao de Dalka 1404. maj. 24. donatae transcribit.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Comitatus Komáromiensis. Acta iuridica antiqua nr. 62. - PHOTOCOPIA.: Arch. Nat. Hung. Phototheca DF. 261.487. - REG.: Alapi: p. 30.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 385., nr. 3247.

Nos Petrus Rauczan iudex Castri Novimontis Pestiensis, iurati et universi cives de eadem presentium tenore significamus quibus expedit universis, quod nostram accedens presentiam nobilis vir Nicolaus de Dalka petens se statui in domum reverendi in Christo patris et domini Benedicti quondam episcopi Wesprimiensis in vicinitate domorum Georgii Kwn dicti parte ab una, et Andree Carpentarii parte ab altera sitam, ab illustrissimo principe domino nostro rege Sigismundo vigore litterarum sue nououe donationis titulo collatam, cuius statutionis exhibuit quasdam litteras patentes eiusdem domini nostri regis nobis

preceptorie directas, quarum tenor talis erat: (Vide nr. 393. Sigismundus rex Hung. 1404. maj. 24.) Nos igitur litteris serenissimi principis domini nostri regis Sigismundi honorifice receptis eundem dominum Nicolaum de Dalka in dominium supradicte domus...[1] cum fundo curie et omnibus edificiis (lapideis) et ligneis et cum ceteris suis utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus iuxta continentias litterarum regalium assignavimus et contulimus, ymmo assignamus et conferimus pacifice et iure perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem domino Nicolao de Dalka concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis in specie fuerint reportate. Datum feria quarta proxima ante festum sancti Viti martiris anno domini millesimo quadringentesimo quarto.

[1] 2-3 vocabula non sunt legibilia.

396 Buda, 1404. jun. 12.

(Bude, f. V. p. Barnabe.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Vacyensis...Cum nos consideratis...fidelium servitiorum meritis...Iohannis filii Iacobi de Harazthy...possessionem nostram Poltharazthya vocatam, in comitatu Pestyensi existentem simulcum universis eiusdem utilitatibus et pertinentiis...memorato Iohannis filio Iacobi et Ladislao fratri suo uterino et per eosdem Dominico filio Andree de Pakan ipsorumque heredibus... in concambium possessionis sue Zenthlowrynch vocate nove nostre donationis titulo perpetuo duxerimus conferendam; fidelitati...vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Stephanus Kakas de Gyal, vel Blasius de Van, aut Thomas de eadem Van, sin Ladislaus de Chew, aliis absentibus homo noster ad faciem...possessionis Poltharazthya...vicinis et commetaneis eiusdem...illic...convocatis et presentibus accedendo introducat memoratum Iohannem filium Iacobi et Ladislaum fratrem eiusdem uterinum, ac Dominicum filium Andree in dominium eiusdem, statuatque eandem ipsis...nove nostre donationis titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet eosdem contra memoratos Iohannem, Ladislaum et Dominicum nostram specialem in presentiam...rationem de premissis reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Vaciensis ecclesiae 1404. jun. 23. > Sigismundus rex Hungariae 1406. febr. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.871. (Arch. Mus. Nat. Hung. Coll. Véghely.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 386., nr. 3250.

397 Buda, 1404. jun. 18.

(Bude, IV. die Viti et Mod.) Nos Nicolaus Treutul de Neuna mag. tavarn. regalium et comes de Posega m. c., ...quod nobis in festo beatorum Viti et Modesti martirum[1] Bude unacum nonnullis regni nobilibus ac providis viris Michaele de Iaurino iudice ac Iohanne de Buda, Iohanne rufo, Gregorio de Iaurino dictis et Brictio rufo iuratis civibus civitatis Veterisbude plerisque aliis idoneis viris pro reddenda cuilibet nobis querulanti iustitia congrua pro tribunali sedentibus providus vir, Demetrius litteratus, civis de dicta Veteribuda, ...procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda prescripta presentibus et audientibus providis viris Iohanne, Benedicto Churul dicto, altero Benedicto filio Francisci, Valentino, Iohanne filio Plosar et Emerico carnificibus seu magistris carnificum atque civibus de sepefata civitate Veteribudensi... exhibuit nobis quasdam litteras olym...domine Elizabeth...regine Hungarie...patentes... petens nos...in personis prefatarum religiosarum dominarum..., quatenus prefatas litteras ...presentibus litteris nostris privilegialibus inseri pro eisdem et transscribi facere dignaremur..., quarum tenor talis est: (Vide: Elisabet regina Hungariae 1369. dec. 6.) Quibus presentatis...Demetrius procurator...dominarum sanctimonialium allegavit eo modo: Quod prenominati magistri carnificum et eorum predecessores...tria centenaria sepi ex collatione et testamentaria dispositione prelibate Elizabeth regine...a sui decessus tempore incipiens[a] semper et annis singulis prefato claustro et religiosis dominabus sanctimonialibus eiusdem claustri dedissent et amministrassent, ac dare et amministrare fuissent asueti essentque de presenti pleno iure, et hec eisdem iudici et iuratis civibus ac magistris carnificum constaret evidenter - petens nos, nominibus et personis quibus supra..., quatenus iidem iudex et iurati cives ac magistri carnificum nobiscum...in iudicio existentes qualem de premissis scirent...requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem ibidem...de

premissis...requisitos habuissemus, iidem...matura deliberatione...inter se prehabita ...unanimi testificatione taliter affirmarunt, quod prefati magistri carnificum premissa tria centenaria sepi a tempore prefixo incipiens[a] semper dicto claustro b. virginis et religiosis dominabus sanctimonialibus eiusdem singulis annis amministrare fuissent asueti et amministrassent, ac dare et amministrare obligarentur de presenti pleno iure nostro antelato. Nos itaque...supplicationibus prefati Demetrii nobis...porrectis acquiesscentes, prefatas litteras...domine Elizabeth regine nostro iudiciario demonstratas conspectui presentibus litteris nostris privilegialibus verbotenus inseri et transscribi facientes...memoratis religiosis dominabus simulcum attestatione seu assertione prefatorum iudicis et iuratorum civium ac magistrorum carnificum duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. viridi de filo sericeo coerulei coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. Transsumptum littere reginalis super solutione seporum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 5813. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 1.) - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1493. dec. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 5812. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 1.) - MENT.: Magistratus civitatis Budensis 1493. mart. 20. Arch. Bibl. Univ. Budapest. Litterae et epist. orig. nr. 675. - ED.: Lederer, E., A legrégibb magyar iparoscéh kialakulása. Budapest, 1928. p. 46-47. et adnot. nr. 1. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 387., nr. 3270.

[1] 1404. jun. 15.

[a] recte: incipiendo

398 1404. jun. 23.

(Nona d. statut. /In Viti et Modesti.) Capit. eccl. Vac....ad univ. not. h. s. v. perv., quod nos litteras...Sigismundi regis Hung. introductorias et statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 396. Sigismundus rex Hung. 1404. jun. 12.) Nos igitur... unacum...Blasio fil. Nicolai de Vertes...Laurentium chori eccl. presbiterum...pro testimonio...duximus destinandum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi in f. b. Viti et Modesti[1]...ad faciem...possessionis Poltharazthya....vicinis et commetansis eiusdem... illic convocatis et presentibus... introduxissent ...Johannem filium Jacobi et Ladislaum fratrem eiusdem ac Dominicum filium Andree in dominium eiusdem cum omnibus suis utilitatibus...perpetuo possidendam contradictore nemine apparente...

ORIG.: Membr. cum plica, in superiori marg. litteris ABC intercisa et sig. de filo ser. viridis col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 58.943. (Arch. famil Békássy) - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1406. febr. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.871. (Arch. Mus. Nat. Coll. Véghely.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 389., nr. 3278.

[1] 1404. jun. 15.

399 Firenze, 1404. jul. 11.

(Florentie, die XI. Jul., Indict. XII., a. MCCCCIIIJ.) (Regi Hungarie.) Gratiosissimum Sublimitatis vestre responsum serenissime Princeps...nuper nostra recepit humilitas, in quo sumus...consolati: videntes Celsitudinem vestri Throni non adesse suggestiones que credi poterant imbibisse, quin locum reliquerit veritati, quin secum ...non cogitaverit oppositum facilius quam quod persuasum extiterat esse posse, quin primis excusationis litteris innocentiam non recognoverit filiorum...nosque in angustiis indignationis regie non reliquit...Gratias igitur agimus eterno numini, quod causam nostram gratiose defendit clementieque et serenitatis vestre, que veritatem et iustitiam nostram tam clara mentis intelligentia recognovit. O vere serenitatis inclitum caput, quod non potuit tam gravis offensionis annuntio perturbari, sed in sue tranquillitatis sede permanens, quod referebatur, placida mente perspexit et locum veritati sine commotionis nubilo reservavit. Quod autem quosdam ex nostris putet vestra serenitas culpam aliquam contraxisse, velleque

veritatem diligentis discussionis indagine reperire, summe placuit devotioni nostre, idque, quantum decet, humili reverentia commendamus. Verum quia per Dei gratiam, si quid erratum est, affectus fuit potius quam effectus. Regie magnanimitati et honori erit parcere supplicibus, et conatus talium hominum non curare...Erit ex hoc tamen, quod vestra benignitas ordinabit. Quisquis autem ille fuerit, errorem eius benignitati vestre clementie commendamus...Quod autem ultimis litterarum vestrarum partibus continetur, maiestatis vestre titulum detruncatum, admirationem vestre celsitudini peperisse; certa sit vestre sublimitatis humanitas, intentione quicquam de vestre dignitatis amplitudine minuendi non fuisse commissum. Absit a nobis tanta temeritas,tantus error: sed solum quod moris nostri nunquam fuit claritudinem regii nominis et appellationis minorum dignitatum titulis obscurare; queve in posteritatem non transeunt illis subnectere precedunt... Nunc autem quoniam intentio nostra constans et inmutabilis est semper maiestatis vestre celsitudinem colere, et eam nobis benivolam atque propitiam conservare, nos et nostrum hunc populum universaliter, specialiter autem Frontem Pieri et Johannem Biligiardis et cunctos alios nostros cives, qui sub ditione vestra sunt et inposterum permanebunt, humiliter vestre committimus maiestati, quam dignetur Omnipotens in defensionem hortodoxe fidei sua benignitate defendere, felicibusque augere successibus et incolumem multis temporibus conservare...

ORIG.: Carteggio della Signoria. Missive, reg. 25. - COPIA SIMPL.: Simonyi: Flórenci okmt. I. p. 252. Ms. Acad. Sc. Hung. nr. 4994. - REG.: Jorga II. p. 100.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 392., nr. 3304.

400 Kostel, 1404. jul. 30.

(F. IV. p. Jacobi, in descensu nostro campestri sub Gostel in Moravia.) Nos Sigismundus...rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae..., marchio Brandenb....., sacri Rom. imperii generalis vicarius et regni Bohemiae gubernator m. comm., quod venientes nostri in conspectum culminis...honorabilis et providus dominus Cristanus plebanus, ac Nicolaus dictus Mün iudex civitatis nostrae Kolosswar, proposuerunt eorum et totius communitatis civitatis...predictae et ipsius districtus nominibus nostrae maiestati, quomodo temporibus proximi disturbii regni nostri...propter constantiam...fidelitatis eorum nobis et sacro nostro diademati... observatam ad extremae desolationis exterminium devenissent...; unde ipsis...de opportuno remedio cum elargitione doni regalis...provideri supplicarunt, Nos autem...nolentes, ut ipsa nostra civitas et districtus ac cives et populi nostri ad extremam deveniant paupertatem..., eisdem civibus et populis nostris...hanc praerogativae gratiam...duximus faciendam, ut ipsi et eorum quilibet cum eorum rebus mercimonialibus ubivis, tam intra aquam extra regnum nostrum versus Venecias, Wyennam ac Boemiam, Poloniam et Morauiam aut alias partes quascunque tamdiu proficisci valeant et in emptionibus et venditionibus ipsorum libere et sine ullo impedimento exercere facta (!) eorum, libertate civitatis nostrae Budensis, quae dicitur sonare in contrarium, non obstante, donec et quoad usque nos cum praelatis et baronibus nostris desuper tractatus habuerimus sanius et, si aliqui ex praelatis et baronibus ipsis litteras vel ius habuerint, per quas possit huiusmodi libertas et praerogativa eis concessa quomodolibet infringi, maturius disponemus cum eisdem, harum nostrarum testimonio litterarum. Mandamus igitur...nostris universis et singulis praelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis quibuscunque harum continentiam visuris, et signanter iudici et iuratis civibus nostris Budensibus tenore praesentium firmiter et districte, quatenus praefatos cives et populos nostrae civitatis Kolosswar cum praedictis ipsorum rebus mercimonialibus per climata regnorum nostrorum proficiscentes cum (!) ad alias partes, vidl. versus Venecias, Wyennam ac Bohemiam, Poloniam et Morauiam ac alias quascunque intenderint, tunc ipsos una cum praedictis mercibus solutis debitis et consuetis tricesimis et tributis sinatis in eundo et redeundo libere proficisci assistentes ipsis favoribus, auxiliis et consiliis vestris opportunis...

ORIG.: Desideratur. - TRANSCR.: Arch. civitatis Kolozsvár (Cluj). - ED.: Jakab: Kolozsvár. Oklt. I. p. 117-118.); Z.-W.: Urkundenbuch III. p. 323-325. - REG.: Densusianu p. 435.; Sprawozdanie p. 24.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 395., nr. 3329.

(In descensu nostro campestri terre Moravie iuxta civitatem Podwyn, III. die Iacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m.c.t. pr. signif. quibus exp. univ., quod in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum nostre conquestum extitit maiestati, quomodo...ipse nonnullas haberent possessiones et iura possessionaria, que per varias hominum personas...a pluribus retroactis temporibus ...occupate...extitissent et haberentur de presenti, contra quos tum propter sui sexus fragilitatem, cui ad deffendendum iura vis modica subministrat, tum etiam ex eo, quod ipse recluse et rebus mundanis exempte vitam perpetue captivitatis in observantia regulari eligentes ad tractandum et negotiandum secularia minus habiles et experte haberentur, potissimum vero propter suorum inadvertentiam, negligentiam et proditionem procuratorum ac rectorum possessionum et iurium earundem prescriptorum, vidl. hominum non ea, que Iesu Christi et sue ecclesie, sed que sua sunt, querentium, in et pro requisitione dictorum iurium ...claustri eorundem protestationes et prohibitiones temporibus debitis et opportunis facte et emanate minime extitissent et nec haberentur de presenti, per quod prescriptionis consuetudo regni nostri in requisitione iurium memorati claustri ipsarum ipsis videretur derogari. Super quo...nostre extitit supplicatum maiestati, quatenus ipsis et...dicto claustro...in premissis salubre remedium dignaremur elargiri. Nos itaque, qui ex innate nobis zelo devotionis mala huiusmodi et pericula ecclesiarum regni nostri, quarum veri sumus patroni et tutores, que ex tali casu fortuitu et defectu nocivo provenire contingunt, emendare et reformare per opportuna remedia tenemur, ne possessiones elemosinarie eisdem ecclesiis in patrimonium crucifixi per pios predecessores nostros olim reges Hungarie...ac alios Christicolas...donate in prophanos usus convertantur; et ne ministri earundem usibus necessariis destituti contemplatione divina postposita ad vitam reddere cogantur activam, consideratione salutis nostre et...predecessorum nostrorum, ac publice utilitatis intuitu provida deliberatione unacum prelatis et baronibus nostris super hiis prehabita regia auctoritate et nostre maiestatis[a] plenitudine presentium testimonio sancciendo eidem claustro ecclesie b. virginis et per idem religiosis dominabus antedictis duximus solita pietatis clementia ex gratia speciali annuendum, ut eedem domine religiose aut earum procuratores legittimi, non obstante premisse prescriptionis consuetudine regni nostri, que in requisitione pretaxatorum iurium memorati claustri possent preiudicari, cui presentibus ex previis rationibus derogari censimus[b], universas possessiones et quelibet iura ipsius claustri possessionaria ubilibet et in quibusvis comitatibus regni nostri existentes et habita ab eodem, modo quo supra, alienatas et distracta per ipasque dominas religiosas iudiciario ordine recaptivatas vel recaptivanda et eidem claustro ipsarum reapropriandi et reperpetuandi meram, tutam, liberam, plenam et omnimodam habeant facultatem...sic et adeo, ut premisse prescriptionis obstacula tramitem actionis ipsarum, quam in requisitione dictorum iurium sepefati claustri habent vel habuerint, impedire et perturbare vel eidem precludi non valeant, neque possint. Quare vobis viris magnificis palatino et iudici curie nostre vicesque vestras in iudicatu gerentibus, aliis etiam cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, presentibus et futuris...firmissime...mandamus,... quatenus premissam gratiam memorato claustro et per consequens religiosis dominabus antedictis...per nos factam absque ulla variatione firmiter et inconcusse per omnia debeatis observare et effectui mancipare...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hungariae 1417. aug. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.523. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 47.); b) Sigismundus rex Hungariae 1417. aug. 17. > Capit. ecclesiae Budensis 1465. mart. 31. Arch. Nat. Hung. Dl. 8060. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 50. No. 26.); c) Sigismundus rex Hungariae 1417. aug. 17. > Wladislaus II. rex Hungariae 1508. febr. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 8061. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 17. No. 2.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 396., nr. 3335.

[a] recte: potestatis

[b] recte: censemus vel censuimus

(In Wyssegrad, VIII. die oct. Michaelis.) ...capitulo ecclesie Wacyensis Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum... Noveritis, quod nobis in octavis... Michaelis archangeli[1] unacum regni nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus Bartholomeus officialis de Vny pro... Michaele custode ecclesie Budensis... quasdam duas litteras, unam condam... Detrici Bubek de Pelseuch... palatini adiudicatoriam et aliam vestram obmissionalem, in diversis terminis emanatas nobis presentavit exprimentes, quod prefatus ...Michael custos... in octavis... b. Georgii... anno domini M^mo (trecentesimo[2]) nonagesimo nono[3]... in figura iudicii dicti Detrici palatini comparendo contra... abbatissam et... sorores ...claustri b. virginis de Veteribuda... tres litteras inquisitorias, unam vestram et aliam capituli... Albensis, necnon tertiam vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Pilisyensis, unam domino... regi et duas dicto... palatino ad regium... mandatum rescriptas, tenoremque litterarum regalium vobis et dictis capitulo, vicecomiti ac iudicibus nobilium directarum... in se habentes - asserens actionem... suam litteris contineri in eisdem - ipsi Detrico palatino presentasset declarantes, quod regii, vester ac... capituli Albensis homines et unus ex dictis iudicibus nobilium... in dicto comitatu simul procedendo talem scivissent veritatem, quod Georgius officialis dictarum religiosarum dominarum sanctimonialium per ipsas in villa Bekasmeger constitutus ex permissione, voluntate et speciali commissione earundem dominarum Benedictum iobagionem... Michaelis custodis in dicta Bekasmeger manentem ante festum b. Nicolai confessoris in anno domini M^mo nonagesimo septimo[4]... in terra ipsius... custodis usuali repertum captivasset, captumque manibus retrorsum ligatis in eandem villam penes equum deduxisset, ibique satis diu conservando abire permisisset; et quod in anno predicto a iobagionibus ipsius custodis in predicta Bekasmeger commorantibus tributum montis potentialiter exigi et pratum eiusdem custodis per pecora ...Nicolai Sclaui, Emerici Dethmar, Blasii et Nicolai Was dictorum, ac Iohannis filii Georgii et omnium aliorum iobagionum eiusdem penitus annichilari et depasci fecisset... Quibus... litteris exhibitis... Michael custos sibi ex parte... abbatisse et aliarum sanctimonialium dicti claustri... iuris equitatem per dictum Detricum palatinum petivisset impertiri. Quo audito Petrus de Kald pro... abbatissa et aliis sanctimonialibus... respondisset..., quod eedem domine in... premissa actione et aquisitione... domini Michaelis custodis innocentes essent..., ex parte vero... Georgii officialis ipsi... Michaeli custodi iustitiam et iudicium facere non valerent eo, quod idem Georgius iobagio... domini regis ...existeret. Et quia tam... Michael custos, quam... procurator annotatarum dominarum premissa earum allegata... nullo evidentiori documento conprobasset, nec in futurum conprobare assumpsisset, pro eo... Detricus palat. iudicans commisisset..., ut... domina abbatissa quadragesimo uno se nobilibus de eo, quod ipsa pro decem personis nobilium iurandi haberet facultatem, octavo die festi nativitatis b. virginis[5]... coram vestro testimonio, quod per vos ipse palat.... illuc transmitti petivisset, in... ecclesia b. virginis, in suo stallo ibidem habito comparendo, manumque suam dexteram super pectus suum ponendo id, quod ipsa et alie religiose domine in premissa actione... Michaelis custodis innocentes existant..., prout moris est, referre[a], ceteri etiam coniuratores eiusdem domine, vidl. quatraginta[b] nobiles tertio die earundem octavarum[6] coram vobis similiter super eo, quod ...abbatissa et alie sanctimoniales dicti claustri in... actione... domini custodis innocentes essent... sacramenta prestare et dehinc ipsarum... assertiones et iuramentalium depositionum series partes in litteris vestris ad octavum diem dicti termini diei[7]... ipsi Detrico palatino reportare debuissent. Tandem... prefati quatraginta[b] nobilis coniuratores... termino in predicto... vestri in presentiam ad deponenda... ipsorum iuramenta penes prescriptas religiosas dominas sanctimoniales non venissent. Quibus... litteris exhibitis... procurator ...Michaelis custodis eidem ex parte... religiosarum dominarum per nos... iudicium petivit elargiri. Et quia prefate religiose domine... evocande in premissis discussionem recepture videbantur, pro eo vestram amititiam... (petimus), quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Thomas, sin Pethew, vel Nicolaus filius Emerici de Alagh, aut Ladislaus filius Stephani de Palatha, sin Petrus, necnon Egidius de Kouachy, neve Stephanus filius Michaelis, an Petrus filius Blasii de Felkezew, sive Blasius de Inarch, aliis absentibus homo noster prefatas religiosas dominas: abbatissam et alias sanctimoniales claustri b. virginis... contra... dominum Michaelem custodem ecclesie Budensis ad octavas ...omnium sanctorum[8]... nostram evocet in presentiam...

In dorso: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Waciensis pro honorabili viro domino Michaele custode ecclesie Budensis contra religiosas dominas: abbatissam et alias

sanctimoniales claustri b. virginis de Veteribuda ad octavas festi omnium sanctorum[8]. Evocatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig., quo erat clausa. In dorso manu coaeva haec litterae sunt scriptae: Magister Symon, frater honorande! Ecce dimissi vobis quasdam duas litteras loquentes ad octavas omnium sanctorum pro parte domini Michaelis custodis Veterisbudensis, de quibus faciatis fieri unum iudicialem contra adversarios dicti domini Michaelis et de ipso iudicio faciatis emanari unum evocatorium contra ipsos adversantes ad octavas strennarum. Homines regis autem seu regales reperientur in litteris, capitulum autem est Vachiense, prout continentur in litteris. Georgius archidiaconus, frater vester. Arch. Nat. Hung. Dl. 8934. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14. No. 23.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 400., nr. 3432.

[1] 1404. oct. 6.

[2] Numerus saeculi ommissus certo eruitur ex dato litterarum.

[3] 1399. maj. 1.

[4] 1397. ineunte mense dec.

[5] 1404. sept. 15.

[6] 1404. sept. 17.

[7] 1404. sept. 22.

[8] 1404. nov. 8.

[a] recte: iurare

[b] recte: quadraginta

403 1405. jan. 5.

(In vig. epiph.)...Capitulum ecclesie Budensis...ad univ.... h.s.v. pervenire, quod Petro filio Emerici de Teten pro se...ac pro Ladizlao filio suo, necnon altero Ladizlao et Iohanne filiis Stephani ex sorore sua uterina procreatis, item magistro Andrea litterato, filio Nicolai de dicta Teten, alias de Kapronca pro se... ac pro Gregorio fratre suo uterino et Petro filio Pauli ex sorore sua uterina progenito (cum onere)...ab una, parte vero ex altera Iohanne filio Bartholomei de Gwmrew pro se...ac pro nobilibus dominabus Clara matre et Barbara...sorore, ac Sigismundo filio suis (similiter cum onore) ...coram nobis constitutis, per eosdem...confessum extitit...in hunc modum: Quod licet ...Iohannes filius Bartholomei se ac...matrem, sororem et filium suos...in possessione Teten..., in comitati Pestiensi sita ratione proximitatis olim Iohannis Kantus dicti, prothonotarii civitatis Budensis et Benedicti filii Thome sicuti fratres sororis eiusdem quondam Iohannis vigore quarundam litterarum emptionalium et causalium et aliarum processum litis denotantium ius et portionem possessionariam habuisse et habere allegaverit et contra...Petrum filium Emerici et Andream litteratum litis et questionis materiam movere intenderit, tamen...proborum...virorum...compositione interveniente...taliter ...concordassent: Quod...Petrus filius Emerici et Andreas litteratus, necnon Ladizlaus et alter Ladizlaus, ac Iohannes, necnon Gregorius et Petrus duas sessiones integras cum media, utputa in toto decem quartalia vlgo cetherth nominata facientes in...eorum possessione Teten..., retro, in portu Danuby, in vico Tothwcha...existentes, cum omnibus earum utilitatibus...et pertinentiis..., necnon quandam terre particulam vacuam retro easdem duas sessiones, prout et quantum latitudo earundem duarum sessionum se extenderet usque portum Danuby adiacentem...Iohanni filio Bartholomei ac matri, sorori et filio eiusdem Iohannis prenominatis, ac per eos eorum heredibus (cum expeditoria cautione) dedissent...iure perpetuo...tenendas...tali modo, quod si...predictos Iohannem filium Bartholomei, matrem, sororem et filium eiusdem antenominatos...absque heredum solatio ab hac luce decedere contingeret, extunc predicte sessiones seu decem quartalia antedicta ...rursum ad...Petrum filium Emerici et Andream litteratum eorundemque successores devolverentur...pleno iure..E converso autem...Iohannes filius Bartholomei ac mater,

soror et filius sui prenominati omnibus...iuribus eorum, qui in...possessione Teten... iure successorio...quondam Iohannis Kantus et Benedicti filii Thome vel alio quovis modo seu titulo habuissent...in toto...renuntiando, universas eorum litteras...in premissis emanatas...solum contra...Petrum filium Emerici et Andream litteratum ac fratres eorundem...successoresque eorundem...cassas...et earum exhibitoribus nocitivas reliquissent...Adieceruntetiam partes antelate, ut nulla...earundem portionem suam possessionariam in...possessione Teten habitam, aut aliquam particulam ex eadem, signanter predicti Iohannes filius Bartholomei ac mater, soror et filius eiusdem vel successores eorundem...sine speciali annuentia alterius partis cuipiam extraneo, nisi sibi ipsis mutuo et earum successoribus vendendi, vel impignorandi, aut in concambium assignandi, vel quoquomodo a se alienandi haberet facultatem...

ORIG.: Membr. in inferiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et filo sericeo rubri et albi coloris pro sig. pend. iam deperdito. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta haec adnot. legitur:Fassio inter magistrum Andream et Petrum litteratum ac Iohannem filium Bartholomei nobiles de Tethen. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.608. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Daróczy, Turul 27(1909) p. 136.; Zsigmondkori oklt. II/1. p.425., nr. 3597.

404 Körmöcbánya, 1405. febr. 4.

(In Konigsperk, f. IV. p. Purific.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchio Brandenburgen., sacri Rom. imp. vicarius generalis et regni Bohemie gubernator...iudici et iuratis civibus...civitatis Crempniciensis...Cum causa dotalicii inter providam dominam Apolloniam, relictam Petri Tolway, nunc vero consortem Jacobi Hertlini, civis...civitatis Budensis, et prudentem virum Jacobum de Bath, alias de foro dominarum partes principeles ex adverso...ventillata existit turbavitque nostre celsitudinis aures clamor continuus partium earum...; fidelitati igitur vestre regio damus sub edicto..., quatenus dictis partibus ad...terminum...peremptorium...in vestri presentiam vocatis... causam ipsam de novo audiatis...finaliterque decidatis...sic,...quod huiusmodi questionis materiam in audientiam nostre maiestatis de cetero reduci non contingat...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. civitatis Körmöcbánya (Kremnica.) fons 47., f. 1., nr. 1. Oklevelek 1254-1526. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca, DF. 250.200.

405 1405. febr. 8.

(Bude, dom. p. purific.)...Capitulo eccl. Budensis comes Frank de Zechen iudex curie domini Sigismundi...regis Hungarie...Cum...dominus noster rex quasdam portiones suas possessionarias et omne ius suum regium in possessione Theten..., in comitatu Pestiensi habitas...simulcum...earum utilitatibus et pertinentiis...per litteras suas regias magistro Petro filio Emerici de dicta Theten et per eum Iohanni vel Stephano de eadem, necnon magistro Andree litterato et Gregorio filiis Nicolai, ac Petro filio Pauli de Kapronchа, fratribus suis sororinis nove sue donationis titulo in perpetuum contulisse perhibebatur, amititiam...vestram...petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes filius Iacobi de Harazthy, aut Dominicus de Pakon, ve Iacobus de Zada, sin Petrus filius Iacobi de Gyodh, neve Paulus filius eiusdem, aliis absentibus homo regius ad facies prefatarum portionum possessionariarum et utilitatum earundem... accedendo introducat prefatos Petrum filium Emerici, Ladislaum et Iohannem, ac Andream litteratum et Gregorium filios Nicolai, necnon Petrum filium Pauli de...Kapronchа in dominium earundem, statuatque easdem (eisdem) premisso nove regie donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet... contra annotatos...in regiam presentiam...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit eccl. Budensis 1405. febr. 25. > Sigismundus rex. Hung. 1405. apr. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.609. (Arch. famil. Rudnyánszky.)

406 1405. febr. 25.

(XVI. die in Scholastice.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras magnifici...comitis Frank de Zechen iudicis curie regie introductorias et statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 405. Comes Frank de Zechen iudex curiae regiae 1405. febr. 8.) Nos...petitionibus prefati iudicis curie regie...annuentes, unacum...Paulo filio Petri de Gyodh homine regio...magistrum Nicolaum de Hathwan...concanonicum nostrum...pro testimonio duximus transmittendum, qui...ad nos reversi nobis...retulerunt, quod (ipsi)...feria tertia, vidl. in festo b. Scolastice...ad facies prescriptarum portionum possessionariarum[1]...accedendo...Petrum filium Emerici, Ladislaum et Iohannem, ac Andream litteratum et Gregorium filios Nicolai, necnon Petrum filium Pauli in dominium earundem introduxissent, easdemque eisdem...nove regie donationis titulo nullo...contradictore apparente statuissent perpetuo possidendas...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1405. apr. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.609. (Arch. famil. Rudnyánszky.)

[1] Vide in litteris comitis Frank de Zechen iudicis curiae regiae de 1405. febr. 8.

407 Buda, 1405. mart. 4.

(Bude, in die cinerum.) Sigismundus...rex Hungarie...prelatis, baronibus, comitibus, castellanis et eorum vices gerentibus, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus et villicis...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis Marie de Insula leporum, quod cum iobagiones ipsarum per provincias regni nostri pro aquirendis victuum ipsarum necessariis accederent et proficiscerentur, tunc per nonnullos ex vobis in personis iudicarentur, in rebusque et bonis eorum prohiberentur et arestarentur indesinenter. Unde, cum libertate privilegiata dicti claustri...requirente possessiones et iobagiones ipsius claustri a vestro et cuiuslibet vestrum iudicio sint exempti, fidelitati...vestre firmissimo damus sub edicto..., quatenus iobagiones prenotati claustri et per consequens... dominarum sanctimonialium in eodem deo iugiter famulantium in quibuslibet earum possessionibus commorantes in tenutis, possessionibus, honoribus ac vestri in medio in nullis causis...iudicare vel vestri astare iudicatui compellere, nec res et bona eorundem arestare vel prohibere, irrequisita prius iustitia, audeatis, signanter vero pro debitis et offensis aliorum, sed si quis ex vobis quitquam actionis vel questionis adversus dictos iobagiones habent vel habuerint, id in presentia officialium dictarum religiosarum dominarum...prosequantur, qui - si in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint vel remissi, extunc non iidem iobagiones earum contra quos agitur, sed iidem officiales earundem in nostram presentiam per querulantes... evocentur, ex parte quorum nos omnis iuris...exhibebimus complementum cuicunque querulanti...

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. secr. impressi. In dorso manu saec. XV-XVI. Vt non iudicentur iobagiones dominarum, et manu saec. XVI-XVII. Ne itelthethessenek, sem tilthathassanak iobagy adnotationes sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 9016. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 44.) - ED. Fejér: CD. X/4. p. 422-423. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 440., nr. 3687.

408 Buda, 1405. mart. 8.

(Bude, in Invocavit.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not...h. s. volumus pervenire, quod...Andreas litteratus filius Nicolai dictus de Kapronca, civis civitatis nostre Budensis...sua ac Gregorii uterini et Petri filii Pauli sororini fratrum suorum de eadem Kapronca in personis nostre...declaravit maiestati, quod quamvis nos nuper portiones nostras possessionarias et omne ius nostrum regium in possessione Teten..., in comitatu Pestiensi habita existentes simulcum...earundem utilitatibus et pertinentiis...mediantibus aliis litteris nostris donationalibus superinde confectis ipsis Andree litterato, Gregorio et Petro predictis, necnon magistro Petro filio Emerici de Teten, per eumque Ladizlao et

Iohanni filiis Stephani de eadem Teten nove nostre donationis titulo... contulerimus; tamen adhuc iidem Andreas litteratus, necnon Gregorius et Petrus a rubigine ignobilitatis exemptione, in cetumque et numerum regni nostri nobilium agregatione et ad dictas portiones possessionarias earumque quarumlibet pertinentias nobilitatione plurimum indigeret, supplicans exinde idem Andreas litteratus suo ac dictorum fratrum suorum nominibus celsitudini nostre..., ut ipsos a rubigine ignobilitatis eximentes et ad dictas portiones possessionarias ac earum quarumlibet pertinentias nobilitantes in cetum et numerum ceterorum nobilium regni nostri agregare dignaremur. Nos itaque consideratis...fidelitatibus et fidelium servitiorum...meritis...Andree litterati, quibus ipse pro nostri regii honoris incremento personam suam diversis fortune casibus submittendo, rebusque suis et laboribus non parcendo sacro regio dyademati et nostre regie maiestati locis et temporibus oportunis hactenus multiformiter se reddidit gratum...et acceptum; ...volentes...in recompensam huiusmodi suorum servitiorum...sibi regio occurrere cum favore, ut ceteri ab eo exemplati ad similia ...incitentur, de prelatorum et baronum nostrorum maturo superinde prehabito consilio, ex certaque nostre maiestatis scientia et de regie potestatis plenitudine ac gratia speciali eosdem Andream litteratum, necnon Gregorium et Petrum fratres suos antedictos, ipsorumque heredes et successores universos a rubigine ignobilitatis et ignominia eximentes et expiantes in dictasque portiones possessionarias et earum quarumlibet pertinentias nobilitantes in cetum, consortium, numerum et collegam ceterorum nobilium regni nostri sub vexillo nostro militantium duximus pie et misericorditer agregandos et connumerandos harum nostrarum patrocinio litterarum mediante...

ORIG.: A) Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo impressi. In superiore margine Propria commissio domini regis not canc., in dorso vero super nobilitatione adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.119. (Arch. Mus. Nat. Arch. famil. Kapy.) - B) Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur, in dorso vero manu coaeva haec adnot. est scripta: Nobilitatio magistri Andree. Arch. Nat. Hung. Dl 64.120. (Arch. Mus. Nat. Arch. famil. Kapy.)- REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 121., nr. 500.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 433., nr. 3702.

409 1405. mart. 12.

(Bude, f. V. a. Reminisc.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo Budensi... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium beate virginis de Veteribuda, quod ipse in dominium cuiusdam sessionis et suarum pertinentiarum in possessione Bekasmeger, in comitatu Pilisiensi existentis..., ipsas titulo pignoris concernentis... vellent introire...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Blasius filius Iohannis, vel Petrus filius Blasii, sive alter Petrus filius Ladislai, neve Mathias frater eiusdem de Felkezy, ceu Petrus filius Iohannis de Kouachy..ad faciem memorate sessionis...accedendo introducat prefatas religiosas dominas in dominium eiusdem...premisse impignorationis titulo possidendam..., contradictores vero, si qui fuerint, citet...contra memoratas dominas...nostram in presentiam ad terminum competentem...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budense 1405. apr. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 9018.

410 1405. mart. 19.

Magistratus civitatis Budensis Stephanum molendinatorem concivem de Calidis aquis inferioribus molendinum suum in territorio villae Tétény, in flumine Danubii habitum Andreae litterato filio Nicolai de Tétény alias de Kapronca dicto, similiter civi Budensi pro centum viginti octo fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.121. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung., Arch. famil. Kapy. 122. et 1405. F. Kapy K. Fasc. 111. No.6.) - REG. Bártfai Szabó: Pest m. p. 121., nr. 501.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 447., nr. 3732.

Nos Petrus Rauczan iudex castri novi montis Pesthiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod personaliter coram nobis constitutus providus vir Stephanus molendinator de aquis calidis inferioribus concivis noster quoddam molendinum suum in territorio ville Thethen, in flumine Danubii habitum cum omnibus suis utilitatibus ceterisque attinentiis spectantibus ad ipsum, de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nullo penitus contradicente vendidit et tradidit discreto viro Andree litterato filio Nicolai de eadem Thethen, alias dicto de Kapronczа, similiter concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum legittimis successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendum pro florenis centum viginti octo per singulos centum denarios novos computatis plene perceptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Stephanus eundem Andream heredesque suos ac posteros universos ab omnibus ratione dicti molendini ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instantiam et petitionem partium premissarum presentes litteras duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum feria quinta proxima post dominicam quadragesime Reminiscere, anno domini millesimo quadringentesimo quinto.

411 Buda, 1405. mart. 31.

(Bude, f. III. p. Letare.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m.c.t.pr. signif. quibus exp. univ...., quod nos...in animo revolventes maximum preiudicium plerumque ex iurium quorumvis oppressione, per quod etiam nobilis propago iugo subici posset rusticitatis quam sepius evenire, volentesque, ne regnicole nostri...in suis iuribus propter eorum non prosecutionem, prepedientibus ipsos fortassis obstaculis aliquibus, preiudicium...incurrant aliquale, fidelibus nostris Nicolao et Iohanni filiis Iohannis Kakas dicti, item Stephano, Iacobo et Iohanni filiis Nicolai filii Tylmani de RegenZenthamas supplicationibus eorum... nostro culmini porrectis benigne inclinati, ut ipsi et eorum quilibet, ac ipsorum ac cuiuslibet eorundem heredes legitimi et posteri universi...ad ipsorum placitum...castrum Symontornya ...in comitatu Tolnensi habitum, ac alias...possessiones tam nobiles, quam alias hereditates ipsis de iure pertinentes intra ambitum regni nostri ubivis habitas et existentes iuxta regni nostri consuetudinem super et contra personas cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis vel preheminentie existant, ordine iudiciario vel quovis alio iusto titulo... acquirere et optinere, acquisitumque et reoptentas...tute retinere...valeant atque possint de regie potestatis plenitudine et gratia speciali tenore presentium indulgemus, plenamque damus...potestatem, lapsu temporis prescriptionis ipsis et eorum cuilibet ac ipsorum posteris derogare et obstare non valente in hac parte Quocirca vobis...regni nostri iudicibus et iustitiariis, ecclesiasticis vidl. et secularibus, presentibus et futuris, specialiter vero eiusdem regni nostri palatino ipsiusque vices in iudicatu gerenti constituto et constituendo...mandamus, quatenus prefatis Nicolao, Iohanni, Stephano, Iacobo et alteri Iohanni, ipsorumque...posteritatibus...super eiusdem castri suarumque pertinentiarum, ac aliarum possessionum et hereditatum acquisitionibus quovis tempore...et terminis fiendis, contra quamcunque personam seu personas...movendis..., ac contra quascunque illegitimas prorogationes iustum et condignum iudicium et...iustitie, lege regni nostri...observata, complementum facere...debeatis...causis in eisdem usque ad earum diffinitionem et sententiam inclusive procedendo seu procedi faciendo...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593. No. 7. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 450., nr. 3763.

412 1405. apr. 2.

(IV. Non. Apr.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgen. ac sacri Rom. imp. archicamerarius, necnon Bohemie et Lucenburge heres...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos in mentis nostre archano revolventes Cronicis huius regni nostri ad plenum notatum fore..., quomodo hoc regnum nostrum variis sepe afflictionibus

interdum per Bissenos, aliquando per Tartaros, nonnunquam per paganos, novissime vero per Turcos irrogatis ob muratarum civitatum seu carentiam munitionum..., cum homines ubi se et bona sua percludere seu reducere valerent loca fortia non haberent, quinimmo cuncta quasi in publico exposita predis hostium in propatulo subiacerent, tristissimas hominum tam interemptiones, quam abductiones, miserabiles desolationes et generaliter inestimabilia damna ac innumerabilia et immania facinora, que horor est referre...pertulit detrimenta. Convocatis ex omnibus regni nostri civitatibus ac districtibus civitatum, oppidorum et liberarum villarum regie iurisdictionis pertinentium nuntiis et legatis, auditis et... intellectis eorum...petitionibus..., presertim ad restaurationem civitatum muratarum et munitionem fortalitionumque preparationem pertinentibus; inter regni nostri alias civitates, quas murari disposuimus, civitatem nostram Debreczen vocatam, que hactenus nullius munitionis presidio protecta a quampluribus et precipue in proximo iam preteritis disturbiorum ac regni nostri variarum motionum temporibus gravia damna sustinuit atque predas, necnon exercituales qui hostiles potius dici possunt, descensus et discursus creberimis vicibus cum grandi personarum et rerum dispendio tolleravit, - de prelatorum, baronum, nobilium et regni nostri procerum, nuntiorum etiam et legatorum predictorum pari et unanimi voluntate digesto consilio sanaque ac matura deliberatione prehabita muro solempni et fossatis ac aliis opportunis seu necessariis munitionibus in loco et per ambitum seu circuitum per cives ipsos ad hoc eligendos circumferentialiter...volumus circumdari, decernimus et presenti sanxione de regie pietatis plenitudine procedente stabilimus, ...decernentes et edicto regio perpetuo statuentes, quod annotata civitas Debreczen ipsiusque cives et habitatores a modo deinceps in antea omnibus iuribus, consuetudinibus, gratiis, emolumentis, libertatibus, comoditatibus, exemptionibus, honoribus, iurisdictionibus, privilegiis, iudiciis et generaliter universis et singulis conditionibus, quibus civitas nostra Budensis et inhabitantes eam uti, regi, gubernari consuevit et gaudet quibusvis etiam apropiatis seu distinctis vocabulis exprimantur, ad plenum, sine diminutione qualibet utantur, gaudeant et...potiantur (exceptis) limitationibus...eidem civitati...concessis..., quod prefati cives, hospites, habitatores et incole ac tota communitas ipsius civitatis nostre Debreczen...pro censu annuo centum quinquaginta fl. auri puri in die strennarum et totidem...in festo penthecostes vel eorum valorem condignum camere nostre regie..., magistro denique ianitorum nostrorum in eodem die strennarum...sex fl. auri...annuatim...solvere teneantur; preterea magistro agazonum nostrorum artifices cuiuslibet generis eiusdem civitatis, utputa omnes pellifices unum pellicium, omnes frenatores unum frenum et sic de singulis una vice dumtaxat in anno, quandocunque nos inde transire contingat...assignare; ceteris vero officialibus, tam nostris, quam reginalibus, vidl. pincernarum et dapiferorum magistris, hostiariis, cocis at aliis quibuslibet nihil...solvere debebunt...Victualia autem, dum et quando nos aut reginalem maiestatem in ipsam civitatem nostram Debreczen...intrare contigerit, extunc cives et communitas ipsius civitatis victualia opportuna ad unam diem pro tota nostra...curia necessaria sufficienter dare teneantur... Judicem vero et iuratos communitas eligendi habebit potestatem nemini presentandos, qui omnes et quaslibet causas ad instar, ut premissum est, civitatis nostre Budensis iudicare poterit ac diffinire; et ut in nostra civitate Debreczen...querulantibus et eorum causas prosequentibus amore et timore, amititia, favore et dilectione quibuslibet postergatis verum iudicium et iustitie debitum amministretur, omnibus et quibuslibet cuiusvis status libere conditionis hominibus in presentia iudicis et iuratorum ipsius... civitatis litigentibus et iuris equitatem sibiipsis impendi et exhiberi postulantibus de iudicioque et iustitie impensione ipsorum iudicis et iuratorum civium non contentis causam huiusmodi et ipsius adiudicationem ad iudicium, examen et discussionem dicte civitatis nostre Budensis, cuius fruitur libertate, vel magistri thauernicorum nostrorum absque gravamine aliquali liceat libere appellare; ita tamen, quod causa per formam premisse appellationis ad magistrum thauernicorum nostrorum devoluta et deducta econverso ad eosdem iudicem et iuratos ac quemvis alium preterquam ad nostram personalem presentiam, si opus fuerit, nequaquam possit, et valeat devenire per nos examinanda et discutienda et finaliter decernenda. Et ut civitas ipsa in muris, fossatis et aliis munitionibus citius perficiatur, ...presenti ordinatione stabilimus, ut cives, hospites et habitatores civitatis predicte ad opus muri, fossati et aliorum fortalitiorum dicte civitatis Debreczen auxilium subsidiumque et adiuvamen tam personale quam reale dare et prebere semper temporibus opportunis debeant et sint obligati...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo sig. pend. iam deperdito. Arch. Comit. Hajdu-Bihar. Meo. 8. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex Hung. 1500. nov. 23. Arch. civit. Debrecen. Coll. Dipl. nr. 47. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. Phototeca DF. 278. 841. - ED.: Komoróczy György: A hatszázéves Debrecen. Debrecen, 1961. p. 26-27. - REG.: Herpay p. 30.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 451-452., nr. 3767. - COMM.: Komoróczy György: Debrecen története. Debrecen, 1955. p. 14-15.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 190.

413 1405. apr. 3.

(XII. die f. II. p. Oculi.)...domino Sigismundo...regi Hungarie...Capitulum ecclesie Budensis...Noverit vestra sublimitas, nos litteras vestras introductorias et statutorias nobis directas...recepisse in hec verba: (Vide nr. 409. Sigismundus rex Hung. 1405. mart. 12.) Nos...mandatis vestre excellentie...obedire volentes...unacum...Mathia de Felkezew...Gregorium presbiterum chori ecclesie nostre...prebendarium...pro testimonio duximus transmittendum, qui...nobis concorditer retulerunt, quod (ipsi)...feria secunda...post dominicam Oculi[1]...ad faciem...sessionis (in possessione Bekasmeger existentis) accedendo...religiosas dominas (claustri beate Marie virginis de Veteribuda) in dominium eiusdem (impignorationis titulo)introduxisset nullo... contradictore apparente, nostris etiam et...ecclesie nostre cunctis iuribus in dicta possessione Bekasmeger habitis ...salvis...remanentibus...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo impressi. In dorso manu saec. XV. scripta Statutio cuiusdam sessionis in Bekasmeger habite adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl 9018. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 14. No. 24.)

[1] 1405. mart. 23.

414 Öttevény, 1405. apr. 11.

(In Vtuyn, sab. a. Ramispalm.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod quia nos ex serie...litterarum...Elizabeth senioris regine Ungarie...fuimus informati, ut cives nostri Zugedienses cum rebus et universis bonis ipsorum mercimonialibus, aut aliis quibuscunque versus Budam, Feleghaz, vel aliquas alias partes illic tendentes, per viam Saareghaaz vocatam et etiam alias vias...libere et pacifice transitus eorum fecerint et pronunc facere possint; ideo vobis nobilibus de Zer...damus...sub preceptis, quatenus ...cives nostros de Zuged, per vias ipsorum predictas...cum eorum mercibus et bonis ac rebus quibuspiam, libere et sine omni impedimento gressus ipsorum facere permittere debeatis..., nec eos ad tributum vestrum in villa Zer...exigi consuetum...compellere sitis ausi...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. rubr. intus impresso. In superiore marg. et sub sig. Propria commissio domini regis not. canc. legitur, in dorso autem manu coaeva haec vocabula sunt scripta: Ut simus liberi super viam Sareghaz. Arch. Secr. civit. Szeged nr. 2. - ED.: Reizner, Szeged tört. IV. p. 4-5.

415 1405. apr. 15.

(XVII. Kal. Maii.) Sigismundus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchioque Brandenburgensis ac sacri Romani imperii archicamerarius, necnon Bohemie et Lucemburgensis heres, universis Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Sceptrigera regalis dignitatis altitudo eo vigilantiori cura subditorum suorum conservationem ac tranquillitatem exquirit, quo felicitatem publicam in sui augmentum et gloriam, calamitatem veri in sui cernit detrimentum et ignominiam redundare. Neque enim princeps esse potest inglorius, qui de subiectorum pace et securitate semper

cogitat, neque non ignarus, qui futuris malis et periculis non previdet, quando potest. Hinc est, quod convocatis ex omnibus regni nostri comitatibus ac districtibus civitatum, opidorum et liberarum villarum regie iurisdictioni pertinentium nuntiis et legatis, auditis et diligenter intellectis eorum et cuiuslibet ipsorum petitionibus, requisitionibus, informationibus, opinionibus et querelis, de prelatorum, baronum et potiorum regni nostri procerum, ipsorum etiam legatorum consilio, matura quoque superinde deliberatione prehabita pro bono et pacifico statu evidentique utilitate totius regni nostri quasdam civitates murorum ambitu cingendas, quasdam liberas villas seu opida civitatis honore sublimandas, quasdam consuetudines, que potius abusiones videbantur, abolendas, quasdam moderandas, quasdam in melius reformandas, quedam etiam de novo statuenda decrevimus, sanximus et ordinavimus, prout infra. Ad quam rem una potissimum consideratio mentem nostram induxit, quod retroactis temporibus, prout in cronicis legitur Hungarorum, hoc regnum nostrum variis sepe afflictionibus per Bissenos, aliquando per Tartaros, nonnunquam per alios paganos, novissime vero per Turcos irrogatis solummodo ob muratarum civitatum seu aliarum munitionum carentiam et defectum, cum homines, ubi se et bona sua recludere seu reducere possent, loca fortia non haberent, quin ymo cuncta exposita predis hostium in propatulo subiacerent, miserabiles desolationes, tristissimas populorum abductiones et generaliter innumerabilia, que horror est referri, et inestimabilia pertulit detrimenta.

I. Primo namque quorundam subditorum nostrorum precibus inclinati libertates infradeclarandas statuimus, quod in omnibus civitatibus, opidis, castris et villis, et generaliter ubicunque intra regni nostri ambitum, tam in nostris, quam aliorum, quorumcunque sint, libra, statera, ulna, mensura vini, frugum et generaliter omnes res mensurabiles et ponderabiles ponderentur et mensurentur secundum mensuram civitatis nostre Budensis, demptis tantummodo mensuris decimarum et montium tributis vulgo heguam, in Teutonico pergreht, ac lucris, censibus, feudis et redditibus presbiterorum et virorum ecclesiasticorum, quos in suis statu et iustitia, quantitate et valore volumus permanere. Si quis autem contrarium facere presumpserit, incidet in penam amissionis rei ponderate vel mensurate, perdendo pro parte ponderata vel mensurata totam rem ponderandam vel mensurandam.

...

VI. Sanximus preterea... (Ab hoc loco textus primae partis huius articuli - demptis vel mutatis aliquot verbis - idem est ac ille (art. I.) decr. Sigismundi regis 1397. aug. 3. emanati. Vide nr. 244.)

...

XI. Item licet cives nostri Budenses inter ceteras eorum libertates tali libertate per nostros predecessores ipsis largita et concessa ac per nos confirmata freti et usi hucusque dinoscuntur, utputa quod omnes et singuli tam regnicole, quam extranei mercatores universas et qualibet res mercimoniales ac bona venalia et commutabilia tam ascendendo, quam descendendo in ipsorum civium Budensium medio deponere ac depositas inibi vendere et commutare ab indeque nullatenus alias abducere, neque deportari facere debuissent et fuissent assueti; tamen, quia nunc facta generali congregatione quarumlibet civitatum, opidorum ac liberarum villarum nostrarum regalium, habito superinde consilio visum et consultum extitit, ut pro ampliori fructuositate et uberiori statu, comodo et communi bono regni et regnicolarum ac precipue civium et mercatorum nostrorum, ne propter utilitatem et augmentum unius civitatis tota regni nostri communitas dampnum et incomodum suscipiat et nocivum recipiat detrimentum, omnes et singuli mercatores nostri, videlicet regnicole de regno nostro exeuntes et in regno nostro commorantes universas et quaslibet ipsorum res mercimoniales et bona venalia seu commutabilia per totum regnum nostrum et extra ipsum regnum quocunque, quotiescunque et quandocunque voluerint, liberam, meram, plenam et securam, deducendi, deferendi, pellendi, reducendi, deponendi ac depositas vendendi, commutandi ac abinde deferendi et deduci faciendi ac cum eisdem iuxta eorum voluntatis libitum disponendi habeant facultatem, non obstantibus quibuscunque libertatibus et privilegiis dictis civibus nostris Budensibus super premissis rerum depositione quomodolibet datis et concessis, quas et que quoad premissa ex certa scientia revocamus, exceptis extraneis, qui teneantur in premissis antiquam consuetudinem observare.

...

ORIG.: 1.) Exempl. civitatis Debrecen. Membr. cum vestigio sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva scripta Debrechen adnot. legitur. Arch. Comitatus Hajdu-Bihar Dipl. nr. 6. (pridem nr. 55.) - 2.) Exempl. civit. Eperjes-Presov. Membr. cum vest. sig.

pend. iam deperd. In dorso manu coaeva scripta Eperies adnot. legitur. Arch. monasterii s. Benedicti de Pannonhalma, Dipl. nr. 715. Arch. Nat. Hung. Phototheca nr. 634. - 3) Exempl. civit. Hibe-Chyba. Membr. cum filo sericeo sig. pend. iam deperd. Arch. District. Liptovsky Mikulás. Arch. civit. Chyba nr. 5. (Sign. ant.: Coll. Mus. Comit. Liptov. Rózsahegy-Ruzomberok. Invent. nr. 22.984.) Phototheca: Arch. Nat. Hung. nr. U 80. - 4) Exempl. civit. Kassa-Kosice. Membr. cum filo ser. sig. pend. iam deperd. In dorso manu coaeva scripta Cassoviensis, alia manu vero super solutione proventuum magistri ianitorum et certorum aliorum officialium regie curie cum quibusdam decretis adnot. sunt scriptae. Arch. Secr. civit. Cassoviensis, Coll. Schwarzenbachiana nr. 45.; Arch. Nat. Hung. Filmotheca C 20. - 5.) Exempl. civit. Korpona-Krupina. Membr. cum vest. sig. pend. iam deperd. In dorso Pro civitate Corponensi adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.840. (Sign. ant.: Mus. Ta.) - 6.) Exempl. civit. Németlipcse-Partizánska Lupca. Membr. cum filo sig. pend. iam deperditi. Arch. District. Liptovsky Mikulás, Arch. Partizánska Lupca nr. 51. (Sign. ant.: Coll. Mus. Comit. Liptoviensis. Rózsahegy-Ruzomberok. Invent. nr. 27.913.; Phototheca: Arch. Nat. Hung. U 80. - 7.) Exempl. civit. Rózsahegy-Ruzomberok. Membr. cum fragm. sig. pend. In dorso Rosumbergh adnot. est scripta. Arch. District. Liptovsky Mikulás, Arch. civit. Ruzomberok nr. 9. (Sign. ant.: Coll. Mus. Comit. Liptov. Invent. nr. 35.165. Phototheca: Arch. Nat. Hung. U 80. - 8.) Exempl. civit. Sárvár. Membr. cum vestigio sig. pend. deperd. Arch. Nat. Hung. Dl. 9031. (Sign. ant.: Arch. Nat. Hung., Arch. Regni. Lad. H., nr. 30.) - 9.) Exempl. civit. Soproniensis. Membr. cum fragm. sig. pend. In dorso manu coaeva adnot. Soproniensis est scripta. Arch. Comit. Győr-Sopron nr. 2. Arch. civit. Sopron, Lad. I., fasc. IV. nr. 103. Phototheca: Arch. Nat. Hung. nr. 2043., Titulus 26. - 10.) Exempl. civit. Szeged. Membr. lacera cum vestigio sig. pend. deperd. Arch. Nat. Hung. Dl. 90.552. (Sign. ant.: Arch. famil. Kárász.) - 11.) Exempl. civit. Zsolna-Zilina. Membr. cum filo ser. sig. pend. iam deperd. Arch. civit. Zilina, List. nr. 11. Státny Ustredny Arch. Phototheca: Arch. Nat. Hung. II. B 478.

TRANSCR.: a) Exempl. civitatis Lőcse-Levoca. (ORIG.: deperd.) Capitulum eccl. Scepusiensis. (Recent. aevi, sine dat.) Arch. civit. Presov, Nr. 99. Arch. Nat. Hung. Phototheca: C 197. - ED.: Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 190. Not. 1.) - b) Exempl. civit. Zágráb-Zagreb, Capit. eccl. Zagrabiensis 1461. jan. 21. (partim) - ED.: Tkalcic II. p. 279.; - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 455., nr. 3791. (Ment.) - c) Exempl. civit. Beszterce--Banskábistrica (?). Ment.: A. Berger: Urkunden-Regesten aus dem alten Bistritzer Archiv von 1203-1490. in Programm des evang. Obergymnasiums A.B.... zu Bistritz 1893., nr. 86. Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 190. Not. nr. 1. (Verosimiliter mendose.) - d) Exempl. civit. Zólyom-Zvolen. MENT.: Levéltári Közl. 3(1925) p. 239.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 455., nr. 3791. - e) Exempl. civit. Szegediensis. Mathias I. rex Hung. 1464. apr. 3. MENT.: Levéltári Közl. 3(1925) p. 244.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 455., nr. 3971. - COPIA SIMPL.: Exempl. civit. Korpona-Krupina. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.839. - ED.: Corpus Juris Hungarici. Magyar Törvénytár. Ed. D. Márkus I. 1000-1526. Budapest, 1899. p. 230-240.; Pray: Annales II. p. 215-222.; M.G. Kovachich: Codex authenticus iuris tavernicalis. Budae, 1803. p. 1-23.; Appendix ad catalogum nummorum Hungariae ac Transylvaniae Instituti Nationalis Széchényiáni. Pesthini, 1810. p. 174. sq. (Cum falso dat.); Katona: Hist. crit. XI. p. 636-651.; Fejér: CD. XI. 541. (Ment.); Tkalcic: Mon. civit. Zagrab. II. p. 279. (partim.); J. Reizner: Szeged története. Szeged, 1889-1907. IV. p. 5-15.; J.N. Kovachich: Lectiones variantes decretorum comitialium inclyti regni Hungariae. Pesthini, 1816. p. 59-66.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta regni Hungariae. Gesetze und Verordnungen Ungarns 1301-1457. Budapest, 1976. p. 190-213. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 455., nr. 3791. - COMM.: Bónis op. in ED. cit. p. 189.; E. Ladányi: Libera villa... (passim); Eadem: Umstände (passim).; Eadem: Zsigmond 1405. évi törv. (passim).

416 1405. apr. 15.

(XVII. Kal. Maii.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad univ.... not. harum serie volumus fieri manifestum, quod nos... attendentes... fidelia... servitia... Petri filii Emerici de Teten, castri nostri Budensis vicecastellani et Andree filii Nicolai de eadem Teten, quibus a multis temporibus transactis et precipue in proximo preteritis diversis regni nostri motionibus... seipsos atque sua pro status nostri regii conservatione... exponendo... nostre ... complacuerunt... maiestati; volentes itaque... eisdem... aliquantulum... regalis munificentie benignitate respondere, animo deliberato, de regie potestatis plenitudine et ex certa

scientia ac gratia speciali, sano etiam prelatorum, baronum ac procerum et potiorum regni nostri nobilium ad id accedente consilio, supplicationibus nichilominus (eorundem)... clementer inclinati, infrascripta nobilitatis arma seu insignia in eorum...Petri et Andree ac per ipsum Petrum Iohannis et Ladizlai, filiorum Iacobi filii Iohannis de Harazth, fratrum eiusdem Petri consobrinorum et heredum ipsorum...personas...favorabiliter elargimur, vidl. scutum campi aurei vel coloris crocei et in eo unam gruem coloris proprii, in uno tantummodo pede stantem, idemque scutum duabus bandis seu tressis nigris a posteriori parte eiusdem gruis et superiori margine usque ad inferiorem, quasi per obliquum transversatum; galeam denique nigro tectam, cum retropendio coloris nigri, super coopertorium vero ipsius galee, sertum seu crinale coloris aurei aut crochei, aliqua materia subtili et nigra intermixtum et ex ipso serto seu crinali caput gruis cum collo et quasi medio pectoris in sursum eminens et erectum, prout presentibus inserta litteris, appropriatis coloribus pictura expresse denotabat..., ut hec ubique, bellorum et pacis tempore libere habeant et secure portent, ipsisque insigniis seu armis memorati Petrus et Andreas, item Iohannes et Ladizlaus, ipsorumque posteritas universa legitime nata et nascitura, in preliis, torneamentis et hastiludiis, ac generaliter omni exercitio militari uti possint et gaudere...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo rubri et viridis coloris pend., necnon imagine insigniorum in medio privilegii depicta. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.122. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. Famil. Kapy, K. Fasc. III. No. 9.) - FACS.: Nyáry A.: A heraldika vezérfonala. Budapest, 1866. imag. inter p. 230. et 231.; Bárczay O.: A heraldika kézikönyve. Budapest, 1897. p. 17. (delin.); Csoma J.: A magyar heraldika korszakai. Budapest 1913. p. 52. (delin.) - ED.: Wagner: Sáros p. 354-356.; Katona: Hist. crit. XI. p. 667- 670.; Fejér: CD. X/4. p. 372-375.; Id.: CD. X/4. p. 419. (ment.); Nyáry: v. ap. FACS. p. 229-230., not. nr. 3.; Áldásy: Cimereslevelek I. p.5. (partim). - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 457. nr. 3798. - COMM.: Nagy I.: Magyarország nemes családai. V. (s.v. Haraszti cs.)., VI. p. 176., XI. p. 122.; Nyáry: v. ap. FACS. p. 229-230.; Szendrey: Századok 24(1890) p. 339.; Bárczay: v. ap. FACS. p.40., 148-149.; 229., 234., 442.; Fejérpataky: Századok 39(1905) p. 772.; Kempelen B.: Magyar nemes családok X. s. v. Tétényi cs.; Csoma: v. ap. FACS. p. 37-38., 54., 57.; Áldásy A.: Cimertan. Budapest, 1923. p. 44.; Szendrey: Turul 41(1927) p. 27.; Donászy: Turul 52(1938) p. 15.

417 1405. apr. 15.

(XVII. Kal. May.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod...magistri Petrus filius Emerici de Theten vicecastellanus castri nostri Budensis sua et consobrinorum suorum..., necnon Andreas litteratus filius Nicolai de eadem Theten, alias dictus de Kapronca Zalardiensis et Zatmariensis camararum nostrarum salium regalium camararius similiter sua et Gregorii uterini fratris ac Petri filii Pauli consobrini suorum in personis...exhibuerunt nobis quasdam duas litteras, unam... nostram patentem...super donatione...quarundam portionum nostrarum possessionariarum ac omnium iurium nostrorum regalium in...possessione Theten..., in comitatu Pestiensi ...habitorum et utilitatum ac pertinentiarum earundem patronatuque ecclesie beati Michaelis archangeli in eadem Theten constructe; aliam vero...capituli Budensis ecclesie privilegialem super...statutione ipsarum portionum possessionariarum et suarum...pertinentiarum ac iurium nostrorum regalium...supplicantes...celsitudini nostre..., ut easdem...litteras ratas...habendo nostrisque litteris privilegialibus...inseri faciendo pro ipsis et eorum heredibus...innovantes perpetue valituras dignaremur confirmare, quarum unius, utputa nostre littere donationalis patentis tenor is est: (Vide nr. 376. Sigismundus rex 1404. mart. 12.) Alterius..., vidl....Capituli ecclesie Budensis littere privilegialis statutorialis tenor...sequitur in hec verba: (Vide nr. 406. Capit. eccl. Budensis 1405. febr. 25.) Nos igitur...magistrorum Petri et Andree supplicationibus...exauditis...prefatas binas litteras ...quoad omnes ipsarum...clausulas et articulos...ratificamus...requirentibus...fidelium obsequiorum meritis, quibus...mag. Petrus et Andreas litteratus nobis...temporibus et locis opportunis cum...fidelitatis constantia studuerunt et nunc...anhelant complacere, de prelatorum et baronum nostrorum consilio...et uniformi decreto eorundem mera regia auctoritate et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia simulcum donatione portionum possessionariarum et iurium nostrorum regalium predictorum, necnon

statutione...eorundem...in tenoribus ipsarum limpidius expressatis pro eisdem magistris Petro et Andrea, necnon fratribus seu consobrinis...ac eorum heredibus...innovantes perpetuo valituras confirmamus...salvo...iure alieno...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva littera R (Regestrata) et Confirmatio super Tethen adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.609. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 457. nr. 3797.

418 1405. apr. 15.

(XVII. Kal. May.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad universorum...notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos...inter alias regni nostri civitates, quas murorum (presidio) disposuimus, inferiorem civitatem nostram Crisiensem regni nostri Sclavonie, que hactenus nullius munitionis presidio protecta et quampluribus et precipue in proximo iam (preteritis) disturbiorum ac regni nostri motionis temporibus gravia dampna sustinuit, ...necnon exercituales, qui hostiles potius dici possunt, descensus et discursus creberimis vicibus cum grandi personarum et rerum dispendio toleravit, de prelatorum, baronum, nobilium et regni nostri procerum, nuntiorumque et legatorum...consilio...muro solenni et fossatis ac aliis...necessariis munitionibus in loco et per ambitum seu circuitum per cives ipsius ad hoc eligendo circumferentialiter cingi volumus (et) circumdari... stabilimus, ut cives, hospites et omnes eiusdem universi bene fortificati ac muniti in amenitate pacis adversus hostiles impetus et inimicorum incursus in eadem tuti possint et securi valeant residere; ...statuimus, quod annotata inferior civitas Crisiensis ipsiusque cives, hospites et habitatores amodo et deinceps in antea omnibus iuribus, consuetudinibus, gratiis, emolumentis, libertatibus, commoditatibus, exemptionibus, honoribus, privilegiis, iurisdictionibus et indiciis ac generaliter universis et singulis conditionibus, quibus civitas nostra Budensis ipsiusque cives et habitatores utitur, regitur, gubernatur et gaudet...sine diminutione qualibet utantur, gaudeant et potiantur, salvis limitationibus...et libertatibus per nos eidem civitati nostre inferiori Crisiensi ipsiusque civibus, hospitibus et incolis ...concessis et gratiose...ordinamus...quod prefati cives...ac tota communitas...ipsius civitatis inferioris Crisiensis in signum vere subiectionis ratione dominii nostri naturalis ...nobis et successoribus nostris...viginti fl. puri auri vel eorum valorem in die circumcisionis[1] domini pro munere ac encenio strennarum et alias consimiles viginti fl. auri...in f. b. Georgii martiris[2] annis singulis...nobis et camere nostre regie..., magistro denique ianitorum nostrorum premisso die circumcisionis domini...sex fl. cum ...nostris muneribus ...annuatim...solvere debeant...; preterea magistro agazonum nostrorum artifices... eiusdem civitatis, utputa omnes pellifices unum pellicium, omnes frenatores unum frenum et sic de singulis tantummodo una vice in anno, quando nos inde transire contingerit...dare... tenebuntur et ceteris officialibus...nostris quam reginalibus, videlicet pincernarum et dapiferorum magistris, dispensatoribus, hostiariis, cocis et aliis quibuscunque nihil penitus dare...debebunt; ...victualia autem, dum, quando et quotiescunque nos aut reginalem maiestatem in eandem civitatem nostram inferiorem Crisiensem vel etiam superiorem intrare contingerit, extunc cives et communitates ambarum...civitatum victualia oportuna iuxta debitum ad unum prandium et ad unam cenam, si utrumque prandium, videlicet et cenam ibidem agere voluerimus...sufficienter...et habundanter administrent; iudicem vero ac iuratos communitas habeat (eligendi) potestatem, qui omnes et quaslibet causas ad instar ...civitatis Budensis iudicare poterit et diffinire et ut...querulantibus...verum iudicium ...ministret...litesque et cause...coram eis finite...de iudicio...iudicis et iuratorum civium (a) non contentis...ad examen, discussionem et deliberationem...civitatis nostre Budensis, cuius memorata civitas inferior Crisiensis fruitur libertate vel magistrum thavarnicorum nostrorum absque gravamine aliquali liceat libere appellare...ac ad nostram personalem presentiam, si opus fuerit, possit devenire; ...ad hoc autem, ut civitas ipsa muris, fossatis et aliis munitionibus citius perficiatur...ac tutius conservetur, ...presenti ordinatione stabilimus, ut cives, hospites et habitatores utrarumque civitatum predictarum ad opus muri, fossati et aliorum fortalitiorum ipsius inferioris civitatis Crisiensis auxilium, subsidium et adiuvamen tam personale quam reale iuxta ipsorum facultatem et possibilitatis exigentiam facere...temporibus semper opportunis...sint obligati...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex. Hung. 1494. sept. 14.> Capit. eccl. Chasmensis 1495. jan. 10. (in copia simplici saec. XVI.) Arch. Nat. Hung. Dl. 10.340.(Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 11. No. 70.) - ED.: Starine. Na Sviet izdoje Jugoslavenska Akademija znanosti. 38(1939) 147. l.; Vjestnik kr. hrvatsko-slavonsko dalmatinskog zemaljskog arkiva. 4(1902) 170. l. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 457. nr. 3793.

[1] Január 1.

[2] Aprilis 24.

419 1405. maj. 4.

(II. die inv. crucis.) Capit. ecclesie Budensis...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod nos...feria secunda...p. festum b. Georgii martiris[1]...ex speciali edicto ...domini Sigismundi...regis Hungarie...ad congregationem generalem universitati nobilium ac alterius status, dignitatis, conditionis et preeminentie Pestiensis et Pilisyensis comitatuum hominibus per virum magnificum Nicolaum de Gara regni Hungarie palatinum et Comanorum iudicem...prope civitatem Pestyensem rite celebratam pro audiendis, cognoscendis et intelligendis nobilium et aliorum regnicolarum in dicta congregatione adherentium responsionibus et cordialibus eorundem voluntatibus super stabilitate decreti seu statuti eiusdem domini nostri regis ad sui regni comodum et utilitatem cum prelatis et baronibus suis pridem editi, firmati et ordinati congregatione in eadem protunc perlecti et seriose ac articulatim interpretati factis et...habitis non unum dumtaxat aut duos, sed plures ex nobis, vidl. discretos viros Iohannem Wrode lectorem ecclesie nostre...ac Paulum, Laurentium, Lucam, Nicolaum dictum de Hathuan et Michaelem dictum de Fok...concanonicos nostros duxissemus transmittendos ad premissa fidedignos; iidem demum ab inde ad nos reversi et in hiis rite et conscientiose per nos requisiti nobis...retulerunt, quod prefati nobiles et alterius status ac dignitatis prefata congregationis homines, viri...ecclesiastici et seculares, nobiles et ignobiles, formam, modum et stabilitatem premissi decreti et statuti... domini...regis audientes, percipientes et sane intelligentes huiusmodi decreta et statuta... voto unanimi et nomine in hiis discrepante, ex puro ipsorum cordis zelo, ymmo sumpmo desiderio approbantes retulissent et affirmassent, quod statuta et decreta pretaxata per eundem dominum nostrum regem modo quo supra edita ad laudem, decus et voluntatem commodumque perpetuum et laudedignum profectum totiusque regni regnicolarumque ac reipublice utilitatis incrementum acta, facta, firmata fuissent, haberentur et ordinata...

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo rubri et albi coloris pend. In dorso manu posteriore Budensis capituli recognitio super dicto regio decreto adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl 9035.(Sign. ant.: N.R.A. Publ. Fasc. 1530. No.11.) - ED.: Kovachich, Supplementum I. p. 310-311.; Fejér: CD. X/4. p. 459-460. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 463., nr. 3851.

[1] 1405. apr. 27.

420 Pesterzsébet, 1405. maj. 6.

(X. die f. II. p. Georgii.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m. c., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestyensis et Pylysyensis comitatuum feria secunda...post festum b. Georgii[1]...prope villam Zenthelsebeth celebrata Georgius iudex in personis religiosarum dominarum abbatisse claustri b. Marie virginis de Veteribuda et ceterarum sororum sanctimonialium in eodem...deo... famulantium...proposuit..., quomodo magistri Desew de Kapla, Georgius et Petrus filii condam...Lewstachy palatini quoddam rubetum...Harazth nominatum, inter possessionem ...magistrorum Desew, Georgii et Petri Kewrus appellatam, necnon possessiones Kechkemeth et Chegleed...adiacens, quod...populi...in dictis tribus possessionibus commorantes usi exstitissent, pro seipsis potentialiter occupassent..., ac ad... possessionem eorum Kewrus annexissent...; et hoc iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus...comitatus Pestyensis constaret evidenter - petens nos..., ut iidem...qualem de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem iudices nobilium, iuratosque

assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem...unanimi...testificatione... affirmarunt, quod eo tempore, quo predicte tres possessiones erga manus regias extitissent, tunc idem rubetum per populos de dictis tribus villis communiter usum extitisset, sed a tempore, quo dicta possessio Kewrus...magistro Desew ac Georgio et Petro fuisset collata, dictum rubetum solum ad...possessionem Kewrus usum extitisset, sed qua ratione, se de hoc nichil scire retulerunt...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9036. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 9. No. 9.) - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1424. apr. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 9037. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 9. No. 9.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 122., nr. 504.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 464., nr. 3857.

[1] 1405. apr. 27.

421 Pesterzsébet 1405. maj. 8.

(XII. die ferie II. p. Georgii.) Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iud. Comanorum m. comm., quod in congregatione nostra generali universitatis nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum feria secunda...p. festum b. Georgii mart. prope villam Zenthelzebeth...celebrata Johannes fil. Thome de Bathe in personis Johannis, necnon Nicolai filii ac Katherine et Magdalene filiarum suarum; Stephani filii Bernardi de Buda et domine Elene filie eiusdem Stephani in personis...proposuit..., quod, sicut idem Johannes percepisset, Petrus litteratus de Thethen et Andreas similiter litteratus civis Budensis portiones ipsorum possessionarias in possessione Thethen a (parte) septemtrionali habitam, in qua...eccl. lapidea in honore s. Michaelis esset constructa ipsosque iusto iuris tramite tangentem, cum macello ibidem habitis, terris arabilibus, vineis, pratis, fenetis, virgultis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis wlgo Tanya dictis in fluvio Danoby existentibus...in eorum iuris preiudicium a...Sigismundo rege in perpetuum pro seipsis dari...procurassent; unde ipse Johannes per huiusmodi protestationem suam..., ac dictorum filiarum et filii suorum, ac prefatorum Stephani filii Bernardy ac filii et filie eiusdem in personis factam... dominum regem a donatione...prescripte portionis ipsorum possessionarie in dicta possessione Thethen ipsos...de iure concernentis ipsis Petro et Andree litteratis...date..., eosdem vero Petrum et Andream litteratos ab impetratione eiusdem et sibi ipsis perpetuatione... quovismodo factis vel faciendis prohibuit coram nobis...

ORIG.: Non exstat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1454. mart. 12. Arch. famil. Gyulai de Szokolóc (Sokolovce) nr. 78. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 465., nr. 3863.

422 Buda, 1405. maj. 8.

(Bude, in apparit. Michaelis.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie ...marchioque Brandenburg...., sacri Rom. imperii vicar. gen. et regni Bohemie gubernator m. comm. t. pres. signific. quibus exp. univ., quod Georgius filius Johannis et Johannes fil. Desew de Feldwar dictus, piscatores sew emptores piscium civitatis nostre Budensis suburbii, cives in eodemque commorantes, nostre maiestatis accedendo in conspectum, ipsorum, necnon ceterorum piscatorum et emptorum piscium, cohabitatorum scil. et sociorum eorundem in personis...nobis detexerunt, quomodo carnifices, pellifices et sartores, ceterarumque artium mechanicarum magistri in dicta civitate nostra Budensi iuxta eandemque commorantes et ipsam inhabitantes, pisces parvos cuiuscunque etiam generis forent, qui per ipsos dumtaxat piscatores et emptores piscium in capisteriis frequenter venderentur et expositioni venditionis eorundem usitata consuetudine dicte nostre civitatis Budensis requirente pertinere dinoscerentur, etiam in huiusmodi capisteriis venderent et exponerent...venditioni, per quod iidem piscatores et piscium emptores in laboribus ipsorum artis offitio et victuum acquisitione dampna non modica incurrerent..., iidemque Georgius et Johannes pro parte dicte communitatis piscatorum et piscium emptorum nostro...culmini

supplicarunt, ut nos ipsos in huiusmodi venditionis et emptionis opere sew artis eorum offitio indempnes conservando eis de tali dignaremur remedio providere..., ut ipsi et non alii pretactos pisces, parvos scil. et mediocres atque magnos emere possent et exponere venditioni, demptis solummodo, quod quia carnifices de carnium mactatione uterentur, pisces magnos cuiuscunque sint generis, sed non parvos in scampnis aut mensis mactare et vendere deberent... Nos itaque dampnis...prefatorum piscatorum et emptorum piscium obviare volentes..., ad ipsorum...supplicationis instantiam...decrevimus presentium per vigorem, quod...prefati piscatores et piscium emptores tam magnos pisces in mensis et scampnis, quam parvos in capisteriis piscatorum, prout hactenus...fecerunt et ipsos venditioni exposuerunt, iuxta ritum et consuetudinem eandem vendant et valeant exponere venditioni, prefati vero carnifices non parvos pisces in capisteriis vendi consuetos, sed magnos tantummodo, quos in scampnis et mensis fori mactari consueverunt..., valeant mactare et exponere venditioni; ceteri vero artifices quarumlibet artium manualium magistri in dicta civitate nostra Budensi et in eiusdem suburbio commorantes et residentiam facientes in nullo fororum nostre civitatis pisces neque magnos, neque parvos, nec etiam mediocres in capisteriis et mensis, ymmo nec aliquo quolibet modo sine licentia...nostrorum piscatorum ...vendere valeant..., ad que facienda...dictos carnifices et aliarum quarumlibet artium magistros per iudicem et iuratos cives dicte civitatis nostre Budensis pro tempore constitutos astringi volumus..., qui..., si ad huiusmodi mandata nostra observanda tepidi et remissi extiterint..., harum serie...nostris magistro thauernicorum nostrorum et castellano castri nostri Budensis...mandamus..., ut iudicem et cives antefatos ad huiusmodi nostra instituta ...observari facienda...compellant...harum nostrarum...vigore litterarum, quas, dum nobis...allate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus, quas etiam semper erga manus eorundem piscatorum et piscium emptorum post earum lecturam...volumus remanere...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex. Hung. 1474. maj. 3. > Wladislaus II. rex Hung. 1514. aug. 5. Arch. civitatis Budapest. Mohács előtti gyüjt. (Coll. ante Mohácsiana) nr. 9. - VERSIO Hung.: Bevilaqua Borsody: Budai és pesti mészáros céhek I. p. 26-28. - REG.: Id., ibid. p. 26.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 464., nr. 3859. - COMM.: Bevilaqua Borsody: op. cit. p. 28-31.

423 Buda, 1405. maj. 8.

(Bude, in Stanizlai.)...capitulo ecclesie Budensis comes Frank de Zechen iudex curie domini Sigismundi...regis Hungarie...Dicunt nobis magistri Petrus filius Emerici de Tethen...ac Andreas litteratus filius Nicolai de eadem alias de Kapronchа... - mag. Petrus in sua ac Ladislai et Iohannis filiorum sororiorum, necnon Ladislai filii sui..., mag. Andreas similiter in sua, ac Gregorii fratris sui uterini et Petri filii Pauli a sorore sua carnali generati personis -, quod quasdam portionem eorum possessionariam[a] in...possessione Tethen...ipsos et...fratres eorum simul nove regie donationis titulo concernentes... divisione et ipsis statui factione indigerent, super quo vestram amititiam...petimus..., quatenus...mittatis hominem pro testimonio..., quo presente mag. Lucas de Radouan curie regie notarius, vel Iohannes filius Iacobi de Harasthy, aut Dominicus de Pakon, seu Iacobus de Zadha, neve Petrus filius Iacobi de Gywdch, sive Paulus filius eiusdem, aliis absentibus homo regius ad facies...portionum...magistros Petrum et Andream ac fratres eorum... concernentium...accedendo easdem - facta prius earum...reambulatione - in duas dividat partes...,quarum unam...magistro Petro et fratribus suis, aliam vero...magistro Andree et similiter fratribus suis...cum earum utilitatibus et pertinentiis statuat...in perpetuum possidendas..., iura partium, si necesse fuerit, metis...ab invicem distinguendo, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet...in regiam presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1405. maj. 20. - Arch. Nat. Hung. Dl. 73.611. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - MENT.: Mályusz: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 472., nr. 3893.

[a] recte: quod quedam portiones eorum possessionarie

424 Buda, 1405. maj. 12.

(Bude, f. III. p. Ioh. a. port. Lat.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, officialibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis...Cum antiqua libertate nobilium regni nostri...requirente quivis nobilis et homo possessionatus suos iobagiones et famulos ipsorum inpossessionatos in suis possessionibus ad instar aliorum iobagionum eorundem residentes in suis causis...demptis solummodo furtu, latrocinio et aliis publicis criminalibus liberam ipsimet iudicandi habeant facultatem, - fidelitati vestre presentibus...mandamus, quatenus iobagiones magistri Andree filii Nicolai et Gregorii fratris uterini ac Petri filii Pauli consobrini suorum de Theten et famulos ipsorum inpossessionatos more aliorum iobagionum suorum residentes et constitutos in causis aliquibus et earundem articulis, demptis solummodo premissis, contra quemcunque in vestris possessionibus, tenutis, honoribus, seu vestri in medio iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, aut res et bona eorundem, signanter pro debitis, delictis, factis et offensis aliorum arestare sive prohibi facere nullatenus presumpmatis. Si...qui ex vobis quitquam actionis vel questionis contra prefatos iobagiones et famulos inpossessionatos...magistri Andree..., Gregorii fratris et Petri consobrini suorum...habent vel habuerint, id in presentia eorundem aut officialem[a] ipsorum in eadem Theten iuridice prosequantur, qui si in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint vel remissi, extunc non iidem iobagiones et famuli...inpossessionati, sed prefati mag. Andreas, Gregorius frater et Petrus consobrinus sui pretaxati in nostram, aut ordinarii iudicis eorundem presentiam per querulantes...evocentur, ex parte quorum nos aut idem iudex ordinarius cuilibet querulanti omnis iuris et iustitie ac plenarie satisfactionis exhibebimus et exhibebunt complementum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. regii maioris simplicis tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.610. (Arch. famil. Rudnyánszky.) - REG.: Daróczy: Turul 27(1909) p. 136.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 467., nr. 3874.

[a] recte: officialis

425 Roma, 1405. maj. 17.

(Rome, ap. s. Petrum, XVI. Kal. Jun., a. II.) Innocentius (papa VII.)...custodi eccl. Vaciensis...Cum...canonicatus et prebenda eccl. Vespr., ac archidiaconatus de Sogwesdino in eadem eccl. Vespr....vacent ad presens, nos volentes...Nicolaum Johannis de Chitar canonicum eccl. b. Petri de Veteribuda Vespr. dioc....favore prosequi gratioso, discretioni tue...mandamus, quatenus..., si...dictum Nicolaum bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis - et alias ad...archidiaconatum (de Segesdino ...in eccl. Vespr.), qui curatus et dignitas non tamen maior post pontificalem in dicta eccl. Vespr. existit obtinendum idoneum esse reppereris..., canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos..., quorum, necnon dicti archidiaconatus...proventus quadraginta marcharum argenti...valorem annuum...non excedunt..., eidem Nicolao...conferas... inducens eundem...in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus ...predictorum...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber CXXVII., fol. 116-116[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis.

426 Buda, 1405. maj. 17.

(In dom. Cantate). Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenb., sacri Rom. Imperii vicar. gen. et regni Bohemie gubernator... universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, officialibus, item civitatibus, liberis villis earumque rectoribus, iudicibus, villicis... Cum antiqua consuetudine et libertate ecclesiarum regni nostri requirente, quaslibet personas ecclesiastica, regularis sive claustralis, necnon secularis, cuiuscunque status aut ordinis existat possessiones

habentes, more et ritu aliorum nobilium et possessionatorum hominum, hos populos et iobagiones, necnon officiales et famulos inpossessionatos, ad modum et similitudinem aliorum iobbagiorum ipsorum, in quibuslibet earum possessionibus residentes, in causis quibuslibet, exceptis dumtaxat manifestis et notabilibus, et sunt: latrocinio, homicidio et ceteris publicis causis criminalibus ipsamet iudicandi habeat facultatem. Ideo vestre universitatis fidelitati et cuilibet vestrum damus regio sub edicto,...a modo inposterum iobagiones et populos, necnon officiales et famulos impossessionatos religiosarum dominarum...sororum sanctimonialium...claustri b. Virginis de Veteri Buda, in quibuscunque earum possessionibus, signanter vero in possessionibus Adorian et Vostorok in comit. Chongradiensi...commorantes, in nullis causis..., demptis solummodo causis premissis, in vestris tenutis, possessionibus, honoribus, seu officialibus ac vestri in medio, in personis iudicare, aut vestro adstare iudicatui compellere, in rebusque et bonis arestare, prohiberè, seu arestari et prohiberi facere presumatis ququomodo, signanter vero pro debitis, delictis et offensis aliorum; si qui vero ex vobis quidpiam actionis vel questionis adversus memoratos populos et iobagiones, necnon officiales seu famulos inpossessionatos prelibatarum dominarum...sanctimonialium in quibuslibet earum possessionibus, presertim vero in antefatis possessionibus Adorian et Vostorok...commorantes habent vel habebunt, id prius in presentia gubernatorum earundem possessionum...prosequantur; qui si in in reddenda cuipiam iustitia querulanti tepidi fuerint vel remissi, extunc non iidem iobagiones seu populi ac famuli inpossessionati, contra quos agitur, sed...gubernator, sive officialis earundem in nostri vel alterius sui iudicis ordinarii presentiam per querulantes...conveniantur, ex parte quorum nos vel idem iudex ordinarius cuilibet querulanti iustitie exhibebimus seu exhibebit complementum...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 402-404.

427 1405. maj. 20.

(XII. die sab. p. Ioh. a. port. Lat.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras magnifici...comitis Frank de Zechen iudicis curie regie divisionales...recèpimus in hec verba: (Vide nr. 423. Comes Frank de Zechen iudex curie regie 1405. maj. 8.) Nos itaque petitionibus...iudicis curie regie...annuentes unacum...Iacobo de Zada homine regio...discretum virum Nicolaum de Hottuan...concanonicum nostrum pro testimonio duximus transmittendum, qui...ad nos reversi nobis...retulerunt, quod ipsi sab. ...p....Iohannis anteportam Latinam...ad facies...portionum possessionariarum in...possessione Tethen...magistros Petrum et Andream ac filium et fratres eorum...nove regie donationis titulo communiter tangentium...accedendo easdem...facta prius earum...reambulatione, in locis sessionalibus ac aliis utilitatibus in duas partes... hoc ordine divisissent: quod primo incepissent a portu Danoby a plaga meridiei a domo Itel in una platea, in qua directe eundo ad plagam aquilonalem in uno ordine essent tredecim mansiones populose et deserte, ex opposito platee portiones...magistri Petri penes viam magnam, que veniret de Buda versus possessionem Tethen..., necnon tres sessiones integre in platea, que tenderet versus Albam regalem a parte Danoby seu a plaga meridiei..., a domo scil. Ladislai dicti Zazhalmi exclusive directe eundo ad occidentem, ac medium quartale retro domum quondam Laurentii villici contigue adiacens magistro Petro ac filio et fratribus suis...cessissent et provenissent; demum...in quadam platea, in qua esset ecclesia s. Michaelis archangeli fundata a plaga orientali penes domum Iacobi dicti de Kana incipiendo ex opposito alterius platee portionis...magistri Petri versus plagam occidentalem, seu civitatem Albensem directe eundo a septemtrionali plaga seu a parte possessionis Dyod in uno ordine decem sessiones populose et deserte cum media, necnon plaga meridionali cum parte domus plebani ab eadem domo plebani exclusive incipiendo usque domum Ladislai dicti Zazhalmi lapicide inclusive tres sessiones populose et deserte, item in vico seu vicinitate domus...magistri Andree litterati, que fuisset domus condam magistri Nicolai cancellarii a plaga occidentis media sessio deserta et medium quartale in contiguis vicinitatibus...magistri Andree et fratrum suorum, item ex opposito...domus...magistri Andree a parte portus Danuby versus occidentem usque Danubium inclusive due sessiones populose in vicinitate domus condam Berlini a plaga orientis, a plaga vero occidentis Iohannis filii Bartholomei portionis adiacentes...magistro Andree litterato cum fratribus suis...cessissent et provenissent; item...domus[a] condam magistri Nicolai cancellarii pro habitatione ...magistri Andree iuxta series aliarum litterarum nostrarum similiter privilegialium exinde

confectarum reliquissent magistro Andree et fratribus suis..., necnon domus alogialis condam predicti Berleni emptitionalis extra ipsam divisionem remansisset...magistro Andree et fratribus suis..., item medietas domus...plebani in medio dicte ville existentis ...magistro Petro ac filiis et fratribus suis...cessissent, alia vero medietate eiusdem... magistro Andree et fratribus suis... (remanente). Item recta et equalis medietas maccellorum in medio...ville existentium a plaga orientali habita magistro Andree litterato et fratribus suis...provenisset, alia medietate eorundem a plaga occidentali...magistro Petro ac filio et fratribus...remanente. Preterea prata seu fenilia, insulam ac loca seu cursus molendinorum et piscinarum vulgo Tonya totumque fluvium Danoby cum portu ac patronatu ecclesie sancti Michaelis archangeli..., necnon quandam viam pupplicam penes domus plebani...versus eandem ecclesiam tendentem, necnon aliam plateam seu viam, que inciperetur ab angulo condam... Laurentii villici et tendetur versus vicum Thothwcha nominatum usque portum Danoby inter prescriptas partes indivisas et indivisa usui communi reliquissent partibus antefatis. Ceterum, quia montes vinearum seu proventus earundem inter... partes dividere non valuissent, ideo ordinassent et commisissent, ut eedem partes...perpetuis temporibus in autumno seu tempore vindemie proventus seu nonas vinorum et tributa montium communiter recipere et eosdem ac ipsa inter se equaliter dividere ...tenerentur. Habitaque huiusmodi divisione, unam rectam et equalem partem predictarum duarum partium modo premisse divisarum prefato magistro Petro, filio ac fratribus suis prenominatis, aliam vero partem earundem dicto magistro Andree et fratribus suis antefatis ipsarumque partium heredibus et posteritatibus universis cum omnibus utilitatibus et pertinentiis nullo penitus contradictore apparente statuissent et commisissent in perpetuum possidendas...; hoc etiam adiecissent, ut si aliqua partium predictarum tempore progressivo de portione sua possessionaria modo prehabito sibi in divisione cessa aliquam particulam deperdi et a seipso alienari contingeret, extunc alia pars huiusmodi alienationem possessionum de sua portione recuperare teneretur parti dampnum patienti in premissis...

ORIG.: Membr. in superiore parte litteris ABC intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri et albi coloris pend. In dorso Divisionalis in Tethen cum magistro Petro litterato adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.611. (Arch. famil. Rudnyánszky.) REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 472., nr. 3893.

[a] recte: domum

428 1405. maj.29.

(IV. Kal. Iun.) Sigismundus...Hungarie...rex...omnibus...presentium notitiam habituris salutem...Ut populus nobis subiectus nostroque presidio communitus et libertatibus predotatus ad laudem regiam sicut merito, ita et devotione augeatur, villam nostram seu opidum Rew vocatum, in comitatu Bihoriensi existens, simulcum terris...ac...ipsius utilitatibus et pertinentiis...a iurisdictione castri nostri Solyumkew vocati castellanorumque eiusdem, necnon quorumlibet servitiorum vayuodis nostris Transsiluanensibus et per consequens castellanis castri prefati seu quibusvis officialibus hactenus facere consuetorum, specialiter vero solutione tributorum ubique in pertinentiis castri predicti exigi solitorum ...eximentes...in numerum liberarum civitatum nostrarum recipientes...annectentes eidem et ipsius civibus, hospitibus, incolis et habitatoribus libertates, prerogativas, gratias, exemptiones, iura, privilegia et iurisdictiones civitatis nostre Budensis duximus concedendas salvo, quod eadem civitas nostra ac...habitatores eiusdem annis singulis...centum fl. per centum denarios novos computandos, medietatem...ipsorum in festo b. Georgii martiris[1], aliam vero...medietatem in festo b. Martini confessoris[2]...in signum dominii nostri naturalis ad camaram nostram regiam, magistro quoque ianitorum nostrorum sex fl....auri in eodem festo b. Martini..., victualia etiam nobis vel reginali maiestati pro una die sufficientia, dum et quandocunque nostram vel...reginalem maiestates inibi advenire contigerit, si prandium et cenam ibidem habere voluerimus seu voluerit, sin autem ad unum prandium vel ad cenam tantum sufficienter dare et solvere debebunt...; magistro vero agazonum nostrorum omnes artifices, utputa universi pellifices unum pellicium, omnes freniparii unum frenum, omnes sellipari unam sellam et sic de singulis semel dumtaxat in anno, etiam si nos in dictam civitatem venire contingat et non aliter dare; ceteris vero officialibus, tam nostris, quam reginalibus, vidl. pincernarum et dapiferorum magistris,

dispensatoribus, hostiariis, cocis et aliis quibuscunque nil penitus solvere tenebuntur. Iudicem et iuratos inter eos sibimet eligent infra annum duraturos, qui omnes causas inter eos pro tempore emergentes iudicabit ac diffinient et terminabunt, ubi autem aliqua partium litigantium de ipsorum adiudicatione nollet contentari, possit ad iudicium ipsius civitatis nostre Budensis et ulterius, si opus fuerit, ad magistrum tauarnicorum nostrorum appellare, nec debeat causa huiusmodi appellata iterum ad eosdem iudicem et iuratos reverti et redire nisi, ubi tanta arduitas expeteret, ad nostre maiestatis personalem audientiam examinanda et terminanda deducatur...

ORIG.: Membr. cum plica et fragmento sig. dupplicis de filo sericeo rubri et viridis coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.732. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Rep. 44., Fasc. D., Nr. 17.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 477., nr. 3921.

[1] Apr. 24.
[2] Nov. 11.

429 1405. jul. 2.

(VI. Non. Jul.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgensis, sacr. Rom. imperii archicamerarius, necnon Bohemie heres... Ad univ...not. h. ser. volumus pervenire..., quod Jacobus dictus Polkyscher artium liberalium magister, iuratus, et Nicolaus dictus Mwn cives de Koloswar..., suis, necnon univ. civium et hospitum ac totius universitatis civitatis eiusdem nominibus...nostre claritatis adeuntes conspectum...supplicantes, ut ipsis et eorum statui dicteque civitatis fortificationi, tuitioni et conservationi regium remedium adhibere dignaremur...opportunum. Nos igitur...civitatem nostram Koloswar...per nos iam murari munirique, turribus, moeniis, fossatis, ac aliis fortalitiis et propugnaculis fortificari et circumduci dispositam et cives, incolas, populos et habitatores eiusdem aliis civitatibus regni nostri omnino et totaliter liberis ipsarumque civibus, hospitibus, incolis, populis et habitatoribus adequando, annectendo, annumerando et aggregando, eandem insuper ac eos specialiter...ab omni iurisdictione, iudicio, iudicatu, regimine et gubernatione vaivodarum, vicevaivodarum, comitum, iudicum, officialium et quorumvis ad eos pertinentium et generaliter omnium regni nostri iudicum et iustitiariorum secularium perpetuo exemimus, excipimus et per omnia segregamus. (Iuribus et privilegiis eorum enumeratis Sigismundus rex sic prosequiter:) Preterea volumus et firmiter observanda stabilimus, ut nullus extraneus aut forensis cuiuscunque status, conditionis vel preeminentie existat per litteras capitulorum, conventuum et iudicum nobilium quorumcunque et generaliter per quasvis personas forenses et extraneas quacunque dignitate, iurisdictione, officio, simplicitate seu nobilitate fungentes contra predictos cives, hospites, incolas et habitatores prefate civitatis Koloswar vel eorum alterum aut ex eis aliquem super factis et negotiis in eadem civitate actis seu exortis more et ad instar libertatis civium civitatis nostre Budensis testimonium aliquod facere valeat atque possit modo, forma et rationibus quibuscunque...

ORIG.: Membr. Arch. civitatis Kolozsvár (Cluj). - ED.: Jakab: Kolosvár I. p. 123-126.; Densusianu: p. 82. (partim); Z.-W.: Urkundenbuch: a) III. p. 350-353., b) p. 346-350.; Eder: Observationes p. 82. (Fragm.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 489., nr. 4021.

430 1405. jul. 2.

(VI. Non.) Sigismundus...Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Comaniae Bulgariaeque rex, marchio Brandenburg. ac sacri Rom. imp. archicamerarius, necnon Bohemiae et Lucemburgensis heres...ad univ....not. h. ser. v. pervenire, quod Jakobus Polkischer, art. lib. magister, iuratus, et Nicolaus Mwn dictus, cives de Koloswar..., suis necnon universorum civium et hospitum et totius universitatis eiusdem nominibus...nobis querulose curarunt declarare, quod licet ipsi et eadem civitas...inter alias suas...libertates...sigillum proprium habuerit et habet de praesenti

ipsiusque iurisdictione, privilegio et firmitate aliarum regni nostri civitatum usi fuerunt et gavisi, tamen nonnulli nostri regnicolae tam ecclesiastici quam saeculares huiusmodi iurisdictioni derogando...litteras sub eodem emanatas acceptare eisque fidem adhibere hactenus non curassent et ad praesens non curarent attentarentque velle non curare in futurum, - supplicantes superinde per nos eidem civitati et eius universitati seu communitati regiae deliberationis remedium adhiberi. Nos itaque attendentes ex eo dictae civitatis commodo ut plurimum derogari..., praefatum sigillum...civitatis nostrae Koloswar...approbamus, roboramus et ratificamus, universasque litteras sub tenoribus, formis, clausulis, punctis et articulis quibuscumque sub eodem sigillo generaliter et specialiter pro eisdem civibus, hospitibus, incolis, habitatoribus et populis memoratae civitatis...et inter ipsos mutuo super causis, contractibus, ultimarum voluntatum testamentariis dispositionibus, actis, factis et generaliter recognitionibus quibuscumque rite tamen et rationabiliter emanatis et emanandis in futurum more et ad instar litteris super factis quibusvis sub sigillo civitatis nostrae Budensis confectis et conficiendis in iudicio ecclesiastico et saeculari aut quovis regni iustitiario, seu alias ubique perpetuis et successivis temporibus valere et vigorem habere eisque libere et licite uti, frui et gaudere atque fidem indubitam et plenariam adhiberi volumus et regia auctoritate declaramus...

ORIG.: Membr. cum filo sericeo rubri et cerulei col. pend. sig. iam deperditi in dextera parte superioris marginis relatio Marci de Neuremberga tricesimarum et urbararum regalium eomitis not. canc. est scripta. Arch. civitatis Kolozsvár (Cluj) - ED.: Jakab: Kolozsvár, Oklt. I. p. 121.; Z.-W.: Urkundenbuch III. p. 356-357. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 490., nr. 4023.

431 1405. jul. 4.

(III. die visit. virg.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. c., quod magistro Iohanne filio Hanczkonis de Porozlo ab una, parte vero ex altera Alberto Kurbuch aule regie...iuvene coram nobis...constitutis, per...magistrum Iohannem confessum extitit ..., quod ipse...predicto Alberto quatuor milibus fl. auri puri debitor...extiteret, quos in tribus terminis...quingentos scil. fl. auri puri vel denarios eosdem valentes die dominico...post festum beate Margarethe virginis et martiris[1], necnon alios mille et quingentos fl. octavo die festi nativitatis virginis gloriose[2] et residuos, vidl. duo milia fl....octavo die festi beati Michaelis archangeli[3]...(eidem) Alberto vel ei, qui...presentes litteras nostras sibi ostendendo de receptis quitationem sufficientem in civitate Budensi assignaret, reddere et ad plenum persolvere...assumpsit coram nobis obligaminis vinculo tali mediante: quod si...Iohannes filius Hanczkonys predictas solutiones dictorum quatuor milium florenorum vel aliquam earundem in loco et terminis...prescriptis non faceret, vel ...solutionem eorundem differet, extunc mox universe possessiones et portiones possessionarie (eiusdem) ubilibet...habite et qualitercunque vocitate...cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis...ad manus regias quolibet strepitu (iudiciario) proculmoto devolvantur possidende et...iuxta nutum sue regie maiestatis disponende, easdemque possessiones idem mag. Iohannes amplius ab ipsa regia maiestate nequaquam recipere vel... pro se reapropriare posset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ludovicus II. rex Hungariae 1525. jan. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 9060. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 491., nr. 4036.

[1] Jul. 19.

[2] Sept. 15.

[3] Oct. 6.

432 Firenze, 1405. jul. 5.

(Florentie, die V. Julii.) Filippo de Scolaribus, comiti Temocivari[a]. Priores artium et Vexillifer Justitie et Communis Florentie nobili et magnifico viro Filippo de

Scolaribus, dilectissimo civi nostro salutem...Audivimus ad quam excellentem gradum... dominus....Sigismundus...rex Hungarie virtute et fidelitate tua, suaque gratitudine te promovit... In qua...re gavisi sumus, te fame splendorique maiorum tuorum non fortuna, sed meritis allucere...Gratias agimus ergo summo Numini, quod tibi tantam virtutem dignatus est et talem gradum...Sed super omnia gratulamur et gratias agimus, quod te fecerit in manus talis tantique principis incidisse. Verum dilectissime civis noster, macte virtute, fac ut laudabiliter incepisti, fac fide, meritis, quibus regi tuo...te in dies efficias gratiorem...Hec hactenus. Nunc autem memor esto concivium tuorum, qui post gratiam regiam te solum habent in illis partibus protectorem. Illis consulas, illos iuves, illos obnoxios non dimittas iniurie, nec rogari velis, sed coneris cuncta rogamina prevenire. Sed inter alios tibi nominatim et affectuosissime commendamus Frontem Petri Frontis et socios. Quicquid enim eis prebueris auxilii vel favoris, nostris beneplacitis cumulabis...

ORIG.: Chart della...Filza 25. p. 1081. Arch. Civit. Florent. - COPIA SIMPL.: Simonyi: Flórenci Okmt. I. p. 255-257. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 4994. - ED.: Akad. Ért. 1859. p. 251.; Wenzel: Ozorai, Tört. Tár 1884. p. 82. (Ex: Mellini: Filippo Scolari. Firenze 1606.) - REG.: Jorga II. p. 109.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 492., nr. 4040.

[a]recte: Temesvariensi

433 Roma, 1405. jul. 8.

(Rome, ap. S. Petrum, VIII. Id. Jul., a. XV.) Bonifatius (papa IX.) Preposito ecclesie S. Salvatoris de Papuch, Jauriensis dioc....Exhibita...nobis...pro parte... Stephani Johannis, fratris domus s. Trinitatis de Calidisaquis prope Budam, ord. cruciferorum, Vespr. dioc., petitio continebat, quod...Johannes episcopus Jauriensis, capellam s. Trinitatis...prope ecclesiam Jauriensem de novo fundavit...et eandem prefato Stephano contulit...Cum autem...ipse...dubitet, collationem predictam...viribus non subsistere...; discretioni tue mandamus, quatenus...capellam predictam, que sine cura est et eius fructus triginta marcharum argenti...valorem annuum non excedunt, eidem ...auctoritate nostra conferas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia a. XV. Liber II. alias 162., fol. 20[v]. - REG.: Mon. Vat. Hung. I/4. p. 603.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 392., nr. 3298.

434 1405. jul. 14.

(IV[o] evocat./Sab. a. Margarethe)...Nicolao de Gara regni Hung. palatino et iudici Comanorum...Capitulum eccl. Budensis...Noverit vestra magnificentia, quod... nos...unacum...Paulo fil. Petri de Dyod homine vestro...magistrum Lucam... concanonicum nostrum...pro testimonio...transmisimus..., qui...nobis...retulerunt, quod homo vestre magnificentie...nostro testimonio presente sabbato...a. f. b. Margarethe virg. et mart....Andream litteratum de Tethen in portione sua possessionaria in eadem Tethen (habita)...contra Johannem fil. Thome de Bathe ad oct. f. b. Jacobi apost ....vestram evocasset in presentiam.

ORIG.: Arch. famil. Gyulai nr. 33. Phototheca Arch. Nat. Hung. Fasc. 59., No. 67.

435 Zágráb, 1405. aug. 1.

(Zagrabie, in ad vinc. Petri.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m.c. per presentes, quod veniens nostre maiestatis in conspectum fidelis noster dilectus vir magnificus Martinus Deers pridem regni nostri vicepalat. suis fidelitatibus et fidelium obsequiorum propositis gratuitis meritis per ipsum culmini nostro sub diversitate locorum et temporum exhibitis, signanter autem elapsis hiis disturbiorum temporibus, quibus nonnulli prelati, magnates, proceres et nobiles nostri regni ingrati et inmemores beneficiorum a celsitudine nostra largiflue perceptorum rebellionis calcaneo ducti...a sinu nostre clementie se avertere attemptando...alium in regem eligendo...vota eorum devia in cri-

men lese nostre maiestatis in personam Ladislai filii condam Karuli de Duracio direxerint, cuius tandem banderium erigendo per diversa loca regni in eiusdem et regnicolarum devastationem et incommoda detulerint; et quod nephandius est, in locis capitulorum et ecclesiarum cum reliquiarum processibus idolatri perfidia dictum et banderium venerari disposuerint, prefato Ladislao plurimas civitates, possessiones et loca, signanter in Dalmatia et Croatia subiugari faciendo, que adhuc in manibus emulorum nostrorum retinentur ...in quibus quidem erroneis processibus Michael filius Iohannis Zerecheni de Mesthekenew ...domino Iohanni archiepiscopo Strigoniensi adherendo sub banderio eiusdem premissa perpetrare (et) quantum poterat augmentare minime expavit, prefatus autem...Martinus Deers...unacum ceteris nostris fidelibus sub vexillo nostre maiestatis annotatis nostris emulis et rebellibus tam viriliter...se opponere studuit, ut in numero iustorum, quibus rex regum adversus hostes triumphum est inventus. Hiis itaque peractis, prefatus Martinus a maiestate nostra quandam domum lapideam seu fondum curie eiusdem Michaelis in civitate nostra Budensi habitam et existentem, que ipsius Michaelis infidelis prefuisset, sibi dari...supplicavit tamquam ad manus nostras regias per huiusmodi infidelitatis notam... devolutam; nos quoque animadvertendo pretacta et propensius considerando eundem fondum curie seu domum simulcum aliis (edificiis) lapideis et ligneis sibi anexis eidem Martino Deers et per eum suis heredibus et posteritatibus universis dedimus...ymmo...conferimus nove nostre donationis titulo iure perpetuo...possidendam...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In. superiore margine et sub sigillo Relatio Fabiani Bychkele de Zelna not. canc., in dorso vero manu coaeva Donatio super domum Budensem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9066. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 561., No. 10.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 496., nr. 4073.

436 1405. aug. 29.

(Viterbii, IV. Kal. Sept., a. I.) Innocentius (papa VII.) etc (etera). Dilecte in Christo filie, nobili mulieri Catherine, relicte quondam Nicolai de Logad sub monte Budensi, domicelli Vespr. dioc. salutem etc(etera). Provenit etc(etera)...(Concessio de remissione peccatorum. Vide Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 32.)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. "Libro misto". - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 348.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 503., nr. 4128.

437 1405. aug. 31.[1]

(II. Kal. Sept.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgen., sacr. Rom. imp. archicamerarius, necnon Bohemie et Lucemburgensis heres..., celebrato prelatorum, baronum procerumque nostrorum conventu...has leges...auctoritate regia duximus statuendas, quas ab omnibus regnicolis nostris...volumus obsevari...(Sic. cap. XIV.) Sanximus preterea et super hiis statutum fecimus...(Textus huius capituli ab hoc loco idem est ac ille (cap. I.) decreti Sigismundi regis 1397. aug. 3. emanati. Vide nr. 244.)

ORIG.: Membr. cum filo sericeo sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva scripta Constitutio domini Sigismundi regis. Decretum Sigismundi regis adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.238. (Sign. ant.: Priv. Arch. des Konvents der Kreuzherren von Székesfehérvár, Capsa 2. Fasc 3. No. 24. - TRANSCR.: Codex Festetics, p. 173-180.; Codex Ilosvay, fol. 58a-63b; Codex Kollár p. 413-420.; Liber Reipublicae Cassoviensis, a. d. 1564. fol. 29a-34b. Arch. civit. Cassoviensis (Kosice.); Codex Eszterházy maior fol. 41a-43b (nunc deperditus). Omnes Cod. ex aevo post-Mohácsiano.) - ED.: C.J.H.[2] (variae editiones); Katona: Hist. crit. XI. p. 625-627., 672-685., fragm. (sub dat. 1404. aug. 31.); Schmitt: Episcopi Agrienses. I. Tyrnaviae, 1768. p. 384-385. (sub dat. 1404. aug. 31. fragm.); Fejér: CD. X/4. p. 308-310., ibid. p. 333-334., 364-365. fragm.; Kovachich: Vestigia comit. p. 209. (fragm.); Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 218-225.

- REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 474., nr. 3902. (sub dat. 1405. maj. 24.) - COMM.: Bónis: Op. in ED. cit. p. 218.

[1] De dato lege: Bónis: Op. in COMM. p. 218. cit. - Vide etiam Op. Mályusz in REG. cit.

[2] Corpus Juris Hungarici. Magyar Törvénytár. ED. Márkus D. Tom. I. 1000-1526. Budapest, 1899. p. 230-240. (In hoc opere etiam veteriores editiones indicantur.)

438 Visegrád, 1405. sept. 9.

(In Visegrad XXVI. die VIII. diei quindenarum Jacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie... marchioque Brandenburgensi...sacr. Rom. imp. vicar. gen., regni Bohemie gubernator m. comm. t. pres. signif. quibus exp. univ.: Quod cum magister Michael litteratus filius Andree de Kolta et Dominicus filius Stephani de Beych, Andreas filius Nicolai Harcha dicti et Johannes frater eiusdem Dominici presentibus Petro filio Ladislai de Kezew nostro, ac magistro Luca canonico eccl. Budensis capituli... hominibus feria tertia...a. f.... Georgii in anno... transacto[1] ad faciem possessionis Jenew vocate, in comit. Pilisiensi existentis, que olim Georgii filii Dominici et Nicolai filii Johannis de dicta Jenew hominum sine heredibus ab hoc seculo decessorum prefuisset, vicinis et commetaneis suis...inibi...convocatis et presentibus accedendo se in dominium eiusdem ...nove nostre donationis titulo...per dictos nostrum et eiusdem capituli homines fecerunt introduci, tunc Marcus filius Pauli dicti Tykurus de dicta Jenew... introductioni et statutioni eiusdem possessionis...prefatis magistro Michaeli, Dominico ac Andree et Johanni fiende contradictionis velamine obviasset, ob quam contradictionem... iidem noster et dicti capituli homines eundem Marcum...rationem...sue contradictionis redditurum ad oct. f. penth.[2]...nostram specialem in presentiam evocassent. Tandem ipsis octavis instantibus prefatus Dominicus...pro se personaliter, pro...magistro Michaele cum procur. litteris...capit. Budensis presente prefato Marco...ad nostram specialem veniendo presentiam - volens eandem possessionem Jenew...condam Georgii filii Dominici et Nicolai filii Johannis de dicta Jenew hominum sine heredibus ab hoc seculo decessorum... fuisse et ob hoc ad manus nostras regias devolutam et ipsis pro servitiis datam fuisse declarare - quasdam litteras nostras...nostram produxerat in presentiam[3]...(Vide nr. 378. Sigismundus rex 1404. mart. 21.) Quibus quidem litteris exhibitis prefatus Dominicus...in sua et...magistri Michaelis litterati personis prefatum Marcum filium Pauli rationem sue contradictorie inhibitionis assignari postularat coram nobis. Quo audito prefatus Marcus... in nostram specialem exsurgendo presentiam responderat:...quod...per ipsum pro eo facta fuisset prohibitio prenotata, quia...possessio Jenew sibi vigoribus...litteralium instrumentorum pertineret, et in horum...comprabationem quasdam duas litteras...capituli Budensis, unam...tenores litterarum...Lodouici regis[4]...in se continentem nobis presentavit (Vide nr. 391. Capit. eccl. Budensis 1404. maj. 18.); secunda vero...nos eatenus informabat, quod noster et dicti capituli...homines...in... vigilia...b. Mathey[5]...ad faciem possessionis Jenew...vicinis et commetaneis suis... inibi convocatis et presentibus accedendo prefatos Paulum dictum Tykurus et Marcum filium ac Elenam filiam eiusdem, necnon Nicolaum filium Johannis in dominium eiusdem introduxissent eandemque...iure ipsis incumbenti...statuissent perpetuo possidendam...(Vide nr. 218. Capit. eccl. Budensis 1396. oct. 1.) Quarum quidem litterarum...exhibitionibus factis...prescriptam causam (primo) ad oct. b. Michaelis archangeli[6], (deinde) ad oct. epiphanie[7] (et postremo) ad oct. b. Georgii[8] duximus prorogandam. Denique ipsis octavis advenientibus... magister Michael litteratus ac Dominicus filius Stephani... personaliter, pro...Johanne fratre...Dominici ac Andrea filio Nicolai dicti Harcha sine lit. procur. (cum onere)...ab una, item prefati Marcus filius Pauli et Petrus fil. Blasii sororius eiusdem Marci ac nobilis domina Elena consors dicti Petri, filia vidl. antefati condam Pauli dicti Tykurus, necnon Michael filius Nicolai pistor nostre maiestatis...nostram specialem regressi in presentiam confessi extiterant..., quod ipsi componentibus probis hominibus (sub conditionibus in litteris uberius specificatis) taliter concordassent: Quod una ipsius possessionis Jenew recta et equalis medietas a parte occidentali habita, in locis scil. sessionum cum ortis retro easdem sessiones supra adiacentibus prescriptis magistro Michaeli, Dominico Johannique et Andree; relique vero equales partes eiusdem possessionis a parte orientali site similiter in locis sessionum cum ortis retro easdem habitis preallegatis

Marco filio Pauli, Petro filio Blasii et nobili domine consorti dicti Petri, necnon Michaeli pistori...devenissent possidende...ita tamen, quod dicta medietas ipsius possessionis...in portiones Marci, Petri et nobilis domine ac Michaelis pistoris deventa in tres dividi deberet partes..., quarum trium partium una memorato Marco, altera prescriptis Petro et nobili domine consorti sue, tertia vero...pars predicto Michaeli pistori cedere...debetur...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. Eberhardi ep. Zagrabiensis supremi cancellarii tergo appressi. Arch. publ. Capit. Castriferrei. Statut. nr. 101. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototeca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 506., nr. 4146.

[1] 1404. apr. 22.

[2] 1404. maj. 25.

[3] Sempte, 1404. mart. 21.

[4] 1378. aug. 12.

[5] 1396. sept. 20.

[6] 1404. oct. 6.

[7] 1405. jan. 13.

[8] 1405. maj. 1.

439 Bihács, 1405. oct. 5.

(Byhigy, f. II. p. Francisci.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgensis etc(etera), sacri Rom. imp. vicarius generalis et regni Bohemie gubernator m. comm., ...quod...ad...petitionem Petri dicti Hercheg de Lyndowa nobili domine Sara vocate, consorti eiusdem Petri super sententia capitali, quam ipsa in causa per...dominam consortem comitis Frank de Zechen iudicis curie nostre pretextu castri Hegesd ac possessionis Paka vocati et appellate...in presentia regni nostri palatini mota...ordine iudiciario convicta incurrisse perhibetur, ...gratiam...fecimus specialem presentium vigore mediante...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo relatio Zoelli de Nassis castellani Budensis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.349. (Sign. ant.: Arch. Batthyany de Körmend. Acta antiqua Alm. 2., Lad. 9. Miscell. Széchiana, nr. 11.)

440 Krapina, 1405. nov. 16.

(In Corpana Sagurie, f. II. p. Brictii.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie...marchioque Brandenburgen....sacri Rom. imperii vicarius gen. et regni Bohemie gubernator...preposito et Capitulo eccl. Veterisbudensis...salutem...presentisque letitie partipationem...Suggerente...cordi nostro altissimo flamine partem bonam eligere, ut exinde nedum nobis, verum etiam cunctis regimini nostro subiectis fidelibus letitia et tranquillitas perempnis concrescat, inclitam virginem Barbaram, filiam...Hermanni comitis Cylie et Sagurie nobis in coniugem et regnis nostris in reginam lege matrimonii duximus copulandam, quam thoro nostro regio sociavimus; hanc vero...in dominica, vidl. in festo b. Nicolai[1]... affuturo ad instar moris reginalis in regali civitate Albensi sacro dyademate debemus insignire. Quapropter vestram fidelitatem huiusmodi gaudii per vos, ut verisimiliter estimamus a diu desiderati participare effici volentes, ad diem et locum premisse coronationis reginalis per fidelem nostrum...Jacobum germanum magistri Zoeli castellani nostri Budensis testimonio presentium invitamus, committentes eidem huius solemnitatis gaudium vestris fidelitatibus enuntiare volentesque, ut vos seu nomine vestro certi ex vobis premisse coronationi reginali interesse debeatis seu teneamini, nobis et eidem regine honores congruos impensuri fidelitatemque debitam ostensuri...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. magni simplicis tergo appressi. In dextera parte superioris marginis relatio Piponis comitis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.656. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy 218. B/102.) - ED.: Zichy oklt. V. p. 352. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 524., nr. 4256.

[1] 1405. dec. 6.

441 1405. nov. 20.

(Wissegrad, XLVI. die oct. Michaelis.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m.c., quod Mark filius Petri pro comite Frank de Zecheen, iudice curie regie...in octavis festi b. Michaelis archangeli in anno domini millesimo CCC^mo nonagesimo nono[1]...in figura iudicii...Detrici (Bubek) palatini...contra Iohannem filium condam Ladislai wayauode de Lochonch...litteras capituli ecclesie Wachiensis evocatorias ...presentasset declarantes, quod in persona...comitis Frank et Ladislai filii eiusdem regie dictum extitisset maiestati, quod cum circa festum b. regis Stephani, cuius tunc nona preterisset revolutio annualis[2], Ladislaus wayauoda Transiluanus, ac alter Ladislaus et Stephanus filii condam Stephani de Lochonch congregata multitudine exercitus eorum de partibus Transiluanis versus civitatem Budensem venissent, tunc ex motu facto et consensu eorundem, quidam ipsorum fautores et familiares exercituantes possessiones eorundem comitis Frank et Ladislai filii sui Zenthlwan, Fokorow et Alchy vocatas, in comitatu Heueswyuariensi existentes, concepta hostilitate invadentes, universas res et bona, tam propria, quam iobagionum eorundem, vidl. equas equatiales, necnon boves et pecora, vestes et indumenta hominum utriusque sexus, ceteraque bona scrinialia, domorum vestimenta in eisdem possessionibus, ac domo eorundem comitis Frank et Ladislai colonicali, ubi vidl. proprii equi ipsorum equatiales, necnon boves et pecora servata fuissent et nutrita habitas et reperta simulcum eisdem equis equatialibus boves, pecora et pecudes et alia animalia, in toto vidl. decem milia fl. aureorum valentia aufferentes asportassent et depelli fecissent, annotatam vero possessionem Fokorow...per ignis incendium cremari fecissent in ipsorum preiudicium valde magnum...(Quae causa multarum prorogationum cautelis ultimatim ad octavas festi b. Michaelis archangeli anni millesimi quadringentesimi quinti[3] devoluta et prorogata extitisset, quibus instantibus idem palatinus memoratum) Stephanum pro prescriptis factis potentiariis per ipsum Ladislaum wayuodam fratrem suum patruelem perpatratis contra annotatum comitem Frank in emenda universorum iurium possessionariorum ipsius condam Ladislai wayuode ipsum solum precise ubilibet contingentium in duabus partibus...iudiciariis, in tertia vero parte dicti comitis Frank, partis scil. adverse manibus devolvendorum convictum et aggravatum fore decrevit et commisit auctoritate (sua) iudiciaria mediante...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9093. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 669. No. 9.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 526., nr. 4267.

[1] 1399. oct. 6.

[2] 1391. aug. 20.

[3] 1405. oct. 6.

442 1405. nov. 23.

(Non. Kal. Dec.) Decretum Sigismundi regis Hungariae civitatibus, oppidis, liberis villis regiae iurisdictionis editum, cuius textus mutatis aliquot verbis omnino idem est ac ille decreti eiusdem regis 1405. apr. 15. constituti. (Vide nr. 415.)[1]

ORIG.: Membr. cum sig. duppl. de filo sericeo rubri et virid. col. pend. Arch. civit. Kolozsvár (Cluj). - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 364. (partim); Jakab: Kolozsvár, Oklevelek I. p. 134-135.; Densusianu I/2. p. 437. (partim); Z. - W.: Urkundenbuch III. p. 371-382. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 527., nr. 4270. - COMM.: E. Ladányi: Umstände (passim); Eadem: Zsigmond 1405. évi törvényei (passim).

[1] Ex quo clare patet tempus iuridicae actionis decreti et eius litteris consignationis (actum), necnon confecti instrumenti traditionis seu expeditionis (datum) non idem esse. - Ex eo vero, quod proemium (protocollum) privilegii ab eodem rege 1405. apr. 2. civitati Debrecen dati (Vide nr. 412.) idem est ac illud decretorum 1405. apr. 15. et 1405. nov. 23. emanatorum, merito concludi potest actum praefatorum duorum decretorum datum privilegii civitatis Debrecen antecessisse.

443 1406. jan. 2.

(IV. Non. Ian.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not...h.s. volumus pervenire, quod...fideles nostri Georgius et Demetrius litterati, cives nostre maiestatis de Veteribuda, officiales...religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de eadem Veteribuda in personis earundem dominarum sanctimonialium...exhibuerunt nobis quoddam privilegium nostrum...tenorem cuiusdam alterius privilegialis littere...domini Lodovici regis, patris et soceri nostri...super revocatione et cassatione cuiusdam gratie nonnullis hominibus facte in factorum tributorum earundem dominarum sanctimonialium confecte et emanate confirmative in se habens...supplicantes...nostro culmini..., ut idem ratum...habendo presentique nostro privilegio...inseri faciendo pro dictis dominabus sanctimonialibus innovantes perpetuo valiturum dignaremur confirmare, cuius tenor sequitur...in hec verba: (Vide nr. 159. Sigismundus rex Hungariae 1393. sept. 22.) Nos igitur...prefatorum Georgii et Demetrii litteratorum nobis...oblatis supplicationibus...exauditis...prefatum privilegium nostrum...presentibus...insertum quoad omnes eius continentias, clausulas et articulos acceptamus..., id nichilominus simulcum antefatis renovatione et cassatione, singulisque in tenoribus eiusdem privilegii nostri contentis et limpidius declaratis, mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...pro premissis religiosis dominabus sanctimonialibus innovantes perpetuo valiturum confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo rubri et albi coloris pendentis. In dorso manu saec. XV-XVI. haec adnot. sunt scriptae: a) Confirmatio Sigismundi super tributo Danubiali in Veteribuda; b) Tertia super omnibus tributis ipsarum dominarum ubivis existentibus. Arch. Nat. Hung. Dl. 9123. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 2.) - MENT.: Michael Orzag de Gwt, regni Hungariae palatinus 1472. sept. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 16. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 22.)

444 1406. jan. 14.

(XIX. Kal. Febr.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire..., quod...dominus Iohannes...archiep. Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, necnon primas et apostolice sedis legatus natus sua, necnon magnifici viri Stephani de Kanisa, olim magistri curie nostre regie, fratris sui germani, proliumque eiusdem, necnon Iohannis et Stephani filiorum condam domini Nicolai de dicta Kanisa, condam thauarnicorum regalium magistri similiter fratris sui concarnalis in personis... exhibuit nobis...litteras nostras...de et super promissione, sponsione seu pollicitatione nostris regiis conservandi, tuendi et manutenendi prelibatum...Iohannem archiepiscopum fratresque suos...ac eorundem fratrum suorum heredes et posteritates universas in pleno, pacifico, quieto, reali et corporali possessione et dominio castrorum Symontornya et Rowo vocatorum ac opidorum, villarum universarumque tenutarum et pertinentiarum ad eadem castra spectantium...pro eisdem domino Iohanne archiepiscopo ac fratribus suis pro eorundem gratuitis et acceptis complacentiis et obsequiis, quorum genera in eisdem litteris nostris privilegialibus... describuntur, tamquam de nostris regiis manibus in ewum collatorum et donatarum, necnon de et super prerogativa libertatis et exemptionis a iudicio et iudicatu quorumlibet palatinorum, iudicum curie nostre, aliorumque iustitiariorum regni nostri cum interpositione decreti nostri regalis et mandato desuper emisso et contemplatione meritorum ipsorum nostro ac heredum et successorum nostrorum, futurorum vidl. regum Hungarie nominibus vice et in personis de plenitudine nostre regie potestatis ex certaque nostra scientia et auctoritate regia pro eisdem domino Iohanne archiepiscopo fratribusque suis prenominatis, ac fratrum suorum heredibus et posteritatibus, pragmaticis sanctionibus

desuper mature intervenientibus rite factis, confectas... supplicans nobis..., ut predictas litteras nostras privilegiales...ratas...habendo et presentibus litteris nostris privilegialibus inseri faciendo...perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum tenor...est talis: (Vide nr. 319. Sigismundus rex Hungariae 1401. febr. 17.) Nos itaque...precibus...domini Iohannis archiepiscopi...per ipsum nostre claritati...oblatis...exauditis...predictas litteras nostras privilegiales...presentibusque nostris litteris privilegialibus...verbotenus insertas quoad omnes earum continentias, clausulas, puncta et articulos ratas...habendo; ipsas nichilominus exigentibus gratis et acceptis obsequiis...eiusdem domini Iohannis archiepiscopi ac fratrum suorum...mera nostra regia auctoritate et pretactis regie (potestatis) plenitudine, simulcum promissione, sponsione, seu pollicitatione nostris regiis conservandi, tuendi et manutenendi prelibatum...Iohannem archiepiscopum fratresque suos ...ac eorum...heredes...in pleno, pacifico, quieto, reali et corporali possessione et dominio castrorum Symontornya et Rowo..., ac oppidorum, villarum, universarumque tenutarum et pertinentiarum ad eadem castra spectantium...et aliis quibuslibet iuribus et pertinentiis earundem portionum possessionariarum, necnon perpetui silentii super eisdem impositione, ac decreto exemptionis a iudicio et iudicatu quorumlibet regni nostri iudicum et iustitiariorum, necnon mandato seu edicto nostro regio desuper emisso pro eisdem... Iohanne archiepiscopo et fratribus suis, fratrumque suorum heredibus...rite factis acceptamus, approbamus, ratificamus, ac de consensu, consilio et de beneplacita voluntate, matura quoque deliberatione et digestra premeditatione...prelatorum et baronum nostrorum uniformi decreto et parili sanctione ex certa nostra scientia pro...domino Iohanne archiepiscopo, ac Stephano de Kanisa fratre, necnon Iohanne et Stephano filiis memorati Nicolai similiter de Kanisa eiusdemque Stephani, necnon antedicti Nicolai de Kanisa filiis et heredibus ac posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, salvo dumtaxat iure alieno, fidelium vidl. nostre maiestatis...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo albi et coerulei coloris pro sig. duppl. pend. iam deperdito. In superiore margine et sub plica Commissio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. scripta Vt nullus iudicet super Symontornya, Rowo etc(etera) adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9143. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 584., No.30.) - TRANSCR.: (sensualiter) Sigismundus rex Hungariae 1409. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593.No.7.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p.489-495. (ommissis nominibus possessionum). - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 540., nr. 4391.

445 Buda, 1406. jan.20.

(Bude, in f. Fab. et Sebast.) Nos Sigismundus...rex Hungarie... notum facimus ...per presentes, quod quia nos universas villas et possessiones condam Johannis filii Pauli fil. Stephani dicti Kaalth de Koka, utputa Koka predictam, Almas in Pestien., Jobag, Samsonhaza, Kazar et Zewrus in Neograd., Pyspeky, Therebes, Rosnok, Thas, Euch in Heueswyuar., Horogzeg, Mosotho, Bezermentheleg, Pozarus, Kysposarus et Kyshorogzeg populosas; Begenye, aliam Begenye et tertiam Begenye, Thothmonostra et Zentmikloshaza in Temes., necnon Zambok, Babl et Zentheged habitatoribus destitutas in...Pestien. comit. existentes et...omnia...iura possessionaria eiusdem Johannis fil. Pauli...simulcum cunctis utilitatibus...earundem...ad manus nostras regales devolutas...pro dotatione capelle nostre maiestatis, necnon comiti eiusdem...nove nostre plantationis et donationis titulo... donavimus...; item possessiones Fornazenthmiklos in Alben. et Kege...in Symig., necnon portiones possessionarias in possessionibus Karad in...Symig., Gyruas...in Tolnen. comit. habitas, que ab olim ab eandem nostram capellam et ipsius comitem pertinuerunt..., rursum et de novo prefate capelle et deinde comiti eiusdem similiter nove nostre donationis titulo...incorporamus, ipsos quoque populos in dictis villis incolatum habentes et in futurum commorandi causa ad easdem confluentes ab omni onere et exactione censuum, collectarum, dationum, taxarum quarumlibet in regno nostro ab antiquo tam ad cameram nostram regiam provenire debendarum, aut in congregatione palatinali vel alio quovismodo fieri imponi et exigi solitarum, quam etiam de novo emergentium, aut pro contributione exercituali vel alia quacunque causa et ex quesito ingenio generaliter aut singulariter quibusvis aliis regnicolis nostris imponendarum et etiam ab omni solutione tributaria seu telonii libertamus...; nullusque regnicolarum nostrorum cuiuscunque status, dignitatis aut preeminentie existat, eosdem iudicare aut in rebus et personis arestare et inquietare presumpmat, sed si quis

baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, officialibus, necnon tributariis et quibusvis possessionatis hominibus firmissime edicimus..., quatenus amodo in antea prefatos hospites et iobagiones in dictis villis et possessionibus commorantes ad collectarum, censuum, taxarum et aliarum quarumlibet solutionum aministrationem nec eosdem et eorum alterum in locis tributorum nostrorum reginaliumque dumtaxat contra formam premisse nostre gratie ad cuiusvis status nostri et reginalis solutionem de rebus et bonis eorum mercimonialibus faciendam nequaquam compellere, in personis etiam impedire, iudicare, ac in rebus et mercibus eorundem arestare et dampnificare quovismodo presumpmatis..., presertim pro factis, dictis et excessibus aliorum; sed si qui quitquam actionis vel questionis contra eosdem habent vel habuerint, id in presentia ipsius comitis capelle nostre vel suorum officialium...prosequantur, ex parte quorum idem comes, vel sui officiales...iuris et iustitie exhibebunt debitum complementum omni contra ipsos querulanti dictante iuris equitate...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1409. nov. 19. Arch. Nat. Hung. Dl.9153. - REG.: Ortvay: Temes m. p. 368.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 122., nr. 505.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 541., nr. 4397.; Kumorovitz: Budai várkápolna p. 122., not. 115.

446 1406. febr. 10.

(IV. Idus Febr.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod...Iohannes filius Iacobi de Harazthy sua ac Ladislai fratris sui uterini, necnon Dominici filii Andree de Pakan in personis...exhibuit nobis...duas litteras, unam ...nostram patentem...super...donatione nostra...possessionis Poltharazthya vocate, in comitatu Pestyensi existentis tum pro fidelibus servitiis eorundem Iohannis et Ladislai ..., necnon Dominici filii de...Pakan, tum etiam in concambium...possessionis ipsorum Iohannis, Ladislai et Dominici Zenthlorinch nuncupate, in...comitatu Pestyensi existentis, et aliam...capituli ecclesie Wacyensis privilegialem super... statutione eiusdem possessionis Poltharazthya pro ipsis Iohanne, Ladislao et Dominico ac ipsorum heredibus...factis confectas...supplicans exinde nostro culmini..., ut easdem ratas...habendo nostrisque litteris privilegialibus... inseri faciendo...innovantes perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius...nostre patentis littere tenor is est: (Vide nr. 384. Sigismundus rex Hungariae 1404. apr. 18.) Alterius..., scil....capituli ecclesie Vacyensis littere... tenor...sequitur in hec verba: (Vide nr. 398. Capit. ecclesiae Vaciensis 1404. jun. 23.) Nos igitur...prefati Iohannis...supplicationibus nostre...oblatis maiestati...exauditis... prefatas binas litteras...presentibusque insertas quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos...approbamus et ratificamus eas nichilominus requirentibus prefatorum Iohannis, Ladislai et Dominici fidelibus servitiis nobis...exhibitis...simulcum...concambiali donatione...possessionis Poltharazthya et...statutione eiusdem... auctoritate regia et potestatis plenitudine, ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...ac uniformi decreto eorundem prescriptis Iohanni, Ladislao et Dominico ipsorumque heredibus...innovantes perpetuo valituras confirmamus...salvo...iure alieno...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubro sig. duppl. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva Correcta et collata not. canc. et Iohannis filii Iacobi adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.871. (Arch. Mus. Nat. Coll. Véghely.)

447 1406. febr. 18.

(XII. Kal. Marcy.) Sigismundus...Hungarie...rex....universorum...notitie harum tenore volumus fieri manifestum..., (quod) ...frater Georgius prior generalis fratrum heremitarum ordinis s. Pauli primi heremite...exhibuit...nobis litteras nostras privilegiales ..., quibus mediantibus serenitas nostra ipsis fratribus heremitis ad celebrationem eorum capituli generalis annis singulis et cunctis temporibus perpetuis trecentos fl. auri de collecta civium nostrorum Budensium solita annuali semper in festo b. Georgii martiris...dari et assignari debere decrevisse..., supplicans...maiestati nostre..., ut easdem litteras ratas...habendo nostrisque litteris similiter privilegialibus sub...novo nostro...sigillo

emanando... inseri et conscribi faciendo pro prefatis fratribus heremitis perpetuo valituras innovantes dignaremur confirmare. Quarum... tenor... sequitur in hec verba: (Vide nr. 118. Sigismundus rex Hung. 1391. apr. 22.) Nos igitur... prefati fratris Georgii generalis prioris... fratrum heremitarum supplicationibus... exauditis... prescriptas litteras nostras ... presentibus... nostris litteris... privilegialibus... insertas quoad omnes ipsarum continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus et... auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia, necnon de consensu ... domine Barbare regine consortis nostre... prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio... pro eisdem fratribus heremitis in evum valituras innovantes confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo virid. et violacei coloris pend. In dorso manu saec. XV. scriptae sequentes adnot. leguntur: a) Heremitarum; b) Super assignatione necessariorum pro celebratione capituli. Arch. Nat. Hung. Dl. 8835. (Sign. ant.: Fasc 9., No. 4. et Fasc 9., No. 2.) - TRANSCR.: Ladislaus V. rex Hung. 1456. maj. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8833. - ED.: Fejér, CD. X/4. p. 499-503., 538-543. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 549., nr. 4459.

448 1406. febr. 26.

(IV. Kal. Mart.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod providus... Georgius iudex et officialis religiosarum dominarum sanctimonialium in claustro b. Marie virginis in civitate Veterisbudensi constructo altissimo famulantium, in earundem... personis... exhibuit nobis quasdam litteras... condam domine Elizabeth... regine Hungarie... dupplicis... sigilli sui appensione vallatas super... donatione... cuiusdam tributi in... civitate Veterisbudensi exigi soliti... et quorumdam proventuum piscium... confectas... supplicans..., ut easdem... ratas ... habendo nostrisque litteris... privilegialibus... inseri faciendo... pro eisdem innovantes... dignaremur confirmare. Quarum ... tenor talis est: (Vide: Elizabeth regina Hung. 1367. dec. 10.) Nos igitur... prefati Georgii iudicis supplicationibus... exauditis..., litteras domine Elizabeth regine... presentibus... insertas... ratificamus... ipsas... simulcum... perhennali donatione... premissi tributi et proventuum piscium... auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre maiestatis prelatorumque et baronum nostrorum consilio... innovantes ... confirmamus... salvis iuribus alienis...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupl. dec filo sericeo viridis et flavei coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 9124. (Sign. ant.: V. Buden Monial. Fasc. 23. No. 3.) - MENT.: Michael Orzag de Gwt palat. regni Hung. 1472. sept. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 16. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 22.)

449 1406. febr. 26.

(IV. Kal. Marcy.) [S]igismundus... Hungarie... rex... ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod... providus vir Georgius iudex et officialis religiosarum dominarum sanctimonialium in claustro b. Marie virginis in civitate Veterisbudensi constructo altissimo famulantes[a]... exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes..., quibus mediantibus nos eisdem dominabus hanc specialis gratie prerogativam, ut perpetuis in temporibus nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri, preterquam nostra specialis regia maiestas cum suis prelatis et baronibus ipsas in causis earum in facto possessionario motis et suscitandis audeat vel presumpmat iudicare fecisse dinoscimur, ... supplicans... maiestati nostre..., ut easdem ratas... habendo, nostrisque litteris privilegialibus... inseri faciendo pro eisdem dominabus sanctimonialibus innovantes perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum ... tenor talis est: (Vide nr. 189. Sigismundus rex Hungariae 1395. apr. 24.) Nos igitur ... prefati Georgii iudicis supplicationibus nostre... oblatis maiestati... exauditis... prefatas litteras nostras patentes... presentibus... insertas quoad omnes suas continentias et articulos acceptamus, ... ipsas nichilominus ob spem et devotionem nostram quam ad ipsam virginem gloriosam gerimus... simulcum premissa nostra gratia... mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre maiestatis, prelatorumque et baronum

nostrorum consilio...ac uniformi eorum decreto pro eisdem dominabus sanctimonialibus innovantes perpetuo valituras confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupl. de filo sericeo viridis coloris pendentis. In dorso (in dextro margine plicaturae) Lecta et correcta not. canc., ac manu saec. XV-XVI. scriptae a) Sanctimonialium, b) Vt nullus preter regiam maiestatem easdem in facto possessionario possit iudicare adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9138. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 5.)

[a] recte: famulantium

450 Kraków, 1406. mart. 12.

(F. VI. a. Oculi.) Responsio consulum civitatis Cracovie super questionibus monete regni ipsis per...dominos...prelatos et...barones regni Polonie motis iuxta intentionem et rationem eorundem consulum...eisdem dominis oblata sub hac forma:...Questio super moneta cudenda...videtur nobis..., quod implicat contradictoria, nam...primo ponit, quod moneta fieri debet, de qua rex lucrum habeat. Secundo, quod sit in...liga, pondere et numero per totum regnum acceptabilis, durabilis et perpetuo digna. Tertio, quod nulla unquam fieri debet superadditio. Nam ad videndum implicationem, si rex...vult specialem redditum et censum habere de moneta et lucrum, opportet, quod multum cudat et sit moneta qualiscunque et quantumcunque bona, si multa cusa fuerit, cito vilescet ex multitudine...et sic rex non poterit habere lucrum. Item ad secundum, fiat moneta de quacunque liga, pondere vel numero, si fuerit multa cusa, non potest esse acceptabilis, durabilis perpetue neque digna et sic iterum non eveniet domino nostro regi lucrum, quod tamen questio de moneta utique habere pretendit et ponit. Item ad tertium, quod non debet fieri superadditio, dicimus, quod in regno Polonie non habentur montana argenti neque argentum, nisi quantum mercatores huc adducunt. Et istud argentum opportet, quod monetarius regis emat, quia nulli datur gratis et maxime presenti tempore, quia Marcus de Nurmberg argentum in regno Ungarie illibertavit ita, quod a nullo emi potest, nisi ab ipso, et ille semper potest mercatoribus vendere cariori, quanto voluerit modo, et sic mercator non potest levius dare argentum monetario, quam a Marco emit, et sic magnum lucrum idem Marcus potest habere et sibi facere de moneta regis nostri, quantum et quando vult, immo postquam ipse Marcus intellexerit ligam, pondus, numerum et incisionem monete regis nostri, statim si vult, tunc istud lucrum in venditione argenti pro se potest recipere, et sic iterum rex habebit dampnum et non lucrum, quod est contra questionem propositam de lucro huiusmodi. Item... monetarius domini nostri regis in emendo argentum..., si non habebit grossos aut talem monetam, que valebit argentum, opportet, quod in huiusmodi emptione argenti superaddat de sua moneta, et sic ipse sibi facit et regi ac monete sue dampnum et superadditionem, quod erit iterum contra tertiam partem questionis. Quare nobis videtur..., quod...dominus noster rex presentem monetam..., ut lucrum habeat, teneat tali modo de huiusmodi superadditionibus, quod habeat grossos quantum sufficere potest et emat aut emere faciat omnes denarios presentes cum eorum superadditionibus, sicuti solvunt et pro futuro solvent, quos cum quasi omnes collegerit, denuo iterum ipsos quasi novam monetam de suo exponat et vendere faciat thesauro, et non cudat eam amplius et sic habebit...lucrum superadditionis de qualibet marca, quod lucrum pro utilitate et commodo domini...regis et pro communi bono totius regni per rationis vestre industrias conveniens statui poterit et competentius moderari. Et hoc lucrum ipse Marcus immo rex Ungarie nunquam poterit impedire nec inficere quovismodo et erit honor domini nostri regis et lucrum toti regno et sic nec rex Ungarie neque Marcus de dampno nostri regis et regni unquam poterit gloriari. De moneta vero nova cudenda...nullo modo possumus intelligere, quod posset diu stare cum lucro domini nostri regis propter Marcum, a quo emi opportet argentum, neque sine superadditione propter monetarium nostrum et sic non potest diu stare acceptabilis neque digna etc(etera).

ORIG.: Non extat. - TRASCR.: Acta officii consularis (Cracoviensis) nr. 427., p. 235-236. Arch. Civit. Cracoviensis. - ED.: Piekosinski O: monecie IX. p. 250-252.; Ptasnik, Cracovia I. p. 40-42. - COMM.: Piekosinski: O monecie IX. p. 75-76., 195-196.; Mályusz Elemér: Az izmaelita pénzverőjegyek kérdéséhez. Bud. Rég. XVIII(1958)

p. 306-307.; Id., Zsigmond király központositó törekvései Magyarországon. Történelmi Szemle 1960. p. 172-173.; Kubinyi, Dr. Andreas: Die Nürnberger Haller in Ofen. Mitteilungen des Vereins für Geschichte der Stadt Nürnberg 52(1963-64) p. 81.; Nowak, Zenon, Polityka Polnocna Zygmunta Luksemburskiego do roku 1411. Roczniki Towarzystwa Naukowego w Toruñiu 69(1964). p. 80., 81., 88-90., 95-96., 98.

451 1406. mart. 28.

(V. Kal. Apr.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex ac marchio Brandenburgen., sacr. Rom. imp. archicamerarius, necnon Bohemie et Lucenburgen. heres...ad univ....not.h.ser. volumus pervenire..., quod nobilis vir magnificus dominus Stiborius de Stiborich, alias wayuoda noster Transsilvanus...exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam...nostram patentem...super donatione...castri nostri regalis Kazza nuncupati, in comit. Trinchinensi situati[1] et aliam...Capit. Nitriensis privilegialem super...statutione eiusdem castri[2]...confectas ...supplicans exinde nostro culmini...., ut easdem...ratas... habendo nostrisque litteris privilegialibus...inseri...faciendo pro ipso...suisque heredibus innovantes... dignaremur confirmare...Nos igitur...ipsius...supplicationibus...exauditis...prefatas litteras...ratificamus...requirentibus...obsequiis, quibus idem...nobis et sacro nostro dyademati studuit complacere..., que quidem servitia...ad plenum perstringere longum esset..., tamen ad posterorum memoriam...aliqua...presentibus duximus explicanda. Nam tempore, quo nonnulli nostri regnicole...detestabili spiritu inflati manus ipsorum...in persone nostre offensam...temere iniecissent, civitatem et castrum Nitriense ...gentibus armatis...munivissent..., idem Styborius...congregato...copiosa comitiva militum...non sine gravibus expensis..., civitatem et castrum prefatas...expugnavit...; denique a condam Benedicto de Turuch...castrum Suran...ab eodem...pluribus bellicosis laboribus...manibus nostris regiis vendicavit; tandem castellum Skachan episcopatus Nitriensis...nostre regie obedientie subiugavit; tandem castella duo Korumpa et Cracowan nuncupata a quibusdam Morauis...optenta...nobis et sacre corone nostre recuperavit. Sane ...hiis prehabitis nobisque ad regnum nostrum Bohemie hereditarium accedentibus et negotia nostra arduissima in ipso eotunc ingruentia feliciter disponentibus, nonnulli prelati, barones, proceres et nobiles regni nostri ingrati...rebellionis calcaneo ducti...a sinu clementie nostre se avertera attemptando, inito...consilio, quomodo...alium regem eligendo vota eorum in personam Ladislai condam Karoli de Duraco direxerunt. Cuius tandem banderium erigendo per diversa loca regni in eiusdem et regnicolarum nostrorum devastationem... detulerunt. Et quod nefandius est, in locis capitulorum et ecclesiarum cum reliquiarum processionibus ydolari perfidia dictum banderium venerari disposuerint, prefato Ladislao plurimas civitates, possessiones et loca, signanter in Dalmatia (et) Croatia subiugari faciendo. Ipsis namque temporibus annotatus...Stiborius wayuoda...pro nostri status honorisque conservatione...veluti fortis agonista...unacum suis et aliorum nostrorum fidelium - ipso duce existente - comitiva, equis longe dimissis, naves ascendendo per cursum Danuby civitatem et castrum Jauriensem tunc apud manus nostrorum infidelium habitum...expugnando obtinuit et nostre ditioni subiugavit. Ibique et in continenti civitatem predictam et castrum ad manus...magistri Johannis filii condam...Nicolai de Gara palatini, qui unacum... Nicolao, nunc regni nostri palatino, patre suo carnale (!) pro nostri status conservatione et honoris augmentatione nostram maiestatem sicut in prosperis ita et adversis nullatenus deserere volentis a dictis nostris infidelibus dampna gravia et ingentia pertulerint detrimenta ad nostre maiestatis honorem et eorum saltem aliquale relevamen et subsidium consignavit; audito siquidem, quod multe gentes armigere Italice et Neapolitane ac alie ab obedientia sacre nostre corone tunc devie, equites videlicet et pedites sub vexillo annotati Ladislai filii Karuli per ipsos nostros infideles in regem temere electi et per eum ad ipsorum instantiam unacum et sub predicto suo vexillo in regnum nostrum et ipsius regni et regnicolarum, fidelium videlicet nostrorum devastationem et oppressionem destinate, in villa Sebes, prope oppidum Papuch in comitatu Soproniensi, fixis tentoriis, inani securitate descendissent, idem...Stiborius leonica sumpta audacia, persone sue et suorum non curans, nec advertans discrimina oportunitate captata debita in eosdem unacum suis asseclis nostrisque fidelibus tam viriliter irruit et tam potenter, quod ipsis inimicis pro maiori parte in fugam conversis, aliis vero more gladii cesis, ablatis penitus eorum sarcinis atque bonis et in predam conversis, vexillum ipsius Ladislai filii Karoli totaliter diruit et per omnia laceravit. Demum arrepto abinde cum suo exercitu celesti dono triumphali

potitus victoria, felici et prospero itinere ad civitates nostras primo Albaregalem et subsequenter Budensem, cives nostros et incolas dictarum civitatum in firmissima fidelitate nobis observata persistentes, ut in eadem ulterius perseverare non desistant, confortaturus et si opus fieret, auxilium eisdem impensurus accessit, nostrum felicem adventum ad regnum nostrum subsecutum omnibus premissis et aliis virtutum et laudabilium operum ac virtuosorum actuum laudabiliter executis, gentibus etiam suis immense copiositatis continue in campo exercituantium more conservatis, fideles nostros regnicolas ab insultibus infidelium viriliter defendit et nostrum felicem adventum ibidem non sine grandium laborum et gravium expensarum oneribus gaudenter expectavit. Denique nobis ad idem regnum nostrum Hungarie prospere redeuntibus, idem...Stiborius in expugnatione et optentione civitatis nostre Strigoniensis personam suam et suorum eum diligenter et animose sequentium creberimis telorum lapidibus et palorum ictibus subire non formidans, nobis ibidem cernentibus veluti tyro fortis primus ille extitit, qui murum civitatis predicte attingens ad eiusdem menia scalarum subvectus tam viriliter et audacter, tamque potenter et animose conscendit, quod ex premissis suis strenuissimis actibus et laudis preconio attolendis gestis nemini ibidem presenti et intuenti est dubium dictam civitatem ad manus nostras devenisse. Postremo autem castrum Ludan vocatum a manibus Stephani et Ladislai, fratrum condam Thome episcopi Agriensis, notoriorum nostrorum infidelium vicinas ibidem partes de ipso castro gravitem opprimentium, spoliantium et depredantium post gravissimam pugnantium et multorum nostrorum fidelium suorumque asseclarum enormem lesionem optinendo, ipsos nostros fideles et regnicolas a spoliorum, dampnorum, nocumentorum, iniuriarum, oppressionum, quibus inmaniter et crudeliter afficiebantur illationibus potenter et magnifice liberavit[3]...Nichilominus...simulcum premissa donatione...eiusdem castri nostri regalis Kazza vocati..., necnon legitima statutione memorati castri...mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...pro annotato...Stiborio ipsorumque heredibus ...confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. duppl. de filo sericeo rubri et albi coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 9140.

[1] Sigismundus rex Hung. 1397. maj. 16.

[2] Capit. eccl. Nitriensis 1397. jun. 22.

[3] Similis narratio historica etiam in aliis litteris Sigismundi regis sub eodem dato pro Stiborio wayuoda emanatis legitur. (Dl. 9133., 9135. et 9136.)

452 1406. apr. 16.

(XVI. Kal. May.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod...Georgius filius Benedicti, civis civitatis nostre Veteris Bude, procurator et officialis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda... exhibuit nobis quoddam privilegium condam...domini Lodovici regis...Hungarie..., cuius ...vigore idem...rex universas possessiones dictarum dominarum...per quoscunque Christi fideles ipsi claustro in patrimonium Crucifixi donatas et in futurum donandas tributa in se habentes a solutione unius marce, quam magistri agazonum regalium occasione tributorum regalibus et reginalibus processibus exigere sunt consueti, de...regie liberalitatis pietate et gratia speciali perpetue absolvens liberas et exemptas commisisse dinosscitur..., supplicans...nostro culmini..., ut idem privilegium...ratificare ac pro dictis claustro b. virginis et sanctimonialibus in eodem deo famulantibus innovantes perpetuo valiturum dignaremur confirmare. Cuius...tenor is est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1360. mart. 9.) Nos igitur...ipsius Georgii supplicationibus...exauditis...prefatum privilegium...presentibus litteris nostris...privilegialibus...insertum quoad omnes eius continentias, clausulas et articulos...ratificamus, id nichilominus ob spem et devotionem nostram, quam in ipsa beata dei genitrice virgine Maria gerimus et gerere anhelamus in futurum simulcum relaxatione prefate unius marce de tributis in possessionibus dictarum dominarum sanctimonialium ubilibet habitis, institutis et exigi consuetis per magistrum agazonum nostrorum in processibus nostris et reginalibus a dudum solvi consuete per...

condam dominum Lodovicum regem gratiose facta...mera auctoritate regia et potestatis plenitudine, ex certaque scientia nostre maiestatis, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...et uniformi decreto eorundem pro eodem claustro et dominabus sanctimonialibus presentibus et futuris in eodem regi polorum iugiter famulantibus innovantes perpetuo valituras[a] confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. duppl. de filo sericeo viridi pend. In dorso manu saec. XVI. Super relaxatione unius marce a tributis per magistrum agazonum exigi consuete sanctimonialium claustri Veterisbudensis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9122. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 1.)

[a] recte: valiturum

453 1406. apr. 20.

(XII. Kal. May.) Sigismundus...Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgen., sacr. Romanorum imp. archicamerarius, Bohemie et Lucemburgensis heres...ad univ...not h. ser. volumus pervenire, quod... Egidius de Kowachy in personis religiosarum dominarum abbatisse et ceterarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda...exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam...condam...domine Marie regine consortis nostre...patentem..., tenorem quarundam duarum litterarum privilegialium;, unius vidl. Capituli Budensis et alterius olim Jacobi de Scepus iudicis curie regie super venditionibus cuiusdam fundi curie in prefata Veteribuda et quarundam particularum terrarum...pro prefatis rel. dominabus factis confectarum transcriptive et confirmative in se habentem, ac premissis venditionibus et emptionibus sui reginalis consensus adhibitionem... explicantem; et aliam prefati comitis Jacobi similiter privilegialem modo simili super venditione cuiusdam fundi curie in prefata Veteribuda habiti, simulcum quinquaginta iugeribus terrarum arabilium ad ipsum fundum spectantibus et in territorio ipsius Veterisbude existentibus per condam Els vocatam, filiam Jenslini dicti Kwhordow de eadem Veteribuda religiose domine Kynge nuncupate, filie ducis Opulie claustro in predicto deo famulanti pro certa pecunie sumpma facta confectas..., supplicans nostro exinde culmini nominibus quibus supra..., ut easdem ratas...habendo, nostrisque litteris privilegialibus verbaliter inseri...faciendo, premisseque venditioni curie ac terrarum memorate domine Kynge facte similiter nostrum regium...consensum... adhibendo pro prefatis claustro et dominabus sanctimonialibus claustro in eodem regi famulantibus altissimo, eo quod huiusmodi fundus et terre claustrum ad predictum et per consequens dominas antefatas existerent devoluti, perhenniter valituras innovando dignaremur confirmare. Quarum prime, utputa ipsius reginalis littere patentis tenor per omnia dinoscitur fore talis: (Vide nr. 131. Maria regina Hung. 1391. dec. 11.) Alterius vero, vidl. annotati comitis Jacobi Bude, in f. b. Bartholomei...a. d. millesimo trecentesimo LXX^mo tertio[1] emanate littere series verbalis sequitur in hunc modum:...quod domina Els vocata, filia Jenslini dicti Kwhordow, hospitis de Veteribuda, relicta...Nikus dicti Maiur de eadem...quandam sessionem seu fundum curie sue paterno iure ad ipsam devolutam in Veteribuda existentem, cui a parte septemtrionis domus colonicalis rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Virginis de dicta Veteribuda, a parte vero meridiei domus Johannis dicti Rouaz vicinarentur, cum omnibus domibus et edificiis in eodem existentibus, necnon quinquaginta iugera terrarum arabilium ad dictam sessionem spectantia in territorio dicte civitatis Veterisbudensis... existentia, similiter iure paterno ad eandem devoluta, religiose deoque devote domine Kynge ..., filie ducis Opuliensis, in dicto claustro b. Virg., de Veteribuda contemplanti pro ducentis fl. minus viginti fl. (cum exp. caut.) vendidisse est confessa... Nos igitur...prefati Egidii supplicationibus nostre per eum, nominibus quibus supra...oblatis maiestati...exauditis... prefatas binas litteras, unam scil....domine Marie regine consortis nostre...patenter et aliam annotati comitis Jacobi privilegialiter emanatas...mere et sincere veritatis integritate pollentes, presentibusque...insertas quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, eas nichilominus ob reverentiam ipsius intemerate dei genitricis virginis Marie simulcum venditionibus fundorum et terrarum premissis, necnon ipsius reginalis consensus adhibitione, aliisque omnibus...in earum tenoribus limpidius expressatis, prescripte venditioni fundi curie et terrarum pretitulate domine Kynge, ut premittitur, factis, nostrum benivolum consensum denuo adhibendo... mera auctoritate regia et

potestatis plenitudine, ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...ac uniformi eorundem decreto pro eisdem claustro et dominabus in eodem degentibus in ewum valituras confirmamus...salvis iuribus alienis...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupl. de filo sericeo virid. coloris pend. In dorso manu saec. XVI. scripta Super sessiones ante portam existentes et terras arabiles ad easdem expe(ditas) adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9127. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 5.) - TRANSCR.: Barbara regina Hung. 1417. aug. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.519. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 13.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 572., nr. 4659.

[1] 1373. aug. 24.

[2] Reg.: Bártfai Szabó: Óbuda nr. 81.

454 Buda, 1406. maj. 3.

(Bude, III. die Phil. et Iac.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., quod cum nos ad...petitionem religiosi viri fratris Galli, ord. s. Dominici...in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum nostre maiestati factam Petrum litteratum de Varad unacum Blasio de Folth palatinali et Paulo de Sork comitis Frank de Zechen iudicis curie nostre hominibus ad infrascriptas inquisitionem et evocationem faciendam nostro pro testimonio duxissemus destinandum..., iidem...nobis...retulerunt, quod ipsi in festo beatorum Philippi et Iacobi apostolorum[1] in civitate Pestiensi simul procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis dicte civitatis Pestiensis hominibus palam et occulte...inquirendo talem scivissent veritatem, quomodo Ladislaus et Bartholomeus de Gardwa ex instigatione Petri Beche dicti, Iacobi de Kezew, Demetrii de eadem, Iohannis dicti de Zantay, Iacobi filii Pethew, Nicolai villici, Thome Chanka dicti, Iohannis filii dicti Pethew de Wybech iobagionum suorum in...Bech residentium hiis proximis diebus principaliorem metam ville earundem religiosarum dominarum Ienew vocate super quoddam fossatum, quod scil. fossatum civitatem Pest circumdaret - existentem anihilari et destrui fecissent potentia ipsorum mediante...Qua... inquisitione facta ipsi...prefatos Ladislaum et Bartholomeum in...possessione eorum Bech vocata...contra annotatas religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum ad octavas festi penthecostes[2]...nostram evocassent in presentiam, prefatos iobagiones suos eisdem statuere commitendo...[1/a]

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. Inquisitorie super destructione metarum possessionis Ienew per Pestienses adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9203. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 34. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 576., nr. 4693.

[1] 1406. maj. 1.

[1/a] Eodem die similes litteras inquisitoriales edidit et comes Frank de Zechen iudex curiae regiae. - ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl 9202. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 122-123., nr. 508.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 576., nr. 4694.

[2] 1406. jun. 6.

455 Buda, 1406. maj. 4.

(Bude, f. III. p. inv. crucis.) Margaretha...purkrauissa Neumbergensis... universis et singulis castellanis, officialibus et tributariis nostris, necnon alterius cuiusvis status et conditionis hominibus nostra tributa tam in terris, quam super aquis tenentibus abhinc usque Borsmonostra constitutis...mandamus, quatenus de rebus et bonis...fratrum de Borsmonostra..., alias monasterii montis sancte Marie, cuiuscunque generis vel maneriei existant, pro commutandis et comparandis frugibus huc ad Pesth deferendis et

eorum vectoribus ac ductoribus nullum tributum...petere..., exigere...et exigi facere... presumpmatis, sed...res et bona ac fruges cum eorum ductoribus et vectoribus tam in eundo, quam redeundo de locis tributorum...abire permittatis...absque solutione tributi aliqualis, salvis eorum rebus et personis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. rubri col. impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 9205. - ED.: Sopron vm. I. p. 575. - REG. Fejér: CD. X/8. p. 476-477.; Wertner: Századok 38(1904) p. 376.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 577., nr. 4700. - COMM.: Wertner: Századok 38(1904) p. 376-377.

456 Roma, 1406. maj. 17.

(Rome, ap. s. Petrum, XVI. Kal. Jun., a. II.) Innocentius (papa VII.)...custodi eccl. Vaciensi...Cum ...canonicatus et prebenda eccl. Vespr. ac archidiaconatus de Seghesdino, in eadem eccl..., vacaverit..., nos volentes...Nicolaum Johannis de Chitar, canonicum eccl. b. Petri de Veteribuda, Vespr. dioc., favore prosequi (gratioso), mandamus, quatenus...(dictos) canonicatum et prebendam ac archidiaconatum..., quorum, necnon dicti archidiaconatus fructus...quadraginta marcharum argenti...non excedunt..., eidem Nicolao...conferas..., non obstantibus..., quod idem Nicolaus...canonicatum et prebendam dicte eccl. b. Petri, quorum fructus...sexaginta fl. auri...valorem annuum ...non excedunt, noscitur obtinere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Leteranensia, Liber XV., fol. 136. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 348-349.; Zsigmondkori oklt. II/1. p. 581., nr. 4737.

457 Buda, 1406. maj. 25.

(Bude, in Urbani.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie...marchioque Brandenburgen. ...,sacri Rom. imp. vicar. gen. et regni Bohemie gubernator...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et eorum officialibus; item civitatibus et liberis villis ipsorumque rectoribus, iudicibus et villicis...Cum antiqua regni nostri lege requirente quilibet nobilis et homo possessionatus suos iobagiones et famulos inpossessionatos in possessionibus ipsorum more et ad instar ceterorum iobagionum suorum residentes in causis quibuslibet, exceptis dumtaxat causis furti, latrocinii, homicidii et certis publicis causis criminalibus ipsemet iudicandi habeat facultatem; fidelitati igitur universitati vestre...precipimus..., quatenus...proprios iobagiones ac famulos inpossessionatos...Nicolai abbatis de Borsmonostora in...suis possessionibus...commorantes in nullis causis, demptis solummodo premissis, iudicare vel vestro iudicatui astare compellere resque et bona eorundem in vestris possessionibus, tenutis et honoribus ac vestri in medio prohibere et arestare...presumpmatis, signanter pro debitis, delictis et excessibus aliorum. Si qui enim quitquam actionis vel questionis contra prefatos iobagiones et famulos inpossessionatos annotati abbatis habent vel habuerint, prius in presentia dicti abbatis vel officialis sui in possessionibus suis...exequantur, qui si in reddenda cuipiam iustitia tepidi extiterint vel remissi, non iidem iobagiones et famuli inpossessionati contra quos agitur, sed annotatus abbas in nostram aut alterius sui iudicis ordinarii presentiam per querulantes...evocentur rationem abnegate iustitie reddituri, ex parte cuius nos vel idem iudex suus ordinarius... iuris et iustitie indilate exhibebunt et ministrabit complementum cuipiam querulanti prout dictaverit ordo iuris...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. simplicis tergo appressi. In dextera parte inferioris marginis Detur Michaeli Fogel cerdoni Budensi adnot. manu coaeva scripta legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9208. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 582-583., nr. 4748. - MENT.: Sopron vm. I. p. 574.

458 Buda, 1406. maj. 30.

(Bude, in Penthec.) Nos Sigismundus rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera), sacr. Romanorum imp. vicarius generalis et regni Bohemie gubernator m. comm...., quod...collatio...plebanie (de Zond)...ad dominas sanctimoniales (de Veteri Buda) tamquam ad veras patronas pertineat..., ipseque de dicta plebania discreto viro Paulo nato Michaelis ...de Zond, presbitero Colocensis dioc., realiter providerent, ideo nos...collationem...dominarum sanctimonialium ratam habentes ...eidem Paulo prefatam plebaniam auctoritate iuris nostri patronatus...duximus conferendam...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. In superiore margine Relatio Piponis de Ozora comitis Temessyensis not. canc legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9210. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 515-518. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 858., nr. 4767.

459 Buda, 1406. jun. 17.

(Bude, in oct. corp. Chr.) Sigismundus...rex Hungarie...universis et singulis tan nostris, quam aliorum quorumcunque tributariis et vicetributariis in quibusvis locis tributorum tam in terris quam super aquis constitutis...Cum fidelis noster Martinus Armenus inhabitator civitatis nostre Budensis patellas, ollas cupreas, caldaria et cetera genera metallorum pro sui victus sustentatione in dictam civitatem nostram Budensem de diversis partibus debeat adducere et apportare et in talibus eidem civitati nostre Budensi et etiam curie nostre maiestatis magnum decus et utilitatem ac profectum aministret, fidelitati vestre et vestrum cuilibet...mandamus, quatenus dum et quando et quotienscunque pretitulatus Martinus Armenus cum premissis ollis, patellis, caldaribus et ceteris instrumentis ereis et metallinis ad vos et ad vestrorum tributorum loca pervenerit, tunc nullus ab ipso et dictis suis rebus hominibusque et curribus et animalibus tributum petere et exigere seu peti et exigi facere presumpmatis, sed sinatis ipsum cum...omnibus premissis sine quolibet impedimento et absque qualibet exactione tributaria pacifice proficisci et quiete totiens, quotiens fuerit opportunum...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 9213. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1545. No. 68.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 596., nr. 4819.

460 Buda, 1406. jun. 26.

Quietantionales Iohannis Thusingi de Florentia super receptione cuiusdam taxae capitulo Agriensi et aliis ibi dignitates tenentibus nomine regio impositae.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis virid. coloris subimpressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.890. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 599., nr. 4836.

Ego Iohannes Thusingi de Florentia fateor me recepisse ab honorabilibus viris dominis de capitulo Agriensi et aliquibus dignitates tenentibus in eadem ecclesia de ducentis florenis per centum novos denarios computando per regiam maiestatem pro taxa eis impositis centum et quinquaginta octo florenos similiter per centum novos denarios computando, pro quibus quidem centum quinquaginta octo florenis suprascriptis eosdem dominos reddimus liberos, quitos, pariter et expeditos auctoritate regia mediante nobis in hac parte attributa, harum nostrarum testimonio litterarum. Datum Bude, sabbato proximo post festum nativitatis Iohannis baptiste, anno domini M^{mo} quadringentesimo sexto.

461 Buda, 1406. jul. 3.

(Bude, XXVIII. die oct. penthec.) ...Capitulo ecclesie Budensis comes Frank de Zechen, iudex curie domini Sigismundi...regis Hungarie...Noveritis, quod Demetrius litteratus pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum...iuxta continentiam littera-

rum domini...regis evocatoriarum et inquisitoriarum in octavis festi penthecostes[1] filium Iacobi de Harazt easdem litteras...nobis presentavit declarantes, quod cum ad...petitionem ...fratris Galli ordinis s. Dominici...in personis (earundem) dominarum sanctinonialium ...regie maiestati factam Petrum litteratum de Warad hominem regium unacum Blasio palatinali et Paulo de Soork regis hominibus...nostro pro testimonio transmisisset..., tandem iidem...ad ipsum reversi...retulissent, quod ipsi in festo b. Philippi et Iacobi apostolorum[2] in comitatu Pestiensi simul procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis dicti comitatus hominibus palam et occulte... inquirendo talem scivissent veritatem: Quod cum feria secunda...p. dominicam Ramispalmarum[3]...Ambrosius filius Dionisii de Vassan, Michael Santha dictus, Georgius similiter Santa dictus, Thomas, Paulus faber et Gregorius de eadem Wassan, iobagiones dictarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum causa mercationis ad civitatem...Budensem venire voluissent, tunc Iohannes filius Iacobi de Harasty ex consilio et instigatione Iohannis clerici, Ladislai de Almasy, Iacobi Vrgvan, Clementis Vras, Andree fabri, Michaelis filii Laurentii, Iohannis filii Petri, Stephani sartoris, Iohannis filii Mathei, Stephani filii Andree, Benedicti Sclaui, Ambrosii et Iohannis filii Demetrii, Barnabe, Michaelis filii Stephani, Stephani longus dicti, Michaelis lovagus, Dominici filii Laurentii, Benedicti rufi, Anthonii Bal dicti, Ladislai Kardus, Iohannis rugus dicti, Martini filii Laurentii , Benedicti filii Petri, Andree filii Michaelis, Stephani Both dicti et Stephani iurati, iobagionum suorum in eadem Harazty residentium prefatis iobagionibus dictarum dominarum sanctimonialium in...Harazty proficiscentibus insidiando eosdem in eadem possessione sua Harazty potentialiter captivari, captosque tamdiu in suis vinculis conservari fecissent, quousque sue placuisset voluntati, et tandem pacificatos abire permisisset potentia sua mediante. Qua...inquisitione facta ipsi eodem die inquisitionis[3] prefatum Iohannem filium Iacobi de Harazty in eadem Harazty contra annotatas dominas sanctimoniales...ad...octavas festi penthecostes[4] regiam evocassent in presentiam, prefatos iobagiones suos eidem statuere comittendo. Ad quas... octavas...memoratus Iohannes de Harazty...nostram in presentiam non venit, neque misit se...in iudicio aggravari permittendo; postulans...procurator dictarum dominarum sanctimonialium eisdem ex parte memorati in causam attracti per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia idem in causam attractus ad premissa vice secundaria evocandus fore videbatur, pro eo vestram amititiam presentibus petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Thomas filius Pethe, vel Nicolaus filius Demetrii, an Michael filius eiusdem de Alagh, sin Ladislaus dictus Zay de Chemer, neve Dominicus de Paka, aliis absentibus homo regius memoratum Iohannem filium Iacobi de Harazty...peremptorie...contra annotatas religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum ad octavas festi b. Iacobi apostoli[4]...regiam evocet in presentiam...

In dorso: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Budensis pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra Iohannem filium Iacobi de Harazty ad octavas festi beati Iacobi apostoli. Evocatorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 9216. (Sign. ant.: V. Buden Monial. Fasc. 4. No. 28.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 601., nr. 4853.

[1] 1406. jun. 6.

[2] 1406. maj. 1.

[3] 1406. apr. 5.

[4] 1406. aug. 1.

462 Buda, 1406. jul. 18.

(Bude, dom. a. Marie Magd.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis...fidelitati vestre...mandamus, quatenus amodo in antea iobagiones et populos religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum in quibusvis possessionibus ipsarum residentes in

vestris tenutis, possessionibus, honoribus, officiolatibus, ac vestri in medio in personis eorum impedire, iudicare et offendere, ac in rebus et mercibus eorundem arestare, dampnificare et prohiberi facere nullatenus presumpmatis, ...signanter pro delictis, debitis et excessibus aliorum, sed si quempiam ex vobis quitquam actionis vel questionis contra predictos iobagiones et populos dictarum religiosarum dominarum habent vel habuerint, id in presentia earundem...dominarum...iuridice exequantur, ex parte quorum ...cuilibet querulanti condigna iustitia impendetur, et si eedem...iudicium facere neglexerint cuipiam querulanti in hac parte, extunc non dicti iobagiones et populi, sed prefate dumtaxat religiose domine aut officiales earum in nostram aut alterius iudicis earum presentiam per querulantes...evocentur, ex parte quarum vel quorum nos, vel idem iudex ordinarius meri iuris et iustitie exhibebimus et exhibebit complementum, prout dictaverit ordo iuris...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dorso a) manu coaeva Sanctimonialium, b) manu vero saec. XVI-XVII. Non iudicentur jobagiones dominarum et hogy ne itelthethessenek iobagytok adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 9220. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 40.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 608., nr. 4881.

463 Zólyom, 1406. aug. 1.

(Zoly, in ad vinc. Petri.) Nos Sigismundus...rex Hungarie... cunctis Christicolis presens carmen cernentibus...pandimus in hiis scriptis, quod...in animo nostro... premetitis...fidelitatibus et...fidelium servitiorum immensis meritis..., quibus fideles nostri dilecti magnificus vir Nicolaus de Gara regni nostri Hungarie palat. et...egregius Iohannes germanus suus, nati...condam Nicolai palatini de Gara predicta iuventutis ipsorum gradibus...pre ceteris suis sodalibus eminentius presigniti de virtute in virtutes ingenti urbanitate progredientes, iugiter et solerter sacro regio dyademati, penultimoque nobis...sacro regio dyademate...non sine ipsorum... ope...coronatis in universis nostris expeditionibus...et negotiorum diversorum...processibus...adeo studuerunt complacere et prodesse, ...ut noster...animus in claritate desiderabili exinde presignitus mitissime conquievit, enactumque et consecutum est creberrime ex eorum...virtuosis gestis...regnum nostrum decoris ac utilitatis ingentis concupitum incrementum. Que quidem gesta...suo modo singillatim exprimere longum esset, ...ad memoriam tamen futurorum...presentis epigramatis serie...duximus aliqua ex ipsorum factis meritoriis, gestis quoque militaribus virtuosis...edisserenda compendiose revera clareque reminiscentes quomodo...(verbi gratia) dum Dionisius de Marchaly, Nicolaus et Stephanus filii Iohannis de Kanisa, Petrus filius Nicolai de Felseulyndwa, Andreas filius Henrici de Rohonch, Franciscus filius Iohannis de Azzonfalwa, Ladislaus, Stephanus et Iohannes de Alsolyndwa nostri infideles erecto banderio...Ladizlai filii (condam) Karuli in districtu Rabakwz congregata multitudine exercitus eorum nos ab ingressu nostro in ipsum regnum nostrum Hungarie fiendo cohibere pretendissent, prefati Nicolaus palat. et Iohannes frater suus, ac alii eorum fratres et sequaces...se mortis periculo submittentes eosdem nostros infideles bellicose agrediuntur, ubi dictis nostris infidelibus devictis et in fugam conversis castra Rohonch et Kezew ac Azzonfolwawara vocata diutius expugnata, ab eorundem nostrorum infidelium manibus rehabuerunt victoriam reportantes exinde triumphalem; civitates nostras Budensem et Albam regalem deinde in errorem deductas, erectis in eisdem pro fidelitate nobis observanda banderiis nostris pro nobis restaurantes...premissis sic nostra in absentia laudabiliter expeditis cum nos dei suffragante clementia ex eorundem Nicolai palatini et Iohannis fratris sui, aliorumque nostrorum fidelium aminiculis primo ad terminos dicti regni nostri Hungarie et demum ad civitatem nostram regalem Posoniensem pervenissemus, abindeque versus dictam Budam gressus nostros dirigere cepissemus, intonuit nobis quomodo civitas nostra Pesth regalis per quosdam nostros infideles occupata esset et haberetur, qui ab eorum pernitiosis actibus desistere recusassent, ubi prefati Nicolaus palatinus et Iohannes frater suus leonica accincti audacia cum aliis nostris fidelibus flumen Danubii transfretantes in dictam Pesth accesserunt et ibi prescriptis occupatoribus ipsius nostre civitatis Pesth debellatis et devictis ductorem exercitus eorum captivantes nobis presentarunt. Ad ampliorem siquidem ipsorum nostrorum infidelium perfidiam extirpandam, cum ad expugnandum castrum Strigoniense, Iohannis archiepiscopi, ...potioris vidl. prefatorum contra nos insurgentium de quo plurima dampna et incendia, indicibilesque devastationes

nostris regnicolis patrata fuere, cum eisdem Nicolao palatino et Iohanne fratre suo, aliisque nostris fidelibus accessissemus, idem Nicolaus palatinus Iohannesque frater suus, cum... aliis nostris fidelibus civitatem muratam archiepiscopi antelati castro sub eodem habitam ...expugnantes in predam converterunt. Abinde...in...Budam gressus nostros dirigendo, considerantes...quomodo voyuode Transiluani sequacesque eorum...accumulata magnitudine eorum exercitus...in opido Hothwan descendissent nobiscum bellaturi, tum pretaxatum flumen Danubii transfretando, in ...civitate nostra Pestiensi, versus dictos voyuodas... exercitumque eorum...descensum fecissemus, preallegati Nicolaus palat. et Iohannes frater suus...potius de sedatione...dictorum malorum, paceque exinde fienda, quam vindicta sumenda gaudentes, nobiscumque...plurimos tractatus super ordinanda ipsa pace facientes ...in modico temporis spacio...eosdem voyuodas...nostre reduxerunt reconciliationi...Et nichilominus multa alia ineffabilia gesta et strenua facta, ac virtuosa merita prefati dominus Nicolaus palat. et egregius vir mag. Iohannes germanus suus...pro exaltatione nostri troni regalis votive exercuerunt se ipsos et eorum bona...constanter...exposuerunt fortune...[1] Et...pro tot et multo pluribus virtutum et gratuitorum meritorum insigniis ingentiori nostre remunerationis dono...per nos sicuti bene meriti non indigne forent premiandi, verumtamen in aliqualem premissorum retributionis beneficium et ad particularem recompensationem obsequiorum eorundem, ut votis eorum aliquantisper respondere videamur, comitatum nostrum Lyptouiensem cum castris nostris Lykwa, Nogwar et Wyuar nuncupatis, item opidis Rosumbergh, Hybe et Lypche nominatis, ceterisque possessionibus et villis ad eadem pertinentibus...de fidelium prelatorum et baronum nostrorum consilio, maturaque deliberatione, ac ex certa scientia nostre maiestatis eisdem Nicolao palatino et Iohanni, eorumque heredibus universis nove nostre donationis titulo et omni eo iure, quo nostre incumbunt collationi, iure perpetuo possidendas...et habenda...contulimus...presentium patrocinio mediante...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc. legitur, in dorso vero manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: Super Lypto et quibusdam castris. Arch. Nat. Hung. Dl. 9225. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1515. No. 23.) - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1407. aug. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 9226. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1515. No. 23.) - ED.: Hazai okmt. VII. p. 432-445.; Starine 39(1938). p. 276. - REG.: Héderváry oklt. I. p. 144.; Szerbia p.47. (ment.); Zsigmondkori oklt. II/1. p. 611. nr. 4899.

[1] Haec narratio - mutatis mutandis - primum in litteris Sigismundi regis super donatione castri Rohonc pro eodem Nicolao de Gara palatino 1404. dec. 13. emanatis occurrit. (Arch. Nat. Hung. 8991.; 8992.)

464 1406. sept. 7.

(In vig. nat. Virg.) Capitulum ecclesie Albensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod Sawl de Buda et alter Sawl de Pest iudei, nunc inhabitatores civitatis Albensis...exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras privilegiales tenoris infrascripti, petentes nos..., ut easdem...transcribi et presentibus aliis nostris similiter privilegialibus inseri facere dignaremur pro eisdem...Sawl ac universis iudeis in regno Hungarie commorantibus ad cautelam, quarum tenor talis est: (Vide nr. 202. Capit. eccl. Albensis 1396. febr. 24.) Nos itaque petitionibus annotatorum utrorumque Sawl iudeorum...inclinati, predictas alias litteras nostras...presentibus nostris aliis privilegialibus inseri fecimus pro eisdem...Sawl...et aliis iudeis universis in predicto regno Hungarie commorantibus uberiorem ad cautelam communi iustitia suadente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1422. aug. 10. Arch. civitatis Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 817.; b) et c) Sigismundus rex Hung. 1431. oct. 18. > Idem 1436. nov. 3. > Albertus rex Hung. 1438. máj. 26. > Ladislaus II. rex Hung. 1453. febr. 4. > Mathias I. rex Hung. 1458. jun. 19. > Idem 1464. jun.4. > Wladislaus II. rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem 1494. jan. 10. Arch. Secr. civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwarzenbach. nr. 1.(b); Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny 2142.(c). - PHOTOCOPIAE : Arch. Nat. Hung. Dl. Phototheca nr. 20.; 46. -

ED.: Kaprinay I. p. 465.; Fejér: CD. X/4. p. 562-564.; Magyar-zsidó oklt. I. p.124-125. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 621., nr. 4972.

465 1406. sept. 30.

Magistratus civitatis Budensis Johannem Ellenpek, vitricum eccl. parochialis b. Marie virg. quandam domum dicte eccl. in suburbio Castri habitam, (cum onere) certis sub conditionibus et de consensu parochianorum, Ulrico Seydel dicto, in feudum locasse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. parvi tergo appressi. Arch. publ. Conventus eccl. Lelesziensis, Act. a. 1406., fasc. 29., nr. 19. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 629., nr. 5025.

Nos Johannes de Septemtylys, iudex Castri Novimontis Pestiensis, iurati et universi cives (de eadem memorie) commendamus, quod personaliter coram nobis constitutus Johannes Ellenpek, vitricus ecclesie beate (Marie) virginis nostre parochialis, quandam domum eiusdem ecclesie in suburbio Castri predicti, in vicinitate Ma(rti)ni aurifabri parte ab una et Thome Tondetary parte ab alia habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu omnium parochianorum predicte ecclesie, ymmo nullo penitus contradicente, dedit et tradidit Vlrico Seydel dicto et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ae pacifice possidendam eomodo, quod idem Vlricus aut ipsius heredes et posteri eandem domum possidentes singulis annis et perpetue ratione redditus wlgo purkrecht dicti, circa festum beati Michaelis archangeli prenotato vitrico florenum unum per centum denarios novos dare et amministrare teneatur occasione qualibet relegata. Assumpsit nichilominus prenotatus Johannes Ellenpek eundem Vlricum ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum presentes nobis fuerint reportate. Datum in crastino Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo sexto.

466 Visegrád, 1406. nov. 13.

(In Visegrad, XXXIX. oct. Michaelis.) Conventui s. Benedicti de Iuxtagron Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus et iudex Comanorum. Noveritis, quod Georgius filius Stephani de Simoni pro nobili domina Clara..., relicta Johannis filii Petri de Kistapolchan...in oct. b. Michaelis archang.[1]...in figura nostri iudicii...contra... Gregorium, Benedictum et Martinum filios Petri de eadem Kistapolchan proposuit..., quod iidem filii Petri nobilem puellam Katherina vocatam, filiam dicte domine...in tenera etate constitutam de iuribus suis quartalitiis eidem de...possessionibus...patris sui...provenire debentibus... exclusissent...Quo audito...Gregorius pro se...ac pro Benedicto et Martino ...respondit..., quod ipse prescriptam Katherinam de iuribus possessionum... Johannis patris eiusdem...non exclusisset, sed ipsis...ius quartale...extradare volentibus ipsum ius...ipsa puella ...recipere recusasset...; (sed) quia premissa quarta puellaris iuxta regni huius consuetudinem eidem puelle de iure extradari debere nobis et regni nobilibus cernebatur, pro eo vestram amititiam petimus..., quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimonio, quibus presentibus Nicolaus de Sagh, vel Stephanus Berech, aut Ladislaus de Veteribuda, sin Nicolaus de Zenteh, sive Martinus de Koltha notarii nostri de curia regia ad id specialiter destinati in oct. s. Nicolai[2]...ad facies...iurium posessionariorum...condam Johannis filii Petri, patris scil. annotate puelle Katherine ubilibet habitorum convocatis vicinis et commetaneis eorundem..., ipsa iura possessionaria ipsius condam Johannis in quatuor dividat partes..., quarum...unam prefate...puelle pro quarta...sua puellari tam diu, quousque matrimoniali federe copularetur, statuat... possidendam...

ORIG.: Chart. pap. lacera cum vestigio sig. parvi, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 9256. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. 645., nr. 5110.

[1] Oct. 13.
[2] Dec. 13.

467 1406. nov. 21.

(In Themesuar, dom. a. Katherine.)...Sigismundus...rex Hungarie...m.c...., quod nos...considerantes...laudabilium servitiorum preclaris meritis Andree litterati filii Nicolai de Theten comitis lucri camararum nostrarum Cassouiensis et Zathmariensis, quibus ipse a pluribus et presertim in proximo preteritis disturbiorum temporibus, quibus nonnullis regnicolis nostris reprobo sensu inflatis et spiritu superbie seductis ad nostri status deiectionem - temere postergata etiam conscientia - laborantibus lateri et obsequiis nostris iugiter inherendo nobis grate voluit et studuit complacere, seque in nostre maiestatis oculis gratum reddere...et acceptum. Premissorum itaque intuitu, ut idem Andreas litteratus nostris obsequiis ferventius queat insudare..., matura deliberatione prehabita, de certa nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam ad id accedente consilio et parili consensu castrum nostrum Egregh...in comitatu de Zarand habitum, quod per defectum seminis masculini condam Ladislai filii Andree, filii Dionisii de eadem ad manus nostras regias...foret devolutum, cum villis ad idem castrum spectantibus, primo villis Hungaricalibus...Felsewegregh...atque patronatu ecclesie lapidee in honore beati Michaelis archangeli in eadem fundate; item portione possessionaria Chuch...in possessione nobilium de Meger in eadem existenti, preterea aliis villis Hungaricalibus desertis Kazmer et Chumotheleke appellatis in...comitatu de Zarand adiacentibus, item villis Sclauonicalibus Chernechfalua, Naghsiclus, Kuzepsiclus, Felsewsiclus, Feyereghaz, utrisque Dombpapfalua, Rathinwanfalua, Doruslofalua, Papfalua, Lalfalua, ac aliis tribus villis Balamerfalua vocatis, necnon cum quibusdam aliis desertis locis villarum...in vallibus penes fluvios Siclos vocatos existentibus...memorato Andree litterato et per eum Gregorio fratri suo uterino et eorum heredibus...nove nostre donationis titulo ac ex certa nostre maiestatis scientia de manibus nostris regiis (cum exp. caut.) ...donavimus...per eosdem et posteritates universas perpetuo...possidendum...sine dumtaxat preiudicio iuris alieni...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1407. apr. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.124. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 642., nr. 5125.

468 1406.

Anich, abbatissa claustri b. Mariae virg. de Veteribuda tributum monasterii sui a festo Kathedrae b. Petri ap. per anni circulum pro quinquaginta fl. Paulo coloniatori locat.

ORIG.: Chart. pap. sine sig. Arch. Nat. Hung. Dl. 9264. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 22. No. 9.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 658., nr. 5203.

Nos religiosa Anich domina sanctimonialis claustri beate Marie virginis de Veteribuda et totus conventus memorie commendamus, quod nos tributum nostrum, videlicet in Veteribuda, dedimus et tradidimus Paulo coloniatori per anni circulum, a festo Katedra[a] sancti Petri quinquaginta florenis per centum denarios computando. Idem Paulus conoliator[b] illos quinquaginta florenos nobis persolvisset et nos vero communiter misimus expeditum, anno domini M^mo(C)CCC^mo sexto.

[a] recte: Katedre
[b] recte: Coloniator

469 1406.[1]

[S]igismundus...Hungarie...rex...ad univ....not. h. s. volumus pervenire, quod fidelis noster providus vir Georgius filius Benedicti, civis civitatis nostre Veterisbudensis, ac procurator et officialis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda in personis earundem...exhibuit nobis quoddam privilegium...domini Lodouici regis Hungarie...patris et soceri nostri...super exemptione solutionis lucri camere nostre regalis de universis possessionibus earum et dicti claustri ipsarum ubilibet habitis et quibusvis nominibus vocitatis, tam habitis quam habendis faciende per...Lodouicum regem...ipsis...indulti et relaxati...supplicans...nostro culmini..., ut idem ratum... habendo, nostrisque litteris similiter privilegialibus verbaliter inseri faciendo predicto claustro ac prefatis dominabus sanctimonialibus in eodem deo iugiter famulantibus et famulandis innovando perpetuo valiturum dignaremur confirmare, cuius tenor talis est: (Vide Ludovicus rex Hungariae 1369. febr. 26.) Nos igitur...prefati Georgii supplicationibus ...nostre...oblatis maiestati...exauditis...prefatum privilegium...presentibus...insertum quoad omnes eius continentias, clausulas et articulos acceptamus...ipsum nichilominus simulcum premissa exemptione possessionum dictarum dominarum ac dicti claustri a solutione premissi lucri camere regalis...in tenore eiusdem lucidius expressati mera auctoritate regia et potestatis plenitudine, ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...ac uniformi decreto eorundem predicto claustro ac prefatis dominabus sanctimonialibus in eodem deo iugiter famulantibus et famulandis innovantes perpetuo valiturum confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupl. de filo sericeo viridis coloris pend. In dorso manu saec. XVI. Super confirmatione lucri camere adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9125. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No.6.) - TRANSCR.: a) Mathias I. rex Hungariae 1458. mart. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 15.117. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No.14.); b) Mathias I. rex Hungariae 1458. mart. 23. > Wladislaus II. rex Hungariae 1497. jan. 16. Arch. Nat. Hung. Dl. 5793. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No.29.); c) Mathias I. rex Hungariae 1458. mart. 23. > Wladislaus II. rex Hungariae 1497. jan. 16. > Ferdinandus I. rex Hungariae 1544. febr. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 5794. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 17. No. 12.); d) Mathias I. rex Hungariae 1458. mart. 23. > Wladislaus II. rex Hungariae 1497. jan. 16. > Ferdinandus I. rex Hungariae 1544. febr. 18. > Rudolphus rex Hungariae 1578. mart. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 5795. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 17. No.14.)

[1] Locus mensis et diei in dato vacuus remansit.

470 Visegrád, 1407. jan. 15.

(III. termini/oct. epiph.)...Capitulo ecclesie Colocensis Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum...Noveritis, quod nobis in octavis festi epiphaniarum domini[1] unacum regni nobilibus pro faciendo...iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus Iohannes filius Bartholomei de Tethen pro magistro Ladislao filio Ladislai de Bathmonostra..., quasdam duas litteras, unam vestram evocatoriam...Detrico Bubek de Pelseuch pridem...regni Hungarie palatino...rescriptam et aliam nostram iudicialem, necnon quedam paria litterarum eiusdem...Detrici et nostram prorogatoriam in diversis terminis et annis emanatas et confecta nobis presentavit declarantes, quomodo in persona magistri Ladislai filii Ladislai de Bathmonostra regie dictum extitit maiestati, quod nobiles domine Elizabet vocata (relicta) Iohannis filii Laurentii de Gezth, ac (consors) Michaelis filii Michaelis de Gywla...feria sexta...ante festum beati Andree apostoli in anno domini millesimo quadringentesimo[2]...unum bovem Iacobi filii Corardi iobagionis ipsius Ladislai, ac alias res et bona a parte eiusdem in ipsum redundata in possessione eiusdem Bathmonostra ...residentis ad valorem centum florenorum se extendentia, eo non contente unum bovem alterius iobagionis eiusdem Ladislai in possessione Bozyas...residentis quindecim florenos parvos valentem potentialiter depelli et auferri fecissent...; super quo...dominus noster rex fidelitati vestre...mandasset, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio..., quo presente homo suus...evocaret prefatas ...dominas contra...magistrum Ladislaum in

presentiam regni sui palatini...rationem de premissis reddituras. Vos igitur...unacum Nicolao de Fewldes homine regio...magistrum Ladislaum...concanonicum vestrum...pro testimonio duxissetis destinandum, qui...vobis...retulissent, quod ipsi feria quinta...post dominicam Iudica[3]... in comitatu de Bodrogh...ab omnibus, quibus decuisset...talem de premissis scivissent veritatem, quod omnia premissa sic...facta fuissent, prout tenor contineret litterarum regalium predictarum, expertaque premissorum...veritate,...prefatas... dominas in possessione earum Baya...contra...magistrum Ladislaum ad octavas festi beati Georgii martiris[4]...palatinalem in presentiam evocassent...Quibus...litteris exhibitis prefatus Iohannes filius Bartholomei (de Tethen) procurator...magistri Ladislai allegavit eo modo, quod...ipse magister Ladislaus filius Ladislai prefatas nobiles dominas Elizabet relictam Iohannis filii Laurentii de Gezth, ac consortem Michaelis filii Michaelis de Gywla ad premissa contra se...facere vellet evocari..., pro eo vestram amititiam...petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Michael filius Michaelis, vel Petrus filius Iohannis, sin Nicolaus filius Georgii de Ordod, sive Georgius filius Michaelis de Zenthlazlo...memoratas...dominas...contra annotatum magistrum Ladislaus...ad octavas festi pasche[5] nunc venturas nostram evocet in presentiam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio duorum sigillorum, quibus erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.758. (Arch. famil. Zichy) - ED.: Zichy V. p. 492-495. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 5., nr. 5236.

[1] 1407. jan. 13.

[2] 1400. nov. 26.

[3] (1401.) mart. 24.

[4] (1401.) maj. 1.

[5] 1407. apr. 3.

471 Kassa, 1407. jan. 20.

(Cassouie, in Fab. et Sebast.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchioque Brandenburgen. etc(etera), sacri Rom. imp. vicarius gen. et regni Bohemie gubernator...unacum prelatis, baronibus et potioribus...regni nostri proceribus decreto unanimi statuimus...(I) Ut amodo in antea...(Textus huius articuli ab hoc loco idem est ac ille (cap. I.) decreti Sigismundi regis 1397. aug. 3. emanati. Vide nr. 244.)

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Státny Slovensky Ustredny Arch., Bratislava, Arch. Priv. Capit. eccl. Posoniensis, Capsa B, fasc. 5., nr. 31. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca, Cart. C. 294., tit. 3. - ED.: Magyar Sion 1(1863) p. 716-719.; Dóry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 226-227. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 7. nr. 5245. - COMM.: Bónis: op. in ED. cit. p. 226.

472 1407. febr. 5.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Michaelem filium Jacobi de Borosjenő et Andream proximum suum eiusdem civitatis cives vineam ipsorum super Albam ecclesiam b. Mariae virginis adiacentem et quendam fundum Veterisbudae existentem cum una particula sessionis condam Nicolai Kenderes dicti Petro litterato, familiari monialium claustri b. virginis et Annae consorti, necnon Christophoro filio suis pro viginti et octo fl. monetae regalis (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. flavei col. de filo sericeo rubro pend. In plica, prope filum, manu coaeva XXIIII solvit adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9284. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 16.) - REG.: Bártfai Szabó: Obuda p. 98., nr. 112.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 12., nr. 5277.

Nos Michael dictus de Iaurino iudex de Veteribuda, necnon Nicolaus dictus de Meger ac Iohannes rufus et Petrus filius Georgii, necnon Brictius rufus iurati ceterique cives et universi hospites de eadem memorie commendamus tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Michael filius Iacobi de Borosyenew et Andreas concivis noster similiter dictus de Borosyenew ab una, parte vero ex alia Petrus litteratus, videlicet familiaris monialium claustri beate virginis, consimiliter concivis noster ac domina Anna consors eiusdem precara, necnon Christoforus filius eiusdem coram nobis personaliter constituti, iidem Michael filius Iacobi et Andreas proximus suus proposuerunt et sponte sunt confessi in hunc modum: Quod ipsi quandam vineam ipsorum hereditarie ipsos contingentem, super albam ecclesiam beate virginis adiacentem, in contiguis vicinitatibus vinearum Georgii pistoris et Nicolai balneatoris, cives[a] de suburbio castri Budensis existentem cum omnibus suis utilitatibus utilitatumquae integritatibus et pertinentiis universis, videlicet loco turculari (!) ac via ab antiquo consuetis, necnon quendam fundum curie ipsorum in medio nostri existentem cum quadam particula sessionis condam Nicolai Kenderes dicti, videlicet in contigua vicinitate Iacobi parvi concivis nostri et orto regie maiestatis existentem, similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet lapideis, ligneis domibus, necnon orto in facie eiusdem habitis et constructis, prefatis Petro litterato et domina[b] Anne consorti eiusdem, necnon Cristofori[c] filio suo pro viginti octo florenis, eorum quemlibet centum denariis in moneta regali computando plene persolutis ab eisdem et receptis dedissent, reliquissent, assignassent et vendidissent, ymmo coram nobis communi consensu ac pari voluntate dederunt, reliquerunt, assignaverunt et vendiderunt in filios filiorum heredumque suorum successores iure perpetuo et irrevocabiliter per ipsos possidenda, utenda, pariter et habenda. Assumpnentes nichilominus prefati Michael filius Iacobi de predicta Borosyenew, necnon Andreas proximus suus annotatos Petrum litteratum, dominam Annam consortem eiusdem, necnon Christoforem[d] filium suum in dominio predictorum fondi[e] curie et vinee suarumque utilitatum quarumlibet contra omnes pacificos conservare et ab omnibus previa ratione molestare volentibus iuxta consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam defendere et expedire laboribus ipsorum propriis et expensis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigillique nostri munimine roboratas eisdem Petro litterato et domine Anne, necnon Christofori[c] duximus concedendas. Datum sabbato, in festo beate Agathe virginis, anno eiusdem millesimo quadringentesimo septimo.

[a] recte: civium
[b] recte: domine
[c] recte: Christophoro
[d] recte: Christophorum
[e] recte: fundi

473 Buda, 1407. febr. 9.

(Bude, in d. cinerum.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. per pr., quod providus vir Johannes litteratus de Septemtilys iudex et Michael fil. condam Michaelis Nodlar et Johannes fil. condam Nicolai fil. Tylmani cives civitatis nostre Budensis confessi sunt..., quod quia...capit. eccl. Budensis...portionem eorum possessionariam in possessione Senche vocata in com. Pilisiensi...habitam...cum cunctis suis utilitatibus... mediantibus litteris ipsorum...sub annuali censu...ipsis per spatia quinque annorum... locassent conservandam, meliorandam et utendam; ideo ipsi...eidem singulis ipsis quinque annis in duobus terminis...utputa in fl. nativitatis domini quatuor circulos panum et quatuor capones bonos, necnon in. f. pasce domini...similiter quatuor circulos et unum agnellum..., necnon circa f. b. Michaelis archang. seu tempore...vindemii unam tunellam vini boni seu musti sexaginta cubulos in se continentem...amministrare, ac eandem tunellam vini in... Veterembudam in propriis bobus et curru ac expensis eorum...capitulo deferri facere assumpsissent...obligationis vinculo tali mediante..., ut si ipsi...ac successores eorundem predicta munera ac tunellam vini...in aliquo anno et terminis predictis...dare...non possent

..., aut dationem eorum...ulteriorem in terminum different, extunc ipsi contra...cap. Budense in duplo predicti census non soluti - absque portione iudiciaria - convincerentur et insuper usum, propriatatem et dominium dicte portionis possessionarie totalis amitterent eo facto...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. scripta Super Senche feudalis adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.000.(Sign. ant.: Capit. Eccl. Posoniensis. Capsa Budensis I. Fasc. 3. No. 1.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 595-597. - REG.: Knauz, M. Tört. Tár XII(1863) p. 17., nr. 28. reg.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 123., nr. 510. reg.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 13., nr. 5282.

474 1407. febr. 26.

(IV. Kal. Marcy.) [S]igismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod Georgius filius Benedicti, civis civitatis nostre Veterisbudensis, officialis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda...in earum possessione Chegled vocata constitutus...exhibuit nobis quasdam litteras capituli ecclesie Budensis privilegiales...factum reambulationis...possessionis ipsarum Chegled predicte... (continentes) supplicans...maiestati nostre..., ut easdem ratas...habendo...pro claustro predicto...innovantes perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum tenor is est: (Vide: Capit. ecclesiae Budensis 1368. oct. 2.) Nos igitur...prefati Georgii supplicationibus nostre...oblatis maiestati...exauditis...prefatas...litteras...presentibus...insertas quoad omnes earum continentias, articulos et clausulas...approbamus..., eas nichilominus ob spem et devotionem quam ad ipsam intemeratam beatam virginem gerimus et habemus... regia auctoritate et potestatis plenitudine, ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio prematuro pro claustro memorato et religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem salvatori omnium...servientibus...innovantes perpetue valituras confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubri et viridis coloris sig. dupl. pend. iam. deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9271. (Sign. ant.: V. Buden.Monial. Fasc. 9. No. 11.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 17., nr. 5320.

475 1407. febr. 26.

(IV. Kal. Marcy.)[S]igismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod Georgius filius Benedicti civis civitatis nostre Veterisbudensis, officialis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda...in earum possessione Chegled vocata constitutus, in earum personis...exhibuit nobis quasdam litteras patentes...domini Lodouici regis..., quibus mediantibus cives et hospites nostri de Buda et de Pesth de ipsorum vineis in territoriis possessionum dicti monasterii habitis tributum montis eisdem...solvere tenentur..., supplicans...ut easdem ratas...habendo nostrisque litteris privilegialibus...inseri faciendo...pro claustro predicto...innovantes perpetue valituras dignaremur confirmare, quarum tenor is est: (Vide: Ludovicus rex Hungariae 1380. aug. 2.) Nos...prefati Georgii supplicationibus nostre...oblatis maiestati... exauditis...prefatas litteras...condam Lodouici regis...presentibus...insertas quoad omnes earum continentias, articulos et clausulas acceptamus..., eas nichilominus ob spem et devotionem, quam ad...intemeratam beatam virginem gerimus et habemus regia auctoritate et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio pro claustro memorato...salvis iuribus alienis innovantes perpetue valituras confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. dupl. de filo sericeo rubri et viridis coloris pendente. In dorso manu saec. XVI. Privilegium super solvendum tributum montis a vineis...in promontoriis dominarum habitis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9272. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 4.)

476 Buda, 1407. mart. 1.

(Bude, f. III. p. Oculi.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Orodiensis ...Cum nos castrum nostrum Egregh...in comitatu de Zarand habitum simulcum villis et aliis utilitatibus et pertinentiis ad ipsum spectantibus...magistro Andree litterato filio Nicolai de Teten et per eum Gregorio fratri suo carnali de eadem, alias de Kapronca eorundemque heredibus...nove nostre donationis titulo...contulerimus, volumusque eosdem in dominium eorundem...facere introduci, fidelitati igitur vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes, vel Sifridus de Sanctushaza, vel alter Iohannes filius Ladislai de Wernolth, aut Sebastianus Magnus de Zederchen, sin Nicolaus filius Iohannis de Soglo, seu Petrus filius Michaelis, sive Benedictus filius eiusdem Petri, neve Iohannes litteratus de Pethuassana, aliis absentibus homo noster ad facies dictorum castri et villarum et...utilitatum et pertinentiarum eiusdem... accedendo introducat prefatum Andream litteratum et Gregorium fratrem eiusdem in dominium earundem, statuatque easdem eisdem...possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet...contra...Andream litteratum nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRASCR.: Capit. ecclesiae Orodiensis 1407. mart. 16. > Sigismundus rex Hungariae 1407. apr. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.124. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.)

477 Buda, 1407. mart. 2.

Pipo de Ozora Temesiensis et Camararum salium regalium comes magistrum Andream litteratum de Tétény camerarium Zaladiensem super conservationibus camararum salium in litteris suis specificatarum committit expeditum.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei viridis col. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.123. (Sign. ant.: Arch. Bibl. Musei Nat., Arch. Famil. Kapy K. Fasc. 111. No. 11.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 19., nr. 5335.

Nos Pipo de Ozora Themesiensis et Camararum salium regalium comes memorie commendamus per presentes, quod cum nos a nobile (!) viro magistro Andrea litterato de Teten, camerario nostro Zalardiensi super conservationibus Camararum salium Zalardiensi predicta, Zatmariensi, Maramorusiensi, Tokay et de Porozlo, ac expositionibus et dispensationibus salium earundem Camararum aliisque quibusvis negociationibus super eum per nos confisis et creditis racionem recepissemus, invenimus eundem magistrum Andream litteratum de omnibus predictis perceptis, expositis et dispensatis usque in presentem diem veram et plenam atque perfectam nobis dedisse rationem; unde nos eundem magistrum Andream super omnibus predictis perceptis, expositis et dispensatis reddidimus et commisimus, ymmo reddimus et committimus quitum, expeditum et per omnia expeditum, absolutum presentium nostrarum testimonio litterarum. Datum Bude, feria quarta proxima post dominicam Oculi, anno M°CCCC° septimo.

478 1407. mart. 16.

(VIII. die f. IV. a. Iudica.) Capit. ecclesie Orodiensis...ad univ. not. h....s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini...Sigismundi...regis Hungarie...recepimus in hec verba: (Vide nr. 476. Sigismundus rex Hungariae 1407. mart. 1.)...nos mandatis regie maiestatis...obedire cupientes...unacum...Sebastiano Magno de Zederchen homine regio...Augustinum...concanonicum nostrum...nostro...pro testimonio duximus destinandum, qui...ad nos reversi...nobis...retulerunt..., quod idem homo regius...testimonio nostro presente feria quarta...ante dominicam Iudica[1]...ad facies...castri (Egregh, necnon) villarum et...utilitatum et pertinentiarum eiusdem...accedendo...introduxisset...magistrum Andream (litteratum, filium Nicolai de Teten) et Gregorium fratrem eiusdem...in dominium earundem, statuissetque easdem eisdem...nove nostre[a] donationis titulo perpetuo possidendas, nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1407. apr. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.124. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.)

[1] Mart. 9.

[a] recte: vestre

479 Buda, 1407. mart. 24.

(Bude, in die Cene Domini.) Pipo de Ozora Themesiensis et Camerarum salium regalium comes...nobili viro Andree Briccii de Kerestur, camerario nostro Albensi... Cum...dominus noster rex Sigismundus sicut oretenus, sic non minus etiam litteratorie dederit in mandatis, ut...Johanni episcopo Wesprimiensi ratione decimarum suarum..., vidl. decime magne de Alba ecclesia, Nandor et de Nyek ad castrum Budense per... Gregorium comitem capelle sue regie etc(etera), decimarum autem de Keze, Kaloz, Zenche, Pomas, Zentendre, Leanfalu, Tah, Warad, Bogdan et Kissen ad castrum Wissegradiense per comitem Karulum Corbavie, gubernatorem episcopatus Waciensis et castellanum Wissegradiensem recipi factarum super mille octingentis florenis per centum novos denarios computando de salibus suis regalibus...exhiberi debeamus satisfactionem; dilectioni igitur vestre...committimus..., quatenus mox..., ut sales regii in Albam regalem ...conducentur, ...Johanni episcopo, vel suis hominibus...sales ad valorem...mille et octingentorum fl. se extendentes dare...eundemque...episcopum (!) vel suos homines ante omnes alios cum bonis salibus de eisdem realiter expedire, presentesque nostras litteras simulcum litteris regalibus superinde nobis preceptorie loquentibus cum presentibus vobis exhibendis pro nostra et vestra expeditione apud vos reservare debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. virid. col. appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.912. - REG.: Wenzel: Ozorai p. 84.; Akad. Ért. 1859. p. 253.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 123., nr. 511.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 30., nr. 5397.

480 1407. mart. 28.

Abbatissa et sorores claustri b. Mariae virginis de Veteribuda dominam consortem magistri Nicolai dicti Berzete requirunt, ut quasdam litteras claustrum earundem concernentes ipsis restituere velint.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. hemisferici, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.913. (Arch. Mus. Nat.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 31., nr. 5401.

Salutem cum orationibus in domino debitis ac devotis. Noveritis domina nostra honoranda, quod nobis sic nuntiastis, quod quedam littere apud vos haberentur nobis loquentes, et quod eas nobis restitueretis, dummodo ipsas a vestra generositate redimere possemus, ideo sciat vestra generositas, quod nos sumus relinquentes vitam mundanam et caute dicatis, non sumus, quod aliquos haberemus tesauros, nisi tantum habemus, quo de die in diem utimur. Igitur vestram generositatem requirimus precibus devotis per presentes, quatenus observatione dei omnipotentis et beate virginis gloriose et orationum nostrarum perpetuarum taliter vos cogitare velitis et pro redemptione dictis litteris[a] tantas pecunias recipere velitis, quantas nos solvere valleamus; et nobis terminum solutionis anuntiare velitis. Datum secundo die post festum passce, anno domini eiusdem M^mo quadringentesimo septimo.
Abbatissa ceterique sorores sanctimoniales claustri beate virginis de Veterybuda.
In dorso: Generose domine consorti magistri Nicolai dicti Berzete, domine ipsarum plurimum honorande.

[a] recte: dictarum litterarum

481 1407. mart. 31.

(V. die pasce.)...Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod cum nos ad...instantiam religiose domine Ilko vocate, priorisse ceterarumque sororum sanctimonialium claustri b. virginis de Insula leporum...discretos viros magistros Paulum dictum de Komar, Laurentium de Wrs nominatum et Valentinum... concanonicos nostros ad ea, que eedem faterentur audienda et nobis referenda transmisissemus..., iidem tandem unacum Ladislao filio Kathus...procuratore ipsarum dominarum sanctimonialium...nobis...retulerunt, quod ipsi secundo die festi pasce[1]...in predictum claustrum b. virginis...accessissent, ibique prelibate religiose domine: priorissa cetereque sorores sanctimoniales seu totus conventus eiusdem claustri in simul conveniendo unanimi voluntate...quasdam earum et eiusdem claustri possessiones Somodor et Symogh appellatas, in comitatu Strigoniensi adiacentes,...habitatoribus destitutas cum omnibus earum utilitatibus...et pertinentiis universis...(necnon) ecclesie s. crucis in dicta Somodor fundate patronatu aliisque...usibus et proprietatibus ad easdem...pertinentibus...provido viro Petro dicto Borgyas, filio Stephani filii Iacobi, civi civitatis Budensis, necnon Thome et Andree fratribus, ac provide domine Anastasia vocate, sorori eiusdem uterinis[a] eorundemque successoribus et posteritatibus utriusque sexus universis sub annuali censu (cum exp. caut.)...seipsas dedisse...et contulisse fuissent confesse coram ipsis...iure perpetuo... possidendas...tali modo, quod...Petrus dictus Borgias, Thomas, Andreas et domina Anastasia successoresque eorundem ratione feudi seu conservationis predictarum possessionum...perpetuis temporibus singulis annis semper in festo b. Georgii[2]...singulos duos fl. auri puri vel denarios eosdem valentes et pro tempore currentes, ac unum agnellum et duos pullos prefatis religiosis dominabus sanctimonialibus in claustro ipsarum predicto... solvere...tenerentur obligaminis vinculo tali mediante, quod si prefati Petrus Borgyas, Thomas, Andreas et domina Anastasia aut posteritates eorum in aliquo anno seu termino et loco...annotatum censum duorum fl. auri puri ac agnelli et pullorum prefatis dominabus non darent..., extunc iidem in duplo eiusdem census, si vero in secundo termino solutionem antedictam obmitterent..., similiter in duplo, si autem tertium terminum sequentem modo simili obmitterent insolutum, consimiliter in duplo predictorum duorum fl., agnelli et pullorum convincerentur contra religiosas dominas sanctimoniales prenotatas et insuper dominium earundem possessionum perderent et ammitterent eo facto...

ORIG.: Membr. in inferiore margine litteris ABC intercisa cum plica et filo sericeo viridis et coerulei coloris sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9300. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 32., No. 13.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 32., nr. 5405.

[1] 1407. mart. 28.

[2] Apr. 24.

[a] recte: uterine

482 Buda, 1407.apr.18.

(Bude, f. II. a. Georgii.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. c. per presentes, quod quemadmodum nos alias pro fidelibus servitiis et laude attolendis meritis fidelis nostri dilecti Cornelii filii Iohannis de Kalanda possessiones Eethy, Zentmiklos et Zenthlazlo vocatas in Pestiensi et Albensi comitatibus habitas, per notam infidelitatis Francisci Bernaldi ad manus nostras regias devolutas, que...possessiones ante tempus huiusmodi note infidelitatis...per eundem Franciscum nobili domine Leonne Madonne de Ankona, relicte Leopardi condam armirarii nostre maiestatis pro quadam certa sumpma pecunie impignorate fore dinoscuntur, per alias litteras nostras exinde confectas eidem Cornelio in perpetuum contuleramus, sic et de presenti (cum exp. caut.) conferimus, ipsumque in eisdem pacifice et absque omni contradictione conservare volumus. Igitur nos ex certa nostra scientia, prelatorumque et baronum nostrorum consilio...totam sumpmam pecunie, pro qua dicte possessiones...per annotatum Franciscum Bernaldi memorate nobili domine forent...impignorate...super nos assumpmendo...prefatum Cornelium et suos

posteros in pacifico dominio predictarum possessionum...promittimus...tueri et conservare propriis nostris laboribus...et expensis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Relatio Iacobi filii Lachk wayuode Transsiluani not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.787. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Sign. ant.: Fasc. K. No. 13., Repos.47.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 123-124. nr. 512.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 38., nr. 5438.

483 1407. apr. 26.

(VI. Kal. May.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod nos...supplicationibus fidelis nostri viri magnifici Laurentii de Thar, pridem pincernarum nostrorum regalium, nunc [vero dapiferorum r]eginalis maiestatis magistri, ac summi dispensatoris eiusdem, inter ceteros quoque honores comitatuum Hontensis et Newgradiensis comitis per ipsum pro parte fidelium nostrorum universorum populorum et iobbagionum in oppido suo et fratrum suorum Pazthoh vocato, in comitatu Heues Wyuariensi existenti commorantium nostre...porrectis maiestati clementer inclinati eisdem populis ac iobbagionibus in dicta Pazthoh commorantibus et in futurum causa commorandi in eadem aggregandis, tam scil. predicti Laurentii de Thar et fratrum ipsius, quam etiam claustri b. Marie virginis gloriose oppido in eodem fundati, heredibusque eorundem ac cunctorum superstitum successoribus de regie liberalitatis clementia et ex certa scientia nostre maiestatis infrascriptas libertatum prerogativas in perpetuum...duraturas...gratiose duximus concedendas:...Primo vidl., quod prefati populi et iobagiones pro nullo facto, debito, delicto vel excessu dicti Laurentii de Thar et fratrum suorum per quoscunque iudices seu cuiuscunque conditionis homines, ecclesiasticos utputa et seculares ad alicuius instantiam in personis detineri et impediri ac in rebus ipsorum atque bonis damnificari, prohiberi seu arestari et iudicio adstare compelli possint...Ceterum quod iidem et ipsorum heredes et posteri per neminem episcoporum, vicariorum, archidiaconorum et aliorum iudicum seu personarum ecclesiasticarum in quibuscunque factis, causis, delictis et criminibus, exceptis dumtaxat forum ecclesiasticum concernentibus, iudicari seu iudicio et iudicatui ipsorum adstare adstringi debeant..., nisi prius ipse cause et facta per querulantes coram iudice et iuratis hospitibus dicti oppidi Pazthoh...pro tempore constitutis prosecute fuerint iustitia mediante. Postremoque et ultimo ipsi et eorum cuncti superstites a modo et deinceps omnino illis et iisdem gratiis et libertatum immunitatibus seu prerogativis uti, potiri valeant et gaudere, quibus libera civitas nostra Budensis et cives nostri eam inhabitantes utuntur et quiete gratulantur, insignitique fore perhibentur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex Hungariae 1475. maj. 29. > Wladislaus II. rex Hungariae 1494. jul. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 98.261. (Coll. "Post advocatos") - COPIA SIMPL.: (aevi recent.) Arch. Nat. Hung. Dl. 57.173. (famil. Berényi.) - ED.: Békefi: Pásztó I. p. 291-293. (mendose). - REG.: Fejér: CD. X/4. 834.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 40., nr. 5450.

484 1407. apr. 28.

(IV. Kal. May.) [S]igismundus...Hungarie...rex...ad univ....not. h.s.volumus pervenire, quod...mag. Andreas litteratus de Theten, pridem comes lucri camararum nostrarum Cassouiensis et Zathmariensis, sua ac Gregorii fratris sui uterini de dicta Theten, alias de Kapronchа in personis nostre maiestatis adiens conspectum, exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam...nostram patentem...super donatione...castri Egregh...in comitatu de Zarand situati, ...necnon ville Ungaricalis Felsewegregh..., cum patronatu ecclesie lapidee in eadem constructe, item portionis possessionarie Chuch... in possessione nobilium de Meger in eadem existentis, ac possessionum similiter Hungaricalium desertarum Kazmer et Chumotheleke...in comitatu de Zarand habitarum, item villarum Sclauonicalium Chernechfalua, Nagsiclus, Kuzepsiclus, Felsewsiclus, Feyereghaz, Dombpapfalua et alia Dombpapfalua, Rathmnanfalua, Doruzlofalua, Papfalua, Lalfalua et aliarum trium villarum Balamerfalua vocatarum, necnon quorundam...desertorum

locorum villarum...in vallibus penes fluvios Siclos vocatos existentium, aliarumque utilitatum et pertinentiarum ad dictum castrum spectantium cum nostre maiestatis suo et successorum suorum...nominibus prefatos magistrum Andream, necnon fratrem suum, eorumque heredes ab omnibus impetitoribus...ratione dicti castri et suarum pertinentiarum ac utilitatum expediendi...sponsione et pollicitatione (id est cum expeditoria cautione); et aliam capituli ecclesie Orodiensis privilegialem super...(introductione et statutione) dictorum castri ac pertinentiarum et utilitatum eiusdem...pro ipso...magistro Andrea litterato ac fratre suo prefato rite factis confectas...; supplicans exinde idem mag. Andreas...nostro culmini..., ut easdem litteras ratas...habendo, nostrisque litteris privilegialibus...inseri faciendo pro ipsis ac eorum heredibus...innovantes perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius, vidl....nostre patentis littere tenor is est.: (Vide nr. 467. Sigismundus rex Hungariae 1406. nov. 21.) Alterius vero, utputa... capituli ecclesie Orodiensis littere privilegialis continentia verbalis sequitur in hec verba: (Vide nr. 478. Capit. ecclesiae Orodiensis 1407. mart. 16.) Nos igitur...annotati magistri Andree litterati supplicationibus...nostre...oblatis maiestati...exauditis..., prefatas binas litteras...presentibus...insertas...quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos...ratificamus, eas nichilominus requirentibus prefati magistri Andree fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis et laude attolendis famulatibus et sinceris complacentiis per ipsum nobis et sacro dyademati nostro regio locis et temporibus sumpme incumbentibus, presertim quod in...disturbiorum proxime retroactis temporibus diversis fortune eventibus se et sua pro nostri honoris incremento submittere non formidavit, insignite fervideque ac laudabiliter exhibitis et impensis, simulcum donatione et perhempnali nostra collatione prefati castri Egregh...ac villarum, patronatu ecclesie, portionis possessionarie et locorum desertorum villarum et singularum possessionum ac pertinentiarum ad dictum castrum spectantium, necnon...statutione ipsius et earundem, sponsioneque et pollicitatione nostre maiestatis..., ac aliis omnibus in iam dictarum litterarum tenoribus lucide et limpide explicatis et contentis, mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre maiestatis, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio prematuro, ac uniformi decreto eorundem pro eodem magistro Andrea litterato et Gregorio fratre eiusdem uterino eorumque heredibus...innovantes perpetuo valituras confirmamus...salvis iuribus alienis...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditorum. In margine plicae dextro Lecta et correcta not. canc. legitur, in dorso vero manu saec. XV-XVI. haec. adnot. est scripta: Privilegium super Egrug. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.124. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. Famil. Kapy E. Fasc. 1. No. 1.)

485 Buda, 1407. apr. 29.

(Bude, f. VI. a. Phil. et Iacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m.c...., quod in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda nostre detegitur maiestati..., quomodo...Dyonisius de Chege ipsas et per consequens iobagiones ipsarum in earum possessione Gyogh vocata commorantes in presentia comitis et per consequens vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Symigiensis in causam ...atrahendo, variosque litigionarios processus adversus ipsas...iobagiones earum...in presentia dictorum comitis et iudicum nobilium faciendo ipsis...et iobagionibus earum... causis huiusmodi debite attendere nequeuntibus ipsas et eosdem per terminorum completionem secundum consuetudinem sedis iudiciarie comitatus Symigiensis...in quamplurimis iudiciorum seu birsagiorum oneribus contra se convinci facere procurasset et sententiam... comitis et iudicum nobilium comitatus antefati adversus ipsas pro se exinde reportasset diffinitivam. Supplicatum itaque extitit in personis...dominarum antedictarum nostre maiestati...., ut huiusmodi sententiam, necnon omnes et quoslibet processus causarum premissarum adversus ipsas...et...iobagiones ipsarum per antefatum Dyonisium...ferri procuratos, cunctaque gravamina et alia quelibet exinde secuta revocando et retractando ipsas et eosdem a prefata sententia..., prefatoque Dyonisio, cui eedem domine non in ipsorum comitis et iudicum nobilium, sed in curia nostra, nostreque maiestatis presentia respondere parate forent, causam suam...de novo prosequi, si voluerit, committere... dignaremur. Nos igitur, qui...universis Christi ministris, precipue autem qui non solum sua, verum etiam semetipsos...abnegantur, carnem suam...cruciant in claustris claustra-

libus se claudendo pi consuevimus suffragari, nonnunquamque austeritatem iuris lenitate misericordie temperare, prefatam sententiam annotatorum comitis et iudicum nobilium et totum causarum premissarum processum, ac omnia iudiciorum gravamina in processu huiusmodi litium super prefatas dominas iobagionesque ipsarum...agregata simulcum omnibus litteris et regestris...exinde confectis revocatis cassamus annullantes et viribus prorsus carere committentes eisdem in premissis gratiam fecimus ymo facimus specialem decernentes, ut prefatus Dyonisius causam seu causas suas premissas adversus ipsas dominas et earum iobagiones...denuo et ex novo, si voluerit, in curia nostra, nostreque maiestatis in presentia resuscitando prosequatur, quos a iuris facie nequaquam volumus impedire; volumus enim, ut prefate domine sanctimoniales claustri predicti per nostram maiestatem se atolli sentiant amplioribus gratiarum prerogativis, et decorare easdem simulcum possessionibus claustri predicti universis a iudicio et iudicatu quorumcunque iudicum et iustitiariorum, comitumque parochialium regni nostri de nostre maiestatis liberalitate et gratia speciali eximendo nostro et regni nostri palatini, necnon iudicis curie nostre iudicio et iudicatui tantummodo duximus reservandas...presentium per vigorem. Quocirca vobis cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, signanter autem...comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Simygiensis antefati...precipimus..., quatenus prememoratas dominas sanctimoniales ac iobagiones ipsarum prefatos occasione et pretextu premissorum ad aliorum instantiam, precipue autem annotati Dyonisii intra et extra iudicium impedire, molestare, perturbare, seu quovismodo dampnificare, vestroque, exceptis prefatis palatino et iudice curie nostre, in quibuspiam causis et ad quorumvis requisitionem et instantiam, amodo in posterum, iudicio astare et iudicatui compellere nullo modo presumpmatis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9305. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 27. No. 16.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 41., nr. 5455.

486 1407. maj. 1.

Nos Conventus b. Marie virg. de Chykador significamus t. pr. quibus exp. univ., quod frater Johannes filius Michaelis de Theten, cantor monasterii nostri, quandam suam domum...in civitate regali de...Cluswar...pro quadam vinea in territorio abbatis de Clusmonostra...vendisset magistro Jacobo concivi de Cluswar...[1]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Conventus monasterii de Clusmonostra 1423. maj. 29. - ED.: Z-W.: Urkundenbuch III. p. 432-433. - REG.: Tört. Tár. 1896. p. 730.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 42., nr. 5460.

[1] Litterae haec ab eodem Conventu fere de verbo ad verbum 1409. mart. 7. denuo editae sunt. Z-W.: Urkundenbuch III. p. 474.

487 1407. maj. 2.

(VI. Non. Mai.) Sigismundus Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, marchio Brandenburg., sacr. Rom. Imp. archicamerarius, necnon Bohemie et Lucenburg. heres...ad univ...not. h. ser. volumus pervenire, quod Johannes Rayzensteyn, civis noster Budensis, in personis Caspar filii, ac domine rel. condam Jacobi Bonaventura de Salto, civis Posoniensis...exhibuit nobis litteras nostras... super libertatibus...per nostram maiestatem ipsis Caspar et domine...elargitis..., supplicans, ut easdem...innovantes...dignaremur confirmare. Cuius tenor is est.: (Vide: Sigismundus rex. Hung. 1407. jan. 20.[1]) Nos igitur prefati Johannis Reysensteyn supplicationibus...exauditis..., prefatas litteras nostras innovantes...confirmamus...

ORIG.: Membr. Arch. civitatis Posoniensis (Bratislava) nr. 677. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 601-604. (Cum mendis.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 42., nr. 5461.

[1] Fejér: CD. X/4. p. 601-604.

488 Buda, 1407. maj. 6.

(Bude, II. die asscens.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t. pr. signif. quibus expedit univ., quod licet alias universe possessiones et iura possessionaria Iohannis filii Hanchkonis de Nezmel...quibusdam certis de causis pro sex milibus fl. auri veri et iusti ponderis ...in manus nostras regias devoluta...extiterint, pro quorum...sex milium fl. auri tribus milibus eiusdem compoti possessionem ipsius Iohannis Porozlo nuncupatam, in comitatu Heueswyworiensi iuxta fluvium Ticie sitam...cum cunctis suis pertinentiis tam emptitiis, quam impignoratitiis...fideli nostro magistro Andree litterato de Teten et per eum suis heredibus tamdiu, donec ab eodem vel ipsius heredibus pro premissa sumpma pecunie redimeremus (cum expeditoria cautione) pignori obligaverimus ...Tamen...Iohanni filio Hanchkonis et...Iohanni filio Iacobi fratri suo (patrueli) huiusmodi nostre gratie prerogativam duximus annuendam, ut si iidem...predictam possessionem Porozlo...Andree litterato in concambium castri sui Egregh...per nostram serenitatem eidem...collati...appropriare voluerint, tunc nos predicta tria milia fl. auri in additamentum dicti castri..., ut commutatio respectu...possessionis Porozlo equivalens fieri posset, per...Andream litteratum...assignare faciemus tali conditione..., quod ubi inter... Iohannem et alterum Iohannem ab una, necnon magistrum Andream litteratum parte ex altera super...possessione Porozlo, necnon castro Egregh cum eorundem pertinentiis concambium fieri non posset, tunc nos possessionem Mezth..., in comitatu de Zarand habitam, pridem ipsi Andree litterato per nos...collatam, ac tandem nobis pro salibus duo milia fl.... maioris nove nostre monete regalis valentibus...resignatam eidem magistro Andree et suis heredibus versa vice et iterato remittere tenebimur...perpetuo possidendam tali modo..., ut prescripta duo milia fl. nove monete, pro quibus...eidem sales dari fecimus, de preallegatis tribus milibus fl. auri pro nobis volumus defalcare...; pro residuitate vero eorundem trium milium fl. auri tamdiu, donec eidem magistro Andree vel suis heredibus plenariam exhibebimus superinde satisfactionem, in totali dominio...possessionis Porozlo et suarum pertinentiarum...promittimus pacificum conservare. In casu vero, quo premissum concambium partes inter prenotatas...bono modo fieri posset, tunc nos huiusmodi...permutationem ratam...habendo, eidemque nostrum regium consensum... prebendo premissa inter partes...permutata et contracta de manibus nostris regiis ipsis partibus et eorundem heredibus sub eisdem...prerogativis, prout ipsi magistro Andree pridem prescriptum castrum Egregh contuleramus, nove nostre donationis titulo perpetuo dare...promittimus, ac donata...confirmare...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.125. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 43., nr. 5474.

489 Buda, 1407. maj. 6.

(Bude, II. die ascens.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., ...quod nos possessionem Porozlo...in comitatu Heweswariensi habitam, olim Iohannis filii Hanczkonys de Nezmel, que alias...ad nostram serenitatem...mediantibus litteris capituli ecclesie Budensis obligatoriis pro sex milibus fl. auri puri, veri et iusti ponderis devoluta fuerat, simulcum...suis pertinentiis..., sub suis...antiquis...limitibus...fideli nostro dilecto magistro Andree litterato de Thethen et per eum suis heredibus pro tribus milibus fl. auri puri et iusti ponderis ab eo plene...receptis tamdiu, quousque ab eodem pro premissa sumpma pecunie redimerentur (cum expeditoria cautione) duximus pignori obligandam...presentium...per vigorem...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ludovicus II. rex 1525. jan. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 9060.

490 Buda, 1407. maj. 16.

(Bude, II. die Penthec.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie, etc(etera), marchioque Brandenburg. etc(etera), sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator...Capitulo ecclesie Budensis... Dicit nobis Stephanus dictus Kakas, filius Nicolai de Gyal, quomodo ipse in dominium quarundam portionum possessionariarum in possessione Gyal...et Esew..., in comit. Pestiensi existentibus..., ipsum...concernentium ...vellet introire...; super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Nicolaus fil. Blasii de Ewsey, vel Thomas de Rad, aut Johannes de Lyk, an Emericus de Zudakhazy, sin Paulus de Irsa, seu Johannes de eadem, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem...inibi...presentibus accedendo, introducat prefatum Stephanum...Kakas in dominium earundem...perpetuo possidendas...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Budensis 1407. jun. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 99.608. (Sign. ant.: Arch. famil. Károlyi, Fasc. 17., No. 6.) - ED.: Károlyi I. p. 539-540. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 46., nr. 5490.

491 Buda, 1407. jun. 3.

(Bude, f. VI. p. oct. corp. Chr.) Sigismundus...rex Hungarie...viro magnifico Nicolao de Zeech ianitorum reginalium magistro et castellano castri nostri Veterisbudensis vel vicecastellanis eiusdem...In personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda nostre exponitur maiestati..., quomodo iudex, iurati, ceterique cives et hospites civitatis Veterisbudensis ipsas et earum homines ac ad eas pertinentes ab aratura et cultura quarundam certarum terrarum arabilium prefato claustro et per consequens dominabus predictis...emptionis titulo spectantium, aliorumque agrorum, necnon pratorum, et fenilium in territorio...civitatis Veterisbudensis adiacentium ac ad idem claustrum ab antiquo vigore efficatium litteralium instrumentorum...pertinentium usu, fruitione et earundem utilitatum perceptione...potentiaria eorum presumptione...mediante prohiberent...Verum cum nos prefatum claustrum b. virginis, cuius verus patronus existere dinoscimur, ad quodque speciali ducimur affectione, in suis iuribus nedum diminui, verum augmentare et prerogativis libertatum cupientes predotari; ipsum igitur claustrum et religiosas dominas...antedictas simulcum cunctis ipsarum servitoribus et ministris, ac ad ipsas pertinentibus, possessionibusque et iuribus possessionariis, necnon rebus et bonis ipsarum quibuscunque...in nostram regiam recipientes protectionem et tutelam specialem, in eisdem earum iuribus et quibuslibet bonis contra quosvis illicitos impetitores volumus conservare et facere conservari, fidelitati vestre...precipientes mandamus, quatenus prefatas religiosas dominas sanctimoniales et ad ipsas quoslibet pertinentes in quibusvis earum premissis iuribus...a quorumcunque, signanter vero a prefatorum iudicis et iuratorum ceterorumque civium et populorum civitatis Veterisbudensis...ratione prefatarum terrarum arabilium, necnon agrorum, pratorum et fenilium ipsas...inquietantium molestationibus...protegere...debeatis nostre maiestatis in persona...et hoc idem iniungimus... castellanis et vicecastellanis prefati castri nostri Veterisbudensis...

ORIG.: Membr. cum vestigio maioris simplicis sig. tergo appressi. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Protectionalis contra cives civitatis Veterisbudensis ac alios quoslibet adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9322. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No.6.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 53., nr. 5535.

492 1407. jun. 3.

(XVI. die. statut./f. V. p. Penthec.)...Capitulum ecclesie Budensis...Ad univ. not. h.s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...regis Hungarie,

Dalmatie, Croatie etc(etera)...statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 490. Sigismundus rex Hungariae 1407. maj. 16.)...Nos itaque...unacum...Emerico de Zudakhazy ...magistrum Laurentium...concanonicum nostrum...pro testimonio duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, quod predictus homo regius...nostro testimonio presente feria quinta...p.f. Pentecostes[1]...ad faciem...portionum possessionariarum (in possessionibus Gyal...et Esew vocatis[2]) vicinis et commetaneis earundem...inibi... presentibus accedendo..., Stephanum dictum Kakas in dominium earundem introduxisset perpetuo possidendas...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum filo sericeo albi et virid. col. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 99.608. (Sign. ant.: Arch. famil. Károlyi, Fasc. 17., No. 6.) - ED.: Károlyi I. p. 539-541. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 53., nr. 5336.

[1] Maj. 19.

[2] Vide in lit. Sigismundi regis superius indicatis.

493 Pesterzsébet, 1407. jun. 6.

(In Zenthelsebeth, VIII. die congr./f. II. p. Corp. Chr.) Nos Johannes filius Anthimi de Tapson vicepalatinus...Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum m. comm., quod quia Colomannus filius Petri de Gyal per iudices nobilium iuratosque assessores congregationis nostre generalis universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum f. secunda...p. festum Corporis Christi[1] prope villam Zentelsebeth celebrate, nota proscriptionis obfascatum[a] pena debita puniendus nostris iudiciariis manibus assignatus extitit, rationeque premissa iura sue possessionaria in possessionibus Gyal... et Essew...habita occupari fecimus, et quia eedem portiones possessionarie titulo hereditario Stephanum filium Nicolai dicti Kakas de...Gyal...tangere dinoscebantur, ideo easdem ...in earum estimatione condigna per ipsum Stephanum nobis impensa remisimus...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. In dorso manu ineunte saec. XVI. Gyalj Kalmanj vetete wollt zalogban galbelj es eszebelj rezet Kakas Istvannak Galjnak megwaltota adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 99.609. (Sign. ant.: Arch. famil. Károlyi, Fasc. 17., No. 5.) - ED.: Károlyi I. p. 541-542. - REG.: Bárfai Szabó: Pest m. p. 124., nr. 513.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 55., nr. 5549.

[1] Maj. 30.

[a] recte: obfuscatus

494 Buda, 1407. jun. 20.

(Bude, f. II. a. nat. Ioh. bapt.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum m. c., quod mag. Iohannes filius Hanchkonis coram nobis...confessus est ...quomodo sibi mag. Andreas filius Nicolai de Thethen centum fl. presentis nove monete regalis maioris nomine mutui dedisset, quorum medietatem...in festo beati Michaelis archangeli[1] et reliquam medietatem in festo sancti Martini confessoris[2]...hic Bude... promptis in denariis reddere assumpsit...eo modo, ut ubi ipsos terminos pretermitteret in solvendo, extunc in duplo dicte pecunie, insuperque pena periurii convinceretur...eo facto; et quod...mag. Andreas...absque strepitu cuiuslibet iudicii...eosdem centum fl. cum duplo eorum de rebus et bonis et iuribus suis possessionariis...pro se extorquere...valeret...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl.64.126. (Arch. Mus. Nat. famil. Kapy. Fasc. 111. No. 10.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 61., nr. 5580.

[1] 1407. sept. 29.

[2] 1407. nov. 11.

495 Buda, 1407. jun. 28.

(Bude, in vig. Petri et Pauli.) Sigismundus...rex Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Cum nos...possessiones Francisci Bernaldi ac Pauli et Philippi filiorum eiusdem Eth, Zenthmiklos et Zentlachlow...in Pestyensi et Albensi comitatibus habitas, per ipsum...Franciscum alias nobili domine Leona Madonna vocate de Ankona, relicte Leopardi condam armirarii nostre maiestatis...impignoratas et per notam infidelitatis... Francisci et filiorum suorum...Cornelio filio Iohannis de Kalanda et Bartholomeo fratri suo carnali...per nostram maiestatem donatas, ac per eundem Cornelium...in...certa sumpma pecunie, pro qua dicte possessiones erga dictam dominam impignorate...fore perhibebantur...ab eadem domina redemptas ipsi Cornelio et...Bartholomeo fratri suo... statui facere intendamus; fidelitati igitur vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Petrus de Theten, vel alter Petrus de Gyod, aut Paulus, sin Vitus filius Petri de eadem, seu Paulus de Barachka, sive Blasius filius Pauli de Pathka...ad facies...dictarum possessionum...accedendo introducat prefatos Cornelium et Bartholomeum in dominium earundem, statuatque easdem ipsis...perpetuo possidendas contradictione prefate domine non obstante, contradictores vero, si qui alii fuerint, citet ipsos contra annotatos Cornelium et Bartholomeum palatinalem in presentiam...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1407. jul. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.926. (Arch. Mus. Nat. Hung.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest vm. p. 123-124., reg. nr. 512.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 63., nr. 5589.

496 Buda, 1407. jul. 2.

(Bude, in f. visit. Marie.)...capitulo ecclesie Budensis comes Frank de Zechen, iudex curie domini Sigismundi...regis Hungarie...Dicit nobis mag. Andreas litteratus de Thethen, quomodo ipse in dominium...possessionis Porozlo...in comitatu Hewesywariensi existentis et eiusdem pertinentiarum ipsum pignoris titulo concernentis...vellet introire... Super quo vestram amititiam...petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Nicolaus dictus Wyd, aut Georgius de Farnas, vel Blasius, sin Iohannes, seu Laurentius filius Iohannis de eadem, sive Petrus, neve Ladislaus filii Martini de Wres, aliis absentibus homo regius ad facies...possessionis Porozlow et eius pertinentiarum vicinis et commetaneis earum inibi...convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum magistrum Andream in dominium earundem, statuatque easdem eidem... iure sibi incumbenti, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet eos regiam in presentiam, rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1407. jul. 20.> Ludovicus II. rex Hungariae 1525. jan. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 9060. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 579. No. 26.)

497 1407. jul. 18.

(XVI. die dom. p. visit.)...Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...regis Hungarie...statutorias ...recepimus in hec verba: (Vide nr. 495. Sigismundus rex Hungariae 1407. jun. 28.) Nos itaque mandatis...domini nostri regis...obedire volentes..., unacum...Vito de Gyod... Andream chori ecclesie nostre...clericum...duximus transmittendum, qui...nobis... retulerunt, quod predictus homo regius...die dominico...post festum visitationis virginis gloriose[1]...elapso ad facies...possessionum Eth, Zenthmiklos et Zenthlachlo...accedendo prefatos Cornelium et Bartholomeum in dominium earundem introduxisset, easdemque eisdem...nemine contradictore apparente statuisset perpetuo possidendas...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri coloris pendente. Arch. Nat. Hung. Dl. 42.926. (Arch. Mus. Nat. Hung.)

- REG.: Bártfai Szabó: Pest vm. p. 124., reg. nr. 512. (sub dato 1407. apr. 18.); Zsigmondkori oklt. II/2. p. 71., nr. 5628.

[1] 1407. jul. 3.

498 1407. jul. 20.

(XV. die f. IV. p. visit. Marie.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., ...quod nos litteras magnifici viri domini comitis Frank de Zechen, iudicis curie domini Sigismundi regis Hungarie...nobis...directas...recepimus hunc tenorem continentes: (Vide nr. 496. Comes Frank de Zechen iudex curiae regiae 1407. jul. 2.) Nos igitur... petitionibus dicti...iudicis curie regie annuere cupientes...., unacum Petro filio Martini (de Wres) ...discretum virum magistrum Nicolaum de Hathwan...concanonicum nostrum ...pro testimonio...duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, ut predictus homo regius...feria quarta...post...festum visitationis Marie[1] ad facies...possessionis Porozlo ...vicinis et commetaneis (eiusdem)...inibi...convocatis et presentibus accedendo introduxissent...magistrum Andream (de Thethen) in dominium (eiusdem) ...nullo (contradictore)...apparente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ludovicus II. rex Hungariae 1525. jan. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 6090.

[1] Jul. 6.

499 Viterbo, 1407. aug. 16.

(Viterbii, XVII. Kal. Sept., a. I.) Gregorius (papa XII.)...abbati monasterii de Tata, Jurien. dioc. Exhibita...nobis...pro parte Egidii Marci de Chasma, canonici Jauriensis petitio continebat, quod olim prepositura eccl. s. Michaelis de Castroferreo, Jaurien. dioc., vacante..., Sigismundus rex Hungarie...in prepositum dicte eccl.... prefatum Egidium Johanni episcopo Jauriensi...presentavit...et dictus episcopus eundem in prepositum prefate eccl. auctoritate ordinaria instituit....Cum autem prefatus Egidius dubitet presentationem et institutionem huiusmodi...viribus non subsistere..., nos... discretioni tue mandamus, quatenus...prepositurarn...predictam, cuius fructus quinquaginta marcharum argenti...valorem annuum non excedunt..., prefato Egidio auctoritate nostra...assignes, non obstantibus, quod idem Egidius canonicatum et prebendam eccl. Jauriensis et capellam sine cura s. Georgii Casstri de Buda, Vespr. dioc., quorum omnium fructus...etiam quinquaginta marcharum valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod dictus Egidius, quamprimum dictam prepositurarn...fuerit assecutus, capellam predictam dimittere teneatur.

ORIG.: Arch. Secr. Vatican Reg. Datariae seu Lateranensia A. I. Liber III. fol. 246. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. R. 57. 3. tétel. XII. Gergely pápa 1406-1415. Coll. Fraknói gyüjt. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 78., nr. 5678.

500 1407. dec. 6.

(In Nicolai.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Georgius dictus Biro, civis de Veteribuda...in personis religiosarum dominarum sanctimonialium...de eadem Veteribuda...exhibuit nobis quoddam privilegium nostrum...petens...ut idem ...transscribi faceremus pro religiosis dominabus antedictis..., cuius tenor talis est: (Capit. ecclesiae Budensis 1374. maj. 19.) Nos itaque...prefati Georgii Biro petitionibus ...annuentes pretactum privilegium nostrum...presentibus litteris nostris inseri...fecimus pro religiosis dominabus supradictis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 6220. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 51. No. 25.)

501 Buda, 1408. jan. 11.

(Bude, f. IV. p. Pauli primi her.) Nos comes Frank de Zechen iudex curie domini Sigismundi ...regis Hungarie m.c., quod mag. Andreas litteratus de Thethen...et Iohannes filius Hanchkonis, alias de Nezmel...in nostram...venientes presentiam...confessi sunt..., quomodo ipsi per ordinativam compositionem...proborum et nobilium virorum ...in facto ablationis...trium equorum iobagionum...magistri Andree per...magistrum Iohannem perpetrate taliter concordassent..., ut quia...magister Andreas annotatum magistrum Iohannem...super facto ablationis dictorum...equorum reddidisset...expeditum ..., ideo idem mag. Iohannes in horum recompensam...magistro Andree sedecim fl., singulum eorum centum denariis nove monete regalis computando octavo die diei medie quadragesime[1]...persolvere assumpsit...coram nobis tali vinculo mediante, quod si (mag. Iohannes) prescriptos sedecim fl....termino et loco in eisdem...magistro Andree persolvere nollet, vel non curaret, aut non posset, extunc ipse in facto potentie contra...magistrum Andream convinceretur eo facto...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.127. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 105., nr. 5901.

[1] Mart. 28.

502 Praha, 1408. mart. 4.

...Anno quo supra (1408[1]) existentibus examinatoribus decano coadiunctis: magistro Michaele de Malenicz, magistro Heningo de Hyldissem, magistro Ivan Lobeke, magistro Hermanno de Altdorf pro examine baccalariandorum, quod solet fieri in quadragesima; admissi fuerunt hi secundum ordinem infrascriptum:...(inter quos) Blasius de Buda.

ORIG.: Liber matric. Universitatis Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Universitatis Pragensis I/1. p. 397. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 113., nr. 5967.

[1] Vide in Textu: anno 1408 Quadragesima incipit mart. 4.

503 Körös, 1408. mart. 11.

(Crisii, in Reminissc.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...vobis...capitulo ecclesie Posoniensis...mandamus, quatenus ...ducentos florenos puri auri, quos...anno in presenti super vos pro taxa imposuimus, fideli nostro Waysersthen civi Budensi, aut hominibus suis harum gerulis extradare...debeatis..., ne facta vestra per nos necessario inchoata exinde dampnum pati videantur aliquale...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Capit. Poson. Priv. Capsa H., fasc. 8., nr. 136. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 114., nr. 5981.

504 Buda, 1408. apr. 23.

(Bude, XXVII. die VIII. diei medii quadr.) Nos comes Frank de Zechen iudex curie domini Sigismundi...regis Hungarie damus pro memoria, quod cum iuxta continentiam litterarum nostrarum obligatoriarum Iohannes filius Hanchkonis, alias de Nezmel, sedecim fl. centenarios presentis nove monete regalis magistro Andree litterato de Thethen octavo die diei medii quadragesime[1]...solvere debuisset coram nobis, tandem ipso termino adveniente prefatus Iohannes...per Iohannem litteratum...procuratorem...magistri Andree congruis diebus...coram nobis expectatus ad premissam solutionem faciendam nostram in presentiam non venit, neque misit, unde ipsum in penis et obligaminibus litteris nostris in predictis...expressatis commisimus fore convictum, si se rationabiliter non poterit excusare...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris, quo erat clausa. In dorso manu coaeva haec adnot. est scripta: Pro magistro Andrea litterato de Thethen contra Iohannem filium Hanchkonis alias de Nezmel obmissionalis. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.128. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.)

[1] Mart. 28.

505 Buda, 1408. apr. 26.

(XXX. die octavi diei med. quadrag.) Nos comes Frank fil. Konye bani de Zechen iudex curie...Sigismundi...regis Hung. ...m. comm. t. pres. significamus quibus exp. univ., quod Andreas litteratus de Thethen...et Johannes fil. Hanchkonis alias de Nezmel... per ordinativam compositionem...in facto ablationis...trium equorum iobagionum...mag. Andree...taliter concordassent: ut quia...mag. Andreas ...Johannem fil. Hanchkonis... reddidisset expeditum,...ideo idem Johannes...eidem mag. Andree sedecim fl. singulum eorum centum den. nove monete regalis computando octavo die diei med. quadr[1]. ...coram nobis...persolvere assumpsisset tali vinculo mediante: quod si ipse prescriptos sedecim fl....termino in eodem...mag. Andree persolvere nollet, vel non curaret aut non posset, extunc ipse in facto potentie contra mag. Andream convinceretur eo facto...Tandem...octavo die dicti diei med. quadr. instante[1]...Johannes fil. Hanchkonis per Johannem litteratum... procuratorem...mag. Andree...congruis diebus eiusdem termini coram nobis expectatus ad premissam solutionem faciendam nostram in presentiam non venit..., sed se in penis... premissis...aggravari permisit...; pro eo unacum regni nobilibus...prefatum Johannem fil. Hanchkonis...in facto potentie et ex eo in sententia capitali ac ammissione universorum iurium possessionariorum ac proprietatum ubilibet habitorum ipsum solum...concernentium in duabus partibus nostris iudiciariis et in tertia parte...mag. Andree, partis scil. adverse ...manibus devolvendarum commisimus fore convictum...

ORIG.: Membr. sine plica, cum duabus incisuris pro sig. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.129. (Famil. Kapy.) - TRANSCR.: (sensualiter) Nicolaus de Gara regni Hung. palat. 1424. nov. 7. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.225. (Famil. Kapy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 130., nr. 6064.

[1] 1408. mart. 27.

506 Gara, 1408. maj. 6.

(In Gara, in Ioh. a. port. Lat.) Sigismundus...rex Hungarie...fideli suo magnifico viro Nicolao de Zeech, ianitorum reginalium magistro et comiti Soproniensi...Quia fideles nostri universi cives, hospites et populi civitatis nostre Soproniensis super octingentis fl. auri per nos anno in presenti...pro taxa super eosdem impositis nostre satisfactionem plenariam impenderunt maiestati, mandamus...fidelitati vestre..., quatenus...predictos cives, hospites et populos pretextu premissorum octingentorum florenorum...nullatenus aggravare, nec per aliquos, signanter per Iohannem dictum Weyssenstain de Buda impediri permittatis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr. appressi. In superiore margine Relatio Marci de Newremberga not. canc. legitur. Arch. Civit. Sopron. Dl. 356. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 4., nr. 116.) (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 7-8.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 133., nr. 6083.

507 Debrecen, 1408. jun. 17.

(In Debrechen, VIII. die solut.) Nos Andreas filius Nicolai de Teten, camararius salium regalium de Debrechen...m. comm., quod de centum et viginti fl. per centum novos denarios computandis, quibus...Michael de Kisuardya Johanni de Filuphaza, familiari nostro...octavo die festi penthecosten[1] nobis fl. sexaginta...solvere curavit, super quibus...eundem Michaelem...in persona ipsius Johannis...reddimus expeditum...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari viridis coloris sub textu appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.844. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy, II. 759.) - ED.: Zichy okmt. V. p. 458. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 143., nr. 6162.

1 Jun. 10.

508 Lucca, 1408. jun. 18.

(Luce, XIV. Kal. Jul., a. II.) Gregorius (papa XII.) etc(etera) Dilecto filio Nicolao Lermester opidano opidi Budensis et dilecte in Christo filie Anne, eius uxori, Vespr. dioc. salutem etc(etera). Provenit etc(etera)...(Concessio de remissione peccatorum).

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber VI., fol. 264. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 354.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 144., nr. 6169.

509 Buda, 1408. jul. 15.

(Bude, dom. p. Margarete.) Sigismundus...rex Hungarie...comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Pilisiensis...Dicit nobis Michael pistor nostre maiestatis, nobilis de Kysienew, quomodo Demetrius filius Stephani de Kysienew circa tempus vindemiarum proxime preteritum[1] ad portionem suam impignoratitiam in...Kysienew existentem et ad domum cuiusdam iobagionis sui in eadem residentis irruendo et ipsum de dicta domo sua extrahendo graviter verberasset; ...circa festum penthecostes...proxime transactum[2]...alium iobagionem suum Mathiam dictum de Ienew, in dicta portione sua impignoratitia commorantem de civitate nostra Budensi in libera via...versus propria proficiscentem insidiando...verberibus affecisset, per que verbera media manus amissa haberetur; tandem...eundem Mathiam de domo sua...in dicta portione sua impignoratitia edificata vi expulisset alias moraturum...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiantur veritatem, quam tandem nobis...rescribatis...

In dorso: Fidelibus suis comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Pilysiensis pro Michaele pistore nostre maiestatis, nobili scilicet de Kysienew. Inquisitoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. rotundi Eberhardi episcopi Varadiensis, aulae regiae cancellarii, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 9437. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1599. No. 50.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 124., nr. 517.; Zsigmondkori oklt. II/2 p. 156., nr. 6227.

1 In autumno anni 1407.

2 Circa 1408. jun. 3.

510 Praha, 1408. c. sept. 29.

(1408. c. f. Michaelis)...pro examine baccalariandorum, quod solet fieri circa festum Michaelis electi fuerunt quatuor examinatores:...magister Vincentius de Praga, et magister Joannes Benyn, qui cum decano admiserunt subscriptos tali ordine...(inter alios) Michael de Buda...

ORIG.: Liber matric. Universitatis Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Univ. Pragensis I/1. p. 400. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 173., nr. 6346.

511 Buda, 1408. nov. 17.

Nicolaus Treutul de Neuna, mag. tavarn. regalium causam inter nobilem dominam Elisabetham consortem Sigismundi filii Ladislai de Gemerew, inhabitatoris civitatis Budensis et magistrum Demetrium filium Nicolai filii condam Gregorii de Domozlo ratione tertiae partis cuiusdam sessionis in castro Budensi habitae vertentem unacum magistris prothonotariis specialis regiae praesentiae ac palatinali, necnon iudice ac iuratis civibus civitatis Budensis et regni nobilibus in sede sua iudiciaria pro faciendo causantibus iudicio moderativo sedentibus diiudicat.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubri et viridis coloris sig. pend. iam deperditi. In dorso manu coaeva Adiudicatorie super domo Budensi in vicu sancti Ioannis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9375. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 605. No. 28.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 297., adnot. nr. 104. (cum errore in dato et numero signaturae archivalis.); Zsigmondkori oklt. II/2. p. 183., nr. 6423.

Nos Nicolaus Treutul de Neuna, magister thauarnicorum regalium memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis: Quod nobis feria quarta proxima post festum beati Brictii confessoris[1] unacum magistris prothonotariis specialis regie presentie ac palatinali, necnon iudice ac iuratis civibus civitatis Budensis et regni nobilibus in sede nostra iudiciaria pro faciendo causantibus iudicio moderativo sedentibus, causalesque processus quorumlibet nostri in presentia litigantium discutientibus Sigismundus filius Ladislai de Gemerew, inhabitator dicte civitatis Budensis pro nobili domina Elizabeth vocata relicta condam Thome filii Gregorii de Domozlo, nunc vero consorte sua cum procuratoriis litteris dicte civitatis Budensis, presente et audiente magistro Demetrio filio Nicolai, filii predicti condam Gregorii de dicta Domozlo contra eundem proposuit eo modo, quod tertia pars olym cuiusdam deserte sessionis seu terre in dicto castro Budensi penes palatium magnum filiorum dicti condam Gregorii a parte australi et portam sancti Iohannis a parte meridiei habita existentis eidem domine cum suo censu feudali de iure deberet provenire; nam dicta tertia pars prescripte terre seu sessionis per annotatum condam Thomam priorem maritum ipsius domine Elyzabeth mediantibus litteris ipsius civitatis Budensis perpetuo empta extitisset et post mortem dicti Thome in ipsam dominam ac Petrum filium eiusdem ab ipso Thoma genitum et tandem ipso Petro filio suo ex hoc medio decedente in eandem dominam tamquam emptitia sui mariti condesscendisset; insuper medietas residuarum duarum partium prefate terre seu sessionis deserte, nunc vero edificiis operate, simulcum suo censu wlgo purgrecht dicto similiter in ipsam dominam per testationem predicti Petri filii sui devolvi deberet et derivari, et ibidem in persona dicte domine consortis sue in comprobationem premissorum quasdam duas litteras, unam videlicet dicte civitatis Budensis patentem, ac secundam testamentalem a prefato condam Petro filio suo a predicto condam Thoma procreato loquentem, sub tribus sigillis trium iuratorum dicte civitatis Budensis clause emanatam nobis curavit exhibere, quarum prime, videlicet dicte civitatis Budensis tenor talis est: (Vide nr. 49. Magistratus civitatis Budensis 1388. maj. 7.) Ex serie autem prescripte littere testamentarie per sepedictum condam Petrum filium ipsius Thome filii Gregorii, partem suam in domo Budensi concernentem domine matri sue legatam extitisse conspeximus manifeste. Quibus presentatis prelibatus magister Demetrius pro se personaliter et pro Ladislao filio Michaelis filii Ladislai filii Gregorii, ut asseritur, in tenera etate constituto nepote suo sine litteris procuratoriis in nostram exsurgens presentiam respondit ex adverso, quod ipse et predictus puer dicte tertie parti prescripte desolate sessionis seu terre cum suo censu per prefatum condam Thomam filium Gregorii, ut prefertur

pretio empte, in nullo contradicerent, sed residue due partes eiusdem sessionis cum earum censibus et quedam purkrechta sub castro, seu in suburbio castri Budensis existentia, videlicet annuatim octuaginta quatuor denarios facientia per condam dominam Claram avam ipsorum, ipsis videlicet nepotibus communiter legate fuissent, prefatum vero palatium magnum retro et ante Nicolao filio Gregorii parti suo, ac Stephano fratri patris sui et non aliis per eandem dominam Claram legatum fuisset; et tandem annotatus magister Demetrius portionem prefati condam Stephani fratris patris sui in eodem palatio existentem, eodem decedente, a quadam filia eiusdem vigore quarundam litterarum predicte civitatis Budensis coram nobis specietenus productis[a] pretio pro condigno comparasset, et ibidem quasdam litteras capituli ecclesie Budensis privilegiales in octavis festi beati Michaelis archangeli anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo emanatas nobis presentavit declarantes, quod cum idem capitulum Budense ad instantes petitiones nobilis domine Clara vocate, filie scilicet condam comitis Verneli, iudicis castri Budensis in infirmitate existentis discretos viros magistros Petrum et Iohannem socios et concanonicos eorum ad audiendas testamentarias dispositiones eiusdem domine pro testimoniis more solito destinasset; iidem demum unacum religiosis viris fratribus Paulo lectore dicto de Scepes et Emerico dicto de Alba regali, ordinis sancti Francisci ad ipsum capitulum reversi eidem concorditer retulissent eomodo, quod predicta domina Clara, licet in lecto egritudinis graviter decumbens extitisset, compos tamen sue mentis per omnia sana salubri confessione ad predictum fratrem Paulum lectorem, acceptoque sacro sancto corpore Christi, in eorum presentia inter ceteras suas salubres testamentarias dispositiones purkrechta ubicunque ipsam contingentia, preter purkrechto, quod nepti sue Magych nomine legasset, omnibus nepotibus suis et etiam domine Elyzabet sorori eorundem equaliter dividenda seu dividendas: item palatium suum, quod est prope ecclesiam sancti Iohannis ewangeliste Nicolao et Stephano filiis Gregorii nepotibus suis, ita videlicet, quod medietatem eiusdem a parte Danobiali seu orientalis Stephano, aliam dimidietatem a parte occidentali equaliter dividendo Nicolao, item tertiam partem cuiusdam sessionis circa dictum palatium existentis, nunc edificiis carentibus domine Elyzabet nepti sue perpetuo et irrevocabiliter legasset tenendas, habendas et possidendas. Quarum litterarum exhibitionibus factis, partibusque suomodo expositis, eedem partes eis in premissis per nos iuris equitatem petierunt elargiri. Et quia nos dictum magnum palatium nullius alterius, nisi prefatorum condam Nicolai et Stephani filiorum Gregorii partemque ipsius Stephani per predictum magistrum Demetrium sibi ipsi emptam fore comperimus, ideo nos unacum predictis nostris assessoribus eundem magistrum Demetrium in dominio dicti palatii tam in sua, quam predicti Stephani portionibus pacifice reliquimus ab impetitione predicte domine relicte ipsius Thome filii Gregorii liberum fore committentes; verum quia tertia pars predicte sessionis deserte ipsam dominam tamquam emptitia sui mariti, alia autem tertia pars eiusdem sessionis et purkrechti de suburbio tamquam ius et portio filii sui per eundem filium sibi legatam tangere agnovimus, alie vero due partes memoratis magistro Demetrio et Ladislao puero filio Michaelis cedi debere videbatur, pro eo nos predictorum nostrorum assessorum quesito et assumpto consilio, maturaque deliberatione prehabita iudicantes commisimus eo modo, ut homo noster per nos ad id specialiter deputatus unacum iudice et iuratis civibus civitatis Budensis predicte ad faciem dicte sessionis accedendo dividant ipsam inter ipsos modo antedicto. Cumque nos ad ipsam divisionem partes inter easdem faciendam hominem nostrum, videlicet magistrum Nicolaum filium Luce de Thofew vices nostras in iudicatu gerentem simulcum eisdem iudice et iuratis destinassemus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria sexta proxima post predictum festum beati Brictii[3] confessoris ad faciem iam dicte sessionis deserte, nunc edificiis decorate, accessissent, primo ipsam fune mensurando in duas partes equales divisissent, quarum una media pars a parte porte civitatis, porta sancti Iohannis vocate, pro premissis duabus tertiis partibus annotate domine Elyzabeth relicte ipsius condam Thome filii Gregorii, nunc vero consorti prefati Sigismundi, alia autem media pars cum porta magna similiter pro duabus tertiis partibus a parte sepedicti palatii magni filiorum Gregorii annotatis magistro Demetrio de Domozlo et Ladislao puero filio Michaelis cessisset in portionem, que per metas infrascriptas hoc ordine distingerentur: quod primo a platea ante eandem sessionem incepissent, ubi lapidem pro meta in terram fodissent, abhinc per unam domum pergendo transissent ad curiam eiusdem domus, ubi similiter lapidem pro meta posuissent, deinde tendendo ad partem orientis per totam curiam usque murum ipsius sessionis seriatim quatuor lapides pro metis erexissent; commisissent nichilominus, ut annotati magister Demetrius et Ladislaus puer de premissis purkrechtis in predicto suburbio existentibus annuatim duas partes, predicta vero domina Elyzabeth tertiam partem tollere debeant et habere et quousque

iuxta ordinem metarum iam dictarum partes predicte murum seu sepes inter ipsas vellent edificare, interim per predictam portam in portionem dictorum magistri Demetrii et Ladislai pueri cessam communiter ambulare valeant, sed tandem cum iuxta series dictarum metarum murum seu sepes inter ipsas erigerent, aut predicti magister Demetrius et Ladislaus puer super dicta porta edificium facere voluerint, extunc predicta domina Elyzabet sibi super portione sua sibi cessa portam facere teneatur. Omnia itaque premissa et quevis premissorum singula partes predicte benigne assumpsissent et inviolabiliter observare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras privilegiales litteras concessimus pendentis sigilli nostri munimine roboratas partibus pro predictis. Datum Bude predicta, secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo octavo.

[1] 1408. nov. 14.

[2] 1352. oct. 6. - Anjou V. p. 613-614. (Ex originali.)

[3] 1408. nov. 16.

512 1408. dec. 16.

(Dom. p. Lucie.) Nos Capitulum eccl. b. Martini de Scepus m. comm., quod nobilis domina Dorothea...filia magistri Michaelis Hank de Stoyanfalua, consors Nicolai Vlrici, civis de Leucha pro filiis ac filiabus suis...(cum onere)...ac idem magister Michael pater ipsius domine, necnon Ladislaus et Emericus filii eiusdem Michaelis...pro se et pro...Clara et Margaretha...filiabus predicti Michaelis (cum onere)...sunt confessi ..., quod orta inter eos materia questionis super iure...domine Dorothee puellari ac aliis iuribus domine Gertrudis matris sue possessionariis...et aliquamdiu in curia regie maiestatis ventillata; tandem proborum et nobilium virorum...amicabili inductione... interveniente, vidl. Ladislai filii Maryas de Markusfalua, Petri dicti de Buda civis de Leucha, Johannis dicti Srayber et Falkonberger de eadem Leucha ad...pacis unionem (in seqentibus fusius descriptam) devenerunt coram nobis...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo (obsoleto) sig. pend. iam deperdito. Arch. Nat. Hung. Dl. 60.995. (Sign. ant.: Arch. famil.Rhedey nr. 41.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 192., nr. 6477.

513 Praha, 1408. a. dec. 25.

(A. [1408.] a. Nat. Christi)...(In Universitate Pragensi)...pro examine ad baccalaridus (!) gradum, quod communiter ante nativitatem Christi festum fieri consuevit, ad decanum facultatis quatuor de nationibus 4, puta isti...electi, quibus presentati ad examinandum fuerunt triginta octo...(Item eodem die electi fuerunt assessores: magister Henricus Grunt et magister Burchardus de Bullinghen), Jacobus Ottlinger de Praga, Henricus Stoll de Hamelburg, Jacobus Strummel, Brictius de Buda...

ORIG.: Liber matric. Universitatis Pragensis. Arch. eiusdem Univ. - ED.: Mon. Hist. Univ. Pragensis I/1. p. 402. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 194., nr. 6491.

514 Buda, 1409. jan. 4.

(Bude, f. VI. a. epiph.) Sigismundus...rex Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis et eorum vicesgerentibus, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus et villicis, quibus presentes ostenduntur...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum, quod cum iobagiones ipsarum per provincias regni nostri pro aquirendis victualibus ipsorum necessariis accederent et proficiscerentur, tunc per nonnullos ex vobis in personis iudicarentur, in rebus et bonis eorum prohiberentur et arestarentur indesinenter. Unde, cum libertate privilegiata dicti claustri...requirente possessiones et iobagiones ipsius...a vestro

et cuiuslibet vestrum iudicio sint exempti, fidelitati igitur vestre firmissimo dantes regio sub edicto omnino volentes, quatenus iobagiones prenotati claustri et possessiones... dominarum sanctimonialium in eodem domino iugiter famulantium in quibuslibet earum possessionibus commorantes in tenutis, possessionibus, honoribus ac vestri in medio in nullis causis et causarum articulis iudicare..., nec res et bona eorundem arestare vel prohibere inrequisita prius iustitia audeatis, signanter vero pro debitis et offensis aliorum, sed si qui ex vobis quitquam actionis vel questionis adversus dictos iobagiones habent vel habuerint, id in presentia officialium dictarum religiosarum dominarum...prosequantur, qui si in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint vel remisse, extunc non iidem iobagiones earum, contra quos agitur, sed iidem officiales earundem in nostram presentiam per querulantes...evocentur, ex parte quorum nos omne iuris et iustitie exhibebimus complementum cuilibet querulanti...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9496. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 58. No. 19.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 196-197., nr. 6525.

515 1409. febr. 22.

Coram magistratu civitatis Veterisbudensis Andreas fil. Petri sclavi cum coniuge sue fundum curiae seu sessionem eorum in fine civitatis habitum Francisco fil. Petew et Katherinae consorti eiusdem pro quinquaginta fl. parvis (cum. exp. caut.) vendunt.

ORIG.: Membr. cum filo sericeo viridis col. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 5906. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1546. No. 20.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 207., nr. 6604.

Nos Andreas filius Petri iudex de VeteriBuda, necnon Iohannes dictus de Buda ac Iohannes Sciu[rus] et Ladislaus Iohannis filius, Brictius rufus iurati ceterique cives et universi hospites de eadem memorie commendamus sive tenore presentium significamus quibus expedit universis, quomodo providus vir Andreas filius Petri sclaui unacum coniuge sua ex consensu aliorum proximorum suorum pro quibusdam necessitatibus ipsorum reformandis fondum curie seu sessionem eorum in fine civitatis, in vicinitatibus domus relicte condam David in parte australi existentem, parte meridionali in vicinitatibus domus Anthonii sartoris, civi[a] civitatis Budensis cum omnibus utilitatibus ac edificiis universis Francisco filio Petew et domine Katerine consorti eiusdem ac suis heredibus et successoribus pro quinquaginta florenis parvis et simplicibus vendidisset adque[b] dedisset, ymo vendidit, dedit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum nullo penitus contradictore existente. Assumpmens tamen nichilominus prenotatus Michael dictus Sita eundem Franciscum vel suos successores secundum consuetudinem nostre civitatis previa ratione donationis ab omnibus molestare volentibus semper et ubique cum propriis suis laboribus et expensis expedire. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eiusdem duximus concedendas. Datum feria sexta proxima post diem cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nono.

[a] recte:civis
[b] recte: atque

516 Buda, 1409. febr. 25.

In processu iudiciario famil. de Losoncz et de Kovar super certis possessionibus in comit. Neograd. et Hont. habitis 1454. jun. 2. deducto quaedam litterae condam Nicolai de Gara regni Hung. palatini Bude, quadragesimo quarto die oct. festi epiph. domini, anno millesimo quadringetesimo nono clause emanatae et Capitulo eccl. Budensi directae Ladislaum de Palocz iudicem curiae regiae 1454. jun. 2. eatenus informarunt: Quod cum Nicolaus de...Gara palatinus, pater scil. dicti Nicolai de Gara palatini ad...petitionem...

Petri prepositi eccl. Demesiensis unacum Benedicto de Hathwan regio et Gregorio litterato capituli eccl. Albensis hominibus Thomam dictum de Zala hominem suum ad...possessionariam recaptivationem et statutionem faciendam de congregatione generali universitatis nobilium Hontensis et Neogradiensis comitatuum feria secunda...p....inventionem s. Crucis a. d. millesimo tricentesimo octuagesimo primo[1] ...prope villam Gyarmath celebrata transmisisset...iidem...reversi... retulissent, quod ipsi...quintodecimo die dicte congregationis[2] ad faciem possessionis Tholmach...accessissent et...eandem nomine iuris...prepositi et eius eccl. Demesiensis recaptivare et eidem statui facere voluissent, tunc Thomas villicus de eadem Tholmach in personis magistri Dyonisii filii Stephani condam bani, domini sui, statutioni eiusdem contradixisset, ob quam...regius et palatinalis et dicti capituli Albensis...magistrum Dionisium ad dictam congregationem...palatini citassent. Qua...relatione...percepta ipse palatinus dictam causam ad oct. nat. b. Johannis bapt. ... prorogasset[3]. A quibus...octavis dicta causa...primo coram eodem Nicolao palatino, patre ipsius condam Nicolai similiter palatini et post hec coram...Nicolao de Zeech et Stephano similiter palatinis diversis litium processibus pertransitis...ultimatim ad oct. festi epiph. domini anno millesimo trecentesimo octogesimo nono elapsas[4] deducta fuisset. Ipsis denique octavis instantibus magister Johannes canonicus eccl. Demesiensis...et Johannes magister eccl. b. Georgii martiris de Castro Budensi pro domino Petro Knol tunc preposito ipsius eccl. Demesiensis ad...Stephani palatini veniendo presentiam, presente prefato magistro Dyonisio...in huius conprobationem, ut predicta possessio Tholmach eidem ecclesie attinere deberet, quinque litteras...presentassent...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ladislaus de Palocz iudex curiae regiae 1454. jun. 2. Arch. Priv. Cap. Vaciensis. Középkori oklevelek. (Litterae mediaevales.) - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototeca.

[1] 1381. maj. 6.

[2] 1381. maj. 20.

[3] 1381. jul. 1.

[4] 1389. jan. 13.

517 1409. mart. 3.

(In Reminiscere.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod Gregorio filio Nicolai de Theten, alias de Kapronca, federe matrimoniali orbato seu viduo ac prolibus sexus utriusque destituto ab una, parte vero ex altera magistro Andrea de eadem fratre eiusdem uterino coram nobis...constitutis, idem Gregorius...est confessus...in hunc modum: ut quia ipse iuribus possessionariis hereditariis penitus... caruisset, nullisque suis ingenio et sagacitate possessiones et iura possessionaria acquirere potuisset, ...nec posset de presenti, neque valeret homo possessionatus effici; sed quia... mag. Andreas...in diversis servitiis et arduis agendis insistendo regiis, et fortune casibus se opponendo possessiones seu iura possessionaria non modica...absque omni iuvamine, industria et labore ipsius Gregorii fratris sui pro se et pro ipso Gregorio fratre suo acquisivisset et emisset suis propriis sumptibus idem mag. Andreas et expensis; ideo ipse Gregorius nichil iuris, nichilque proprietatis in dictis iuribus possessionariis per... magistrum Andream...sibi et...fratri suo acquisitis, emptis et in futurum...acquirendis habere de presenti et nec vellet in futurum, sed...omnia...iura possessionaria...per magistrum Andream acquisita et empta ad...magistri Andree heredes et successores redigi deberent et derivari, ideo...Gregorius frater eiusdem amodo et deinceps de universis possessionibus seu portionibus possessionariis...hucusque per...magistrum Andream acquisitis et in futurum acquirendis nichil plus sibi seu suis successoribus usque defectum seminis...magistri Andree habere vellet..., nisi quam seu quas ex eisdem possessionibus et iuribus possessionariis emptitiis et acquisitis seu in futurum acquirendis et emendis... mag. Andreas frater suus bona voluntate...sibi...daret...tali conditione interposita mediante, ut si...mag. Andreas frater suus sine heredum solatio ab hac luce decederet..., vel ipsum aut suos heredes semine deficere contingeret, extunc prescripte possessiones ac portiones possessionarie seu iura possessionaria tam per regiam maiestatem eidem

maiestatem eidem magistro Andree...et per eum sibi collate et donata, quam etiam emptitie ad ipsum et ipsius heredes ac posteritates devolvi deberent et redundare...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris A-B-C intercisa, cum plica et sig. de filo sericeo rubri coloris pend. In dorso manu coaeva haec adnot. est scripta.: Fassio Gregorii fratris magistri Andree. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.130. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 210-211., nr. 6622.

518 Buda, 1409. mart. 22.

(Bude, XI. Kal. Aprilis.) Iohannes...tit. s. Sixti presb. card. apost. sedis legatus univ. Christi fidelibus...salutem...Quum..., sicut accepimus, sit monasterium et locus ecclesiae b....virginis Mariae de insula Danubii ordinis praedicatorum, diocesis Vesprimiensis, in quo ...gloriosum corpus b. Margaritae virginis in domino requiescit, ad quod...visitantum maxima se dirigit devotorum multitudo; nos, cupientes divinum cultum et sanctorum dei ubilibet ardenter reverentiam augeri, ut eadem ecclesia congruis honoribus frequentetur et corpus dictae b. virginis sedulis devotionibus eo ferventius ac libentius fideles Christi visitent et confluant ad eosdem, quo exinde dono caelestis gratiae uberius conspexerint se refertos; ...omnibus vere poenitentibus et confessis, dictam ecclesiam b....virginis Mariae et dictae b. Margaritae virginis corpus devote visitantibus ac ad dicti monasterii sive ecclesiae fabricam manus porrigentibus adiutrices, vice qualibet...centum et quadraginta dies de indulgentia...elargimur...

ORIG.; TRANSCR. etc. non habentur. - ED.: Ferrarius, De rebus Hung. p. 339.; Katona, Hist. crit. XI. p. 782-783.; Fejér: CD. X/4. p. 771-772. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 223., nr. 6678. (Omnes ex editione Ferrarii.)

519 Buda, 1409. mart. 24.

(Bude, in Iudica.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., ...quod licet nos...magistro Andree litterato de Theten et per eum Gregorio fratri eiusdem in concambium ...castri eorum Egregh...in comitatu de Zarand existentis et suarum pertinentiarum, necnon portionis possessionarie ipsorum in possessione Theten...in comitatu Pesthyensi habita existentis et suarum utilitatum et presertim cuiusdam vinee in territorio eiusdem possessionis Theten, necnon duorum molendinorum similiter in facie eiusdem portionis possessionarie in fluvio Danuby decurrentium, quasdam possessiones nostras Koka, Sambok et Almas populosas, necnon Bably et Zentheged...desertas in...comitatu Pestyensi...existentes..., item nonnullas alias possessiones nostras, utputa: Ench, Thas, Trebes et Rosnok in Heues-uywariensi, necnon Zewres et Samsonhaza...ac portinem possionariam in possessione Kozar...habitam populosas cum loco castri Feyerkw...ad...Samsonhaza pertinente in Neugradiensi comitatibus adiacentes...simulcum cunctis omnium premissarum...utilitatibus et pertinentiis...prefatis magistro Andree litterato et Gregorio fratri eiusdem ac eorum heredibus...pro...fidelibus servitiis...magistri Andree per alias litteras nostras donationales[1] in perpetuum contulerimus, tamen dictas possessiones et portionem possessionariam cum loco castri predicti sub ea conditione dedimus..., ut si easdem et ipsum infra unius anni revolutionem ab ipsis magistro Andrea et Gregorio recipere...vellemus, extunc eisdem pro ipsis similes vel equivalentes aut maiores possessiones dare teneremur, ubi vero infra unius anni revolutionem...remutare dictas possessiones cum aliis...non possemus, extunc elapso uno anno nequaquam recipere...valeamus...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. subimpresso. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.131. (Arch. famil.Kapy.)-REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 125., nr. 520; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 223., nr. 6681.

[1] Sigismundus rex 1406. nov. 21. (Vide nr. 467.)

520 Buda, 1409. mart. 26.

(Bude, III. die dom. Iudica.) Nos comes Symon de Rozgon iudex curie...Sigismundi...regis Hungarie m. c., quomodo nos ad...petitionem religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda unacum Georgio de Basth... domini regis, ac Stephano litteratis...Nicolai de Gara dicti regni Hungarie palatini hominibus...Benedictum litteratum ad infrascriptam inquisitionem faciendam de curia regia duximus destinandum, demum iidem...nobis...retulerunt..., quod ipsi in dominica Iudica[1]...in civitate nostra Veterisbudensi...procedentes ab omnibus cuiusvis status, ecclesiasticis vidl. et secularibus fidedignis personis de infrascriptis talem scivissent veritatem, quod nobilis domina relicta Gregorii filii bani de Alsan quandam domum ipsarum religiosarum dominarum lapideam, cis claustrum predictum existentem semper et ab antiquo ad eundem[a] spectantem potentialiter retinuisset et retineret in eadem residendo ac ipsam desolando, et insuper unum missale ac unum orologium vitreum per condam dominam relictam Iohannis vayuode de Serke eidem claustro testamentaliter legatos[b] aufferendo conservaret, ipsasque religiosas dominas sanctimoniales multitudine turpitudinis verborum dehonestasset et dehonestaret in preiudicium ipsarum...dominarum et...dicti claustri valde magnum...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9525. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 7.) - ED.: (partim) Knauz Nándor: Kortan, Budapest, 1876. p. 15. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda nr. 113.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 224., nr. 6687.

[a] recte: idem
[b] recte: legata
[1] 1409. mart. 24.

521 Buda, 1409. apr. 12.

(Bude, f. VI. p. pascha.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie... marchioque Brandenburgensis..., sacrique Imp. vicarius generalis et regni Bohemie gubernator m. comm...., quod...pro...meritis...civium ac universorum hospitum civitatis nostre Korpana (!) nuncupate...in comit. Zoliensi existentis forum liberum singulis feriis secundis et tertiis immediate se sequentibus in omni ebdomada sub eisdem libertatum prerogativis, quibus fora libera aliarum civitatum nostrarum celebrari consuevissent...duximus...concedendum...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. sub textu appressi. In dextera parte superioris marginis Relatio domini Johannis prepositi Quinqueecclesiensis et plebani ecclesie Budensis not. canc. est scripta. Arch. civitatis Korpona (Krupina). Litt. D., nr. 1-3. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 231., nr. 6725.

522 Pesterzsébet, 1409. apr. 14.

(In Zenthfalua, VI. cong./f. III. p. Pasc.) Nos comes Simon de Rozgon iudex curie...m. comm., quod in congregatione...generali...universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comit. f. tertia...p. f. Passce[1]...prope villam Zenthfalua celebrata...frater Gallus pro rel. dominabus sanctimonialibus de Insula leporum...proposuit..., quomodo Johannes Martingar dictus, castellanus castri de Salmar...quandam possessionem earum Chabya vocatam...depredari fecisset... - petens nos..., ut iudices nobilium iuratique assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti, faterentur veritatem. Cumque nos eosdem...requisitos habuissemus, iidem...id, ut prefatus Martingar...dictam possessionem...devastari...fecisset..., unanimi...testificatione nobis affirmarunt...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. parvi tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9539. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 43.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 125., nr. 521. (Lit. erronee cum aliis lit. Sigismundi regis ab ipso identificatae.); Zsigmondkori oklt. II/2. p. 232., nr. 6734.

[1] Apr. 9.

523 Pesterzsébet, 1409. apr. 14.

(Prope villam Zenthfalua VI. congr./f. III. p. Passce.) Nos comes Simon de Rozgon iudex curie...Sigismundi regis Hungarie m. comm., quod in nostra congregatione generali...universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum f. tertia...p. f. Passce[1] prope villam Zenthfalua celebrata...frater Gallus pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum...proposuit..., quod Johannes dictus Martingar castellanus castri de Salmar...silvas possessionis ipsarum Chabya in magna earum parte succidi fecisset...Cumque nos iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem...id, ut prefatus Johannes Martingar dictas silvas...in maxima earum parte succidi fecisset..., concordi testificatione nobis affirmarunt...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. parvi tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9540. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 61. No. 30.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 125., nr. 521.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 232., nr. 6735.

[1] Apr. 9.

524 Buda, 1409. apr. 17.

Nicolaus de Szécs, magister tavarnicorum regalium medietatem cuiusdam domus in Castro Budensi habitam, a Jacobo Grechenger, habitatore civitatis Budensis minus iuste detentam, claustro et heremitis b. Mariae virg. de Örményes adiudicat.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. virid. col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9544., (Sign. ant.: Paul. Örményes. Fasc. 3. No. 3.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV.(1950) p. 285., not. 12.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 233., nr. 6740.

Nos Nicolaus de Zeech magister thavarnicorum regalium memorie commendamus, quod cum vir religiosus frater Nicolaus prior claustri fratrum heremitarum beate Virginis de Ewrmenes iuxta Kethhyda sua et aliorum fratrum de dicto claustro domino nostro Sigismundo regi in eo, quomodo Iacobus filius Iohannis Grechenger, habitator civitatis Budensis in medietatem cuiusdam domus in Castro Budensi, domibus Petri Rauchan et Sigismundi appotecarii vicine, dicto claustro per Nicolaum filium Iohannis de Kanysa, pridem similiter magistrum thavarnicorum regalium in perpetuam elemosinam date subintrando minus iuste eandem detineret, - querimoniam porrexissent, ipseque dominus rex percepta huiusmodi querimonia, officio nostri thauarnicatus exigente, in facto eiusdem medietatis dicte domus partes inter easdem nobis iudicium facere demandasset; tandem idem prior et Iacobus in figura nostri i[udi]cii assistentes et iam fatus prior dictam suam querimoniam ac propositionem contra antedictum Iacobum factam suo modo reiterans, duas litteras iudicis et iuratorum civium dicte civitatis Budensis, unam earum in vigilia festi beati Andree apostoli patenter[1], et alteram in crastino festi beate Lucie virginis et martiris privilegialiter[2], ambas anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo editas nobis demonstravit exprimentes, quomodo magister Georgius filius Nicolai de Kwuagowrs, castellanus Strigoniensis d[ua]s domos suas in Castro predicto, unam in vicinitate domorum Michaelis Nodlar et condam Vlrici Albi habitam, aliam vero domibus Petri Rauchan et Sigismundi appotecarii vicinam cum utilitatibus earum prefato Nicolao filio Iohannis de Kanysa pro possessione Be[nn]ek in comitatu Simigiensi adiacenti sub expeditoria cautione perpetuo possidendam contulisset, quas tandem duas domos idem Nicolaus filius Iohannis ob remedium sue salutis prefato claustro beate Virginis de Ewrmenes fratribusque in eo deo famulantibus

in sempiternam elemosinam habendas donavisset. Ipsis itaque litteris exhibitis ipse prior ex parte prefati Iacobi iudicium per nos sibi postulavit in premissis. Quo percepto idem Iacobus exurgens respondit tali modo, quod ipse in medietatem dicte domus, quam prefati fratres suam fore assererent, legitime subintrasset, et ibidem litteras Symonis filii condam Konye bani, ianitorum regalium magistri nobis presentavit, in quibus vidimus contineri, quomodo ipse Symon filius Konye bani memoratum Iacobum in dominium medietatis dicti fundi curie ipsorum heremitarum litigiosi fecisset introduci. In quarum contrarium prefatus prior allegabat tali modo, quomodo prescripta medietas domus antedicte, quam videlicet prefatus Symon filius Konye bani nomine iuris antedicti Iacobi eidem Iacobo ad suam suggestionem statui fecisset, eiusdem Iacobi et suorum priorum minime extitisset, et ibidem litteras privilegiales prefati Nicolai filii Iohannis de Kanysa magistri thavarnicorum in huius documentum in dicta civitate Budensi feria tertia proxima ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto[3] super certa communeratione[a] et statutione octo vinearum, unius orrei, medieque partis cuiusdam domus in dicto Castro Budensi, in oppositum[b] domus Iohannis Ellempek existentis, cuius videlicet d[omus] medietas dicti Ellempek haberetur, pro debito mille quadringentorum et sexaginta florenorum auri, quibus idem Iohannes et Iacobus Vlrico dicto Panser, civi dicti Castri fuissent obligati, per ipsum magistrum thavarnicorum eidem Vlrico modo et [ratione] in eisdem litteris facta exortas nostrum in conspectum curavit presentare. Unde, licet ipse Iacobus per dictum Symonem filium Konye bani in dominium prefate medietatis antedicte domus litigiose in vicinitate domorum memorati Petri Rauchan et Sigismundi appotecarii existentis inductus extiterit; tamen quia eadem domus antea ad prefatum Nicolaum de Kanysa permutative et demum ad prefatum claustrum de Ewrmenes donative devenisse revera reperiebatur; idem etiam Iacobus per nos requisitus nil iuris ad reoptentionem proprietatis ipsius medietatis dicte domus consuetudine predicte civitatis Budensis exigente producere et indicare valuit, ymmo hoc, ut quibus iure et titulis sibi pertinuisset, pertinereque posset, nullo documento evidenti, nullave ratione probabili potuit comprobare et nec in futurum assumpsit declarare; et ideo ipsa medietas iam fate domus contentiose antedicto Iacobo statuta prelibatis claustro et heremitis ex vigore prescripte donationis omni equitatis tramite pertinere agnoscebatur, pro eo baronum et procerum regni, iudicis etiam ac iuratorum civium civitatis antedicte nobiscum pro examine dicte cause in iudicio existentium quesito consilio et assumpto iam fatam medietatem prefate domus sepefatis claustro et heremitis adiudicantes, ac ipsam per eosdem iudicem et cives iuratos restatuere facientes relinquimus et comittimus eis iure ex premissis ipsis attinenti irrevocabiliter tenere et habere salvo iure alieno, prefato Iacobo et suis heredibus a modo in posterum perpetuum silentium imponentes ab eadem. Datum in predicta Buda feria quarta proxima ante dominicam qua cantatur Misericordia domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo nono.

[1] Vide nr. 145. 1392. nov. 29.

[2] Vide nr. 150. 1392. dec. 14.

[3] Johannes de Kanizsa, Buda, 1394. apr. 28. (Sensualiter.)

[a] recte: connumeratione.

[b] recte: in opposito.

525 Buda, 1409. jun. 19.

Albertus Gurbych, Iohannes filius Thomae et Iohannes de Septemtiliis cives Budenses, necnon Paulus prothonotarius palatinalis arbitratores a mercatoribus de Wratislavia et iobagionibus Ladislai filii Tetheus in possessione Wezeken commarantibus constituti ad ulteriorem deliberationem faciendam terminum partibus assignant.

ORIG.: Chart. pap. cum tribus sigillis annularibus (1. viridis, 2. et 3. flavei coloris) appressis. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.884. (Arch. famil. Zichy.) - ED.: Zichy V. p. 586. - Zsigmondkori oklt. II/2. p. 251., nr. 6846.

Nos Albertus Gurbych, Iohannes filius Thome, alter Iohannes de Septemtilys cives Budenses magisterque Paulus prothonotarius domini palatini recognoscimus presentes inspecturis, quomodo h...[a] inter mercatores de Wrateslauia et iobagiones magistri Ladislai filii Tetheus in possessione sua Wezeken vocata commorantes quedam iurgiorum genera inchoata fuissent, tamen iidem mercatores et prefatus magister [Ladislaus] veluti pacis amatores premissa et eorum singula nostris arbitrio et deliberationi submiserunt tali modo, ut [quecun]que nos adiunctis aliis probis viris super premissis inter partes quinto decimo die festi beati Iacobi apostoli nunc v[en]turo[1] hic Bude faceremus et dispo[ne]remus, in his eedem partes starent contente et hoc pro rato haberent et [in horum] testimonium presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in Buda predicta feria quarta proxima ante [festum] nativitatis beati Iohannis baptiste, anno domini M^mo CCCC^mo nono.

[1] 1409. aug. 8.

[a] Hoc loco unum vocabulum non est legibile.

526 Buda, 1409. jun. 19.

(Bude, f. IV. a. nat. Joh. bapt.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburg. etc(etera), sacri Romani imp. vicarius generalis, regni Bohemie gubernator m. comm., ...quod magister Ladislaus filius Ladislai filii Teuteus de Bakmonostora...(cum onere) Johannis et Stephani filiorum puellarumque Dorothee, Susanne ac Cristine filiarum, necnon nobilium dominarum Elizabeth rel. Nicolai de Lizko uterine, ac Katherine filie Thome filii Wezeus, rel. scil. Nicolai filii Falkus patruelium sororum suarum, item puelle Dorothee, filie eiusdem Nicolai Falkus ex ipsa domina Katherina procreate, Stephanique filii dicti Nicolai de Lyzko...ab una; parte vero ab altera Johannes et Stephanus filii Francisci dicti Chyko de Pomaz consimiliter (cum onere) nobilium dominarum Vrsule eiusdem mag. Ladislai, filii Ladislai, necnon Marte Nicolai Forgach de Gymes, ac Elene Johannis filii Gregorii de Bethlen consortum, puellarumque Susanne, Dorothee sororum ipsorum carnalium...nostre maiestatis in conspectu...sunt confessi..., quod ipsi...talem fecissent...dispositionem: ut si...aliqua pars ex eis vel successor virilis absque heredibus sexus masculini deficeret, extunc universe possessiones et iura possessionaria hereditariaque et acquisititia ac alie res et bona talis partis...in partem aliam superviventem...devolverentur...eo facto isto modo, quod possessiones emptitie, impignoratitie alieque quelibet res et bona mobilia ius femineum sequentur...per ipsos possidenda...; postmodum autem deficientibus...successoribus sexus feminei... possessiones emptitie et impignoratitie resque et bona rursum...in ius et proprietatem dicte partis superviventis...condescendi deberent...pleno cum effectu...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. mediocri de filo albi et et coerulei col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.817. (Sign. ant.: Arch. famil. Esterházy, Fasc. EE. No. 345., Repos. 32.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 250-251., nr. 6844.

527 Buda, 1409. jul. 26.

(Bude, in Anne.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen., sacri Rom. imp. vicar. gen. et regni Bohemie gubernator... unacum...prelatis, baronibus, nobilibus et potioribus...regni nostri proceribus decreto unanimi...statuimus...(I) ut amado in antea... (Textus huius articuli ab hoc loco idem est ac ille (cap. I.) decreti eiusdem regis 1397. aug. 3. emanati. (Vide nr. 244.)

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. sub textu appressi. In dorso manu fere coaeva Decretum super extractione iobagionum adnot. est scripta. Arch. Publ. Capit. Strigoniensis Capsa 49., fasc. 8., nr. 21. - ED.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 261-262., nr. 6934.; Dóry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 228-229. - COMM.: Bónis: op. in ED. cit. p. 228.

528 1409. jul. 28.

Iurati cives civitatis Budensis magistrum Franciscum Bernardi Gallicum concivem quoddam allodium suum prope eandem civitatem adiacens sub certis conditionibus comiti Simoni de Rozgony iudici curiae regiae pro ducentis fl. auri (cum exp. caut.) pignori obligasse testantur.

ORIG.: Chart. pap. cum quatuor sigillis annuleis viridis col. textui appressis. Arch. Nat. Hung. Dl. 9579. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 586. No. 22.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p.126., nr. 524.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 263., nr. 6943.

Nos Iohannes filius Thome, Iacobus sartor, Stephanus de Scepus et Gaspar iurati cives civitatis novi castri montis Pestiensis memorie commendamus, quod viro magnifico domino comite Simone de Rozgon iudice curie regie maiestatis ab una, parte siquidem ex altera magistro Francisco Bernardo Galico concive nostro coram nobis personaliter constitutis, per ipsum magistrum Franciscum Galicum oraculo vive vocis propositum et confessum extitit sponte et liberaliter in hunc modum: Quod ipse pro quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens urgentibus evitandis, quoddam allodium suum prope predictam civitatem Budensem adiacentem[a] cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet terris arabilibus, fenetis et domibus in superficie eiusdem adiacentibus pro ducentis florenis puri auri veri et legitimi ponderis prefato comiti Simoni plene prius ab eodem habitis et receptis, exceptis quadam domo lapidea ac orto seu pomerio ad ipsum allodium spectantibus, quos idem magister Franciscus pro semetipso reservasset, pignori obligasset, ymo impignoravit coram nobis tali modo, quod ipse magister Franciscus predictum allodium a data presentium usque revolutionem duorum annorum integrorum ab eodem comite Simone redimere non valeret neque possit; elapsis vero predictis duorum annorum spatiis, quandocunque idem magister Franciscus Gallicus vel sui successores a prefato comite Simone vel ipsius successoribus non in aliqua estimatione aut denariis, sed pro premissis ducentis florenis auri puri liberam redimendi haberent facultatem. Assumpmens nichilominus prefatus magister Franciscus Gallicus ipsum comitem Simonem et eius heredes contra quoslibet impetitores in pacifico dominio eiusdem allodii et utilitatum eiusdem propriis suis laboribus et expensis pacifice et quiete protegere et conservare; hoc etiam declarato, quod si prefatus comes Simon aliqua edificia in superficie ipsius allodii construi et edificari faceret, extunc ipse magister Franciscus tam diu, quousque de ipsis edificiis ipsi comiti Simoni vel eiusdem heredibus satisfactionem impenderet, ipsum allodium ab eodem redimere non valeret neque possit; hoc etiam non pretermisso, ut quando ipse magister Franciscus Gallicus vel sui successores prescriptum allodium vendere vel quoquomodo a se alienare niterentur, extunc nemini alteri, nisi prefato comiti Simoni vel ipsius heredibus, si idem comes Simon vel ipsius heredes ab ipso magistro Francisco vel ipsius successoribus in simili pretio, in quo alii emerent, pro se habere et comparare voluerint, vendendi vel perpetuandi haberent facultatem, ad quod idem magister Franciscus sigillum suum proprium propter maiorem rei evidentiam penes sigilla nostra presentibus imponendo se et suos successores sponte obligavit coram nobis testimonio presentium mediante. Datum die dominico proximo post festum beate Anne matris Marie, anno domini millesimo quadringentesimo nono.

[a] recte: adiacens

529 1409. aug. 19.

(XIV. Kal. Sept.) Sigismundus...Hungariae rex...ad univ. ...not. h. s. volumus pervenire, quod Stephanus filius Nicolai de Nyek sua, necnon nobilis dominae Barbarae sororis suae uterinae in personis...exhibuit nobis duas litteras: unam nostram patentem... qua mediante nos nob. dominam Barbaram filiam Lucae, fratris vidl. Georgii de Kalosz, matrem utputa ipsorum, in cunctis possessionibus et portionibus possessionariis antelati Georgii, hominis haeredibus sexus utriusque orbati...creasse in verum haeredem et legitimum successorem praefecisse dignoscimur; et aliam Capituli Albensis privilegialem super...statutione portionum praemissarum annotati Georgii de Kalosz in possessionibus

Kalosz, Pomasz, Békás, Megyer, Borosjenő, Orosz-Koltha vocatis...pro praefata... Barbara et ipsius haeredibus...facta confectas; supplicans exinde praefatus... Stephanus nostrae maiestati..., ut easdem ratas...habendo nostris litteris privilegialibus...inseri... faciendo pro ipsis et eorum haeredibus perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius...tenor talis est: (Vide nr. 169. Sigismundus rex Hung. 1394. maj. 5.) alterius vero ...privilegialis...tenor sequitur in haec verba: (Vide nr. 174. Capit. eccl. Albensis 1394. jun. 20.) Nos igitur...supplicationibus ipsius Stephani de Nyek...nostrae...porrectis maiestati...exauditis..., praefatas duas litteras...praesentibus...insertas...ratificamus ...simul cum praefectione...ac...statutione possessionaria...authoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque scientia nostrae maiestatis, praelatorum etiam et baronum nostrorum consilio...et decreto...pro praefatis Stephano et nobili domina Barbara eorumque haeredibus...innovantes perpetuo valituras confirmamus...salvis iuribus alienis...

ORIG.: Non extat. COPIA SIMPL.: Chart. pap. a. 1722. Arch. Nat. Hung. Dl. 107.243. (Arch. famil. Wattay.) - ED.: Kovachich: Supplement. I. p. 314. (partim); Fejér: CD. X/4. p. 759-760. (partim.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 269., nr. 6988.

530 Buda, 1409. aug. 31.

(Bude, XXXI. term./ oct. Jacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), marchio Brandenburgen. etc(etera), sacri Rom. imp. vicarius generalis et regni Bohemie gubernator d. pro mem., quod causam, quam...Petrus plebanus de Azzonpathaka, pro quo Johannes de Pest... astitit contra Nicolaum filium Ladislai de Nagmyhal...ad oct. f. b. Michaelis archang.[1]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. parvo Eberhardi episcopi Zagrabien., regiae maiestatis canc., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 85.585. (Arch. famil. Sztáray, sex. masc. nr. 206.) - ED.: Sztáray okmt. II. p. 71-72. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 271., nr. 7008.

1 Oct. 6.

531 Buda, 1409. sept. 9.

(Bude, XL. die oct. Jacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm. t. pr. signific. quibus expedit univ., quod cum Stephanus filius Nicolai filii Tilmani de Regenzenthamas in eo, quod condam Nicolaus filius Johannis filii Hench, rector Castri novi montis Pesthyensis, avus scil. et predecessor suus... castrum suum Symontornya vocatum, in comit. Tolnensi existens, in ipsum scil. Stephanum et alios fratres suos rite devolutum et eosdem pleno iure concernens, olim Stephano vayuode Transsilvanensi et comiti de Zolnuk simulcum possessionibus et villis ad idem...pertinentibus, receptis ab eodem...wayuoda... certis pecuniarum quantitatibus, tradidisset ad conservandum... eo modo, ut quandocunque ipse Nicolaus vel sui posteri prefatum castrum...cum...suis pertinentiis, persolutis premissis pecuniarum quantitatibus, ab eodem Stephano voyuoda ac suis heredibus repeterent, tunc ipsi idem et easdem eidem Nicolao et suis heredibus...remittere tenerentur et resignare. Nunc autem ipso Stephano vayuoda suisque heredibus absque prolibus ex hoc medio transmigrantibus...idem castrum...cum...ipsius pertinentiis...Johannes archiep. Strigoniensis ac Stephanus, pridem magister curie nostre, frater vidl. eiusdem archiepiscopi, ut ipse percepisset, a nostra sibi ipsis impetrassent...maiestate, ergaque eorundem manus haberentur de presenti, quod scil. et quas ipsos ab eisdem pro dicta pecunie quantitate per ...Stephanum wayuodam antefato Nicolao...data...redimere...vellet iure admittente, nostre celsitudini querimoniam porrigendo, eosdem...Johannem archiepiscopum ac Stephanum fratrem eiusdem...formam...ammonitionis et evocationis contra se...ad oct....b. Georgii mart. in anno...M° quadrigent. sexto...preteritas[1] nostram specialem in presentiam attraxisset in causam; et ab eisdem oct. ipsa causa...ad oct....b. Jacobi apostoli[2]..., et abhinc...ad oct....b. Michaelis archang. tunc venturas[3]...prorogata existente et eisdem ...Johanne archiepiscopo et Stephano fratre eiusdem octavas ad easdem non venientibus..., nos eosdem...ad certos terminos trinario numero evocari, ultimatim autem prefatum magistrum Stephanum, contumatia sua requirente, ad premissa in tribus foris conprovinci-

alibus...ad certum terminum nostram specialem in presentiam proclamari fecissemus; discussioque huiusmodi cause variis prorogationum cautelis intervenientibus...diversimode currendo octavas festi Epiph. domini proxime preteritas[4] dilative attigisset. Tandem ipsis oct. instantibus...prefatoque Stephano filio Nicolai filii Tilmani...in nostram specialem veniente presentiam et sibi ex parte prefatorum...Johannis archiepiscopi et Stephani fratris eiusdem per nos in premissis iuris equitatem postulante elargiri, Valentinus litteratus pro Johanne archiepiscopo ac Stephano fratre eiusdem...in...nostram specialem exurgendo presentiam responderat..., quod prescriptum castrum Symontornya...et eiusdem pertinentie ...Johanni archiepiscopo et magistro Stephano...litteralium instrumentorum vigoribus, in termino ulteriori per nos ipsis dando exhibendorum pertinerent. Unde nos hiis perceptis iudicantes commiseramus eo modo: ut...Johannes archiepiscopus et Stephanus frater eiusdem universa litteralia eorum instrumenta, si que in facto dicti castri et suarum pertinentiarum haberent confecta, in oct. b. Georgii...tunc venturis[5] contra...Stephanum filium Tylmani exhidere tenerentur coram nobis, quibus visis iudicium et iustitiam facere valeremus inter partes...prout dictaret ordo iuris...Denique ipsis oct....occurrentibus prefatus Stephanus filius Tylmani ...in nostram specialem veniendo presentiam volens dictum castrum castrum Symontornya...et suas pertinentias sibi pertinere debere, ac per...condam Nicolaum filium Johannis filii Hench awm suum prelibato olym Stephano vayuode pro certis pecuniarum quantitatibus ad conservandum traditum...extitisse declarare, quasdam viginti unam litteras nostrum iudiciarium produxerat ad examen. Quarum prima, utputa domine Elizabet regine privilegialis littera in Vissegrad, a. d. $M^{mo}CCC^{mo}$ vicesimo tertio, septimo Idus Sept. ...confecta[6], habens in se verbaliter et confirmative seriem quarundam litterarum privilegialium olim domini Karoli regis a.d. ...$M^{mo}CCC^{mo}$ vigesimo quarto, quartodecimo Kal. Febr.[7]...emanatarum...inter cetera expresserat, quod idem...Karolus rex consideratis...fidelium servitiorum meritis magistri Johannis filii Hench, rectoris Castri seu civitatis novi montis Pestiensis, castellani de Owar dilecti et fidelis sui, presertim hiis, quibus ipse eidem in expugnatione castri Tolnauar..., sub quo quidem castro in suo regali servitio quoddam castrum seu turrim sive possessionem Symontornya...cum omnibus suis attinentiis, pertinentiis et utilitatibus atque tenutis universis...eidem magistro Johanni filio Hench et per eum eius heredibus...de consensu prelatorum et baronum suorum...contulisset perpetuo possidendum. Altera autem ipsarum, vidl. Capituli ecclesie Budensis privilegialis feria secunda post dominicam Invocauit a. d. $M^{o}CCC^{o}$ septuagesimo septimo confecta[8] habens in se continentiam verbalem quarundam aliarum litterarum ipsius capituli a. d. $M^{o}CCC^{o}$ vigesimo quarto exortarum[9] et ad petitionem condam comitis Jacobi de Scepus iudicis curie regie per ipsum capitulum in eorum sacristia requisitarum...inter alia declararat, quod nobis domina Elizabet vocata soror inclusa, relicta vidl. Dominici filii Nicolai filii Parazth de genere Chaak, soror utputa...H(enrici) episcopi Vesprimiensis, aput nobiles dominas sorores de Insula b. virginis Marie tunc existentes coram discreto viro Petro decano et altero Petro dicto Zekel, canonico... ecclesie Budensis per ipsum capitulum...ad petitionem dicte...Elizabet ad prelibatam Insulam...transmissis, in medio ...aliarum dominarum inclusarum claustri loci eiusdem constituta, quandam possessionem suam Zekel, alio nomine Parazthzekel nuncupatam, in comit. Tolnensi existentem, cum terris Somfa et Olzekel vocatis et aliis suis attinentiis eidem annexis, partim ratione dotis sue et rerum paraphernalium per prefatum condam...maritum suum plurimis et validis instrumentis et partim per nobilem dominam Margareta vocatam, relictam condam Nicolai filii Parazth socrum suam, mediantibus litteris...Capituli Budensis...sibi datam... magistro Johanni filii Hench pro trecentis marcis fini argenti...vendidisset...sub expeditoria cautione..., cui quidem venditioni...H(enricus) episcopus Vesprimiensis, frater eiusdem...Elizabet...consensum prebuisset benivolum. Tertia vero ipsarum...Capituli Budensis privilegialis littera in crastino oct. f. Pasce d. a. eiusdem $M^{mo}CCC^{mo}$ vigesimo octavo exorta[10] enucliarat, quod Nicolaus filius Johannis et Vrcund filius Nicolai filii Johannis coram ipso capitulo Budensi...portionem ipsorum possessionariam in possessione Myzla vocata existentem, cuius scil. reliquas partes prefatus magister Johannes filius Hench, castellanus de Owar habuisset, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis eidem magistro Johanni et suis successoribus pro quatraginta marcis...similiter sub expeditoria cautione vendidissent... Series quarte...Capituli Budensis... privilegialis littere in vigilia f. b. Thome apostoli a.....$M^{mo}CCC^{mo}$ vigesimo nono confecte[11] decantarat, quod...magister Johannes filius Hench...ac Nicolaus filius Andree de Ozora...coram...capitulo Budensi...de...eorum possessionibus tale concambium peregissent: quod... magister Johannes filius Hench pssessiones suas Deegh a regia maiestate pro suis... servitiis impetratam ac Kamor circa fluvium Foksar in Vesprimiensi et Kvzepfalu in

Tolnensi comitatibus existentes, titulo emptionis ad ipsum devolutas..., Nicolao filio Andree, e converso autem... Nicolaus filius Andree possessiones suas Zenthpeter, Vyfalu, Kethemlevhele et Lowazzekel vocatas hereditarias, in comit. Tolnensi habitas cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis...eidem magistro Johanni, per eumque heredibus (suis) ...contulisset...possidendas. Quinta... Capituli Albensis privilegialis littera a. d. M^mo CCC^mo tricesemo quarto decimo Kal. Sept. emanata[12] manifestarat, quod nobilis domina Nathasia vocata, filia Symonis filii Salamonis per prefatum Nicolaum filium Andree de Ozora consanguineum suum iuxta continentiam litterarum comitis Pauli iudicis curie regie coram dicto Capitulo eccl. Albensis constituta super dote et rebus paraphernalibus matris sue et quarta sua puellari, in toto ad centum marcas se extendentibus, de universis possessionibus dicti condam Symonis patris sui erga...magistrum Johannem filium Hench, comitem Mosoniensem et castellanum de Ovar, ac Nicolaum filium eiusdem ex regia collatione existentibus sibi provenire debentibus, habita prius ab ipso magistro Johanne... satisfactione, expeditum reddidisset...eundem et suos posteros ratione dictarum dotis et rem paraphernalium ac quarte puellaris contra quoslibet impetitores expedire suis laboribus et expensis assumpmendo; preterea ipse Nicolaus filius Andree quasdam possessiones seu terram Chuzfeld vocatam in comit. Vespr. habitam, nomine terre preconum per...magistrum Johannem a regia benignitate impetratam, ac possessionem Debrente vocatam, in comitatu Tolnensi existentem, eidem magistro Johanni filio Hench et Nicolao filio eiusdem, eorumque posteritatibus...remisisset...coram capitulo ecclesie Albensis...Sexta nempe...Capituli Budensis privilegialis littera in octavis Penthecostes a. d....M^mo tricesimo quinto edita[13] enodarat, quod Georgius filius Georgii nobilis de Toplouch...tam pro se, quam pro Desew, Johanne et Georgio filiis suis coram ipso capitulo...quandam terram seu possessionem suam Bagath vocatam, in comit. Albensi circa fluvium Foksar existentem, cum omnibus suis pertinentiis, prefato magistro Johanni filio Hench, castellano de Owar et comiti Mosoniensi pro septuaginta marcis Bude currentibus (cum exp. caut.)...confessus fuisset vendidisse. Ex tenore...septime, utputa Conventus cruciferorum ecclesie s. Trinitatis de Callidis aquis privilegialis littere in oct. f. nat. Johannis bapt. a....Millesimo CCC^mo tricesimo septimo suborte[14] repertum fuerat, quod nobilis domina Elizabet relicta condam Vrkund, filia vidl. condam Vgrini de Hothwan coram ipso conventu de...permissione filiarum suarum ...possessionem Hothwan pro dote et rebus suis paraphernalibus sibi devolutam ac quartam puellarem Elene filie sue ab eodem Vrkund progenite...sibi cedere debente magistro Nicolao filio...Johannis filii Hench pro quinquaginta marcis rationis Budensis...vendidisset... Intellectus...sensualis octave in quindenis f. b. Georgii mart. a. d. M^o trecentesimo tricesimo octavo confecte[15]...Capituli Budensis privilegialis littere explicarat, quod Nicolaus filius Pauli dicti Fichench de villa Hydekuth coram dicto capitulo... quedam quatuor iugera terrarum suarum arabilium in territorio eiusdem ville Hydegkuth in vicinitatibus terrarum arabilium Stephani Cuspi ac Petri de eadem Hydegkuth adiacentia iure paterno sibi devoluta comiti Tylmano, condam iudici civitatis Castri Budensis et suis posteritatibus...possidenda pro tribus marcis Bude currentibus vendidisset sub exp. cautione. ...Nona...dictarum litterarum...condam...Karuli regis feria quarta p. f. nat. b. Johannis bapt. patenter[16], ac decima Conventus ecclesie Saxardiensis feria quarta proxima p. f. b. Jacobi apostoli a. d. M^mo CCC^mo quadragesimo primo[17] privilegialiter emanate inter cetera propalarant, quod Gregorius Bissenus filius Johannis de Sadan et Mathias frater suus uterinus primo in presentia...Karuli regis et tandem ipso conventu Saxardiensi... quasdam possessiones Bessenew, Egres et Hotwan vocatas...nomine iuris Bissenorum, predecessorum ipsorum, a regia maiestate per ipsos impetratas et quas dudum magister Johannes filius Hench nomine possessionum condam Symonis filii Salamonis de Symontornya, hominis sine heredum solatio decedentis ab ipsa regia maiestate...impetrasset, recognoscentes easdem ex ipsis collationibus regalibus prefato Johanni filio Hench potius, quam ipsis pertinere debere, magistro Nicolao filio dicti Johannis filii Hench remisissent...in forma expeditorie cautionis litteris in eisdem...declarata. Undecima...ipsarum...Capituli Budensis privilegialis, necnon duodecima...olim Stephani wayuode patens littere, utreque in festo b. Mathei apostoli et ewangeliste a. d. M^mo CCC^mo quadragesimo sexto sub uno sensu et forma verborum suborte[18] nos eatenus informarant, quod idem Stephanus wayuoda ac condam magister Nicolaus filius Johannis filii Hench, rector Castri novi montis Pestyensis, proximus scil. eiusdem Stephani wayuode, primo seriem...litterarum ipsius Stephani wayuode Bude, maiori suo sigillo a tergo munitarum et tandem idem Nicolaus filius Johannis filii Hench ab una, ac magister Demetrius prothonotarius predicti Stephani wayuode domino suo...coram...capitulo Budensi parte ab altera constituti, prefatus magister Nicolaus filius

Johannis...castrum suum Symontornya..., in comit. Tolnensi existens...Stephano wayuode ...tradidisset ad conservandum et ad idem castrum duas villas suas Bord prope dictum castrum in Albensi et Balphath vocatas in Vespr. comitatibus existentes, necnon unum molendinum cum una rota et molari in fluvio Kopos pro sustentatione et conservatione dicti castri applicasset...; alias etiam possessiones suas in eisdem comitatibus Tolnensi, Albensi et Wesprimiensi ad predictum castrum pertinentes quovis titulo ipsum tangentes cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis...eidem Stephano wayuode similiter ad conservandum tali modo contulisset, quod in ipsis aliis possessionibus suis procurator...magistri Nicolai per ipsum constitutus resideret et permaneret et omnes reditus earum et proventus eidem magistro Nicolao amministraret, ad quas alias possessiones ipsius magistri Nicolai exceptis predictis duabus villis Bord et Wolphath vocatis ac uno molendino suo, pro quingentis marcis computi Budensis ducentis ex ipsis iam acceptis contulisset...hoc adiecto, quod si...ipsum magistrum Nicolaum de consorte sua, sorore vidl....Stephani wayuode, vel ipsa de hac luce decedente de alia domina, legitima coniuge sua filium habere contingeret, tunc ipsum castrum...cum possessionibus suis...idem magister Nicolaus ab eodem Stephano wayuoda vel suis heredibus peteret resignare, idem Stephanus wayuoda vel sui heredes, in revolutione anni ipsius diei repetitionis ipsum castrum et possessiones... magistri Nicolai...ad ipsum castrum spectantes eidem magistro Nicolao resignare teneretur. Ex serie...tredecime earundem, vidl. Capituli Budensis in oct. f. b. Stephani regis in...a. d. M°CCC° quatragesimo sexto clause emanate[19] littere adinveniebatur, quod...Nicolaus plebanus ecclesie b. Marie virg. de Castro Budensi...magistrum Nicolaum filium Johannis filii Hench...ne iura sua de possessionibus...ipsius Nicolai ubicunque habitis, quacunque ratione ad ipsum proveniendis vendere, impignorare vel aliquo titulo a se alienare posset, Stephanum vero vayuodam...ab emptione, pro pignore receptione vel quovis titulo occupatione eorundem prohibuisset inhibendo. Quartedecime vero predictarum litterarum... utputa Nicolai de Gara condam palatini in Vyssegrad octavo die octavarum f. b. Michaelis archangeli[20] et quindecime condam...Lodouici regis,[21] ac sedecime comitis Jacobi de Zepes,[22] ambarum in...Vyssegrad in f. b. Simonis et Jude apostolorum, necnon decime septime Conventus cruciferorum de Alba in f. Omnium sanctorum[23], ac decime octave... Capituli Budensis patentium litterarum quinto die dicti festi Omn. sanct. a. d. M°CCC^mo septuagesimo octavo[24] post sese consequenter exortarum sensus verbales explicarant, quod Nicolaus filius Tylmani civis Budensis sua ac Johannis fratris sui in personis...Stephanum wayuodam et alterum Stephanum magistrum agazonum regalium, necnon Dyonisium filium condam Dyonisii vayuode a divisione castri Symontornya et suarum pertinentiarum inter ipsos ad tunc quoquomodo facta vel fienda, ac eosdem et alios quoslibet ab occupatione, detentione et conservatione ipsarum ac sibiipsis perpetuatione contradixit inhibendo. Decimo nona...Budensis capituli sabbato proximo a. dominicam Reminiscere a. d. M^moCCC^mo nonagesimo septimo[25], (Vide nr. 230. Capit. eccl. Budensis 1397. mart. 17.) necnon vigesima...Albensis Capitulorum in f. b. Jacobi apostoli a. d. M^moCCCC^mo primo patenter exorte[26] littere (Vide nr. 331. Capit. eccl. Albensis 1401. jul. 25.) indicarant, quod primo Nicolaus filius Johannis dicti Kakas de Regenzenthtamas sua Johannisque fratris et nobilis domine Kathlen vocate sororis uterine, necnon Jacobi, Stephani, Ladislai et Johannis filiorum, ac domine Anne filie condam Nicus Tylman patruelium in presentia...Capituli Budensis, et tandem Stephanus filius Tylman de dicta Regenzenthtamas similiter sua ac Jacobi, Johannis et Ladislai filiorum dicti Tylmani fratrum suorum uterinorum in personis coram dicto Capitulo Albensi nostram celsitudinem a donatione et collatione castri ipsorum Symontornya vocati et suarum pertinentiarum ac...Johannem archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, necnon Nicolaum et Stephanum filios Johannis de Kanisa ab impetratione et receptione, conservatione et sibiipsis perpetuatione dicti castri et possessionum ad idem pertinentium prohibuisset maiestatem. Series...verbalis vicesime prime et ultime, nostre scil. patentis littere sub maiori novo sigillo nostro a tergo consignate foret talis: (Vide nr. 411. Sigismundus rex Hungariae 1405. mart. 31.) Premissis itaque litteris exhibitis...Stephanus filius Tylmani...instrumenta per...Johannem archiepiscopum ac magistrum Stephanum fratrem eiusdem exhibere assumpta per eosdem exhiberi postulavit coram nobis. Quo audito Valentinus litteratus pro...domino archiepiscopo et magistro Stephano...in...nostram specialem insurgendo presentiam pro premissis per ipsos...exhibere assumptis litteralibus instrumentis...quasdam litteras nostras privilegiales a. d. M^moCCCC^mo sexto, decimo nono Kal. Febr....emanatas (Vide nr. 444. Sigismundus rex Hungariae 1406. jan. 14.) habentes in se...confirmative seriem...aliarum nostrarum litterarum privilegialium a. d. millesimo quadringentesimo primo, tredecimo Kal. Marty exortarum nobis presentarat

declarantes: (Vide nr. 319. Sigismundus rex Hungariae 1401. febr. 17.) Quarum... litterarum per partes productarum exhibitionibus factis...Stephano filio Tylmani se dictoque Valentino litterato...Johannem archiepiscopum, necnon magistrum Stephanum nulla plura instrumenta preter exhibita facto in premisso ad presens vel in futurum exhibenda habere ...posse referentibus, eisdemque iuris medelam elargiri postulantibus, cum nos inter partes iudicium facere voluisse mus, mox prefatus Johannes archiepiscopus personaliter in ...nostram specialem veniendo presentiam allegarat..., ut quamvis...suus et...Stephani fratris sui procurator...ipsos nulla plura instrumenta preter preexhibitas litteras nostras ...facto in premisso habere asstruxerit, tamen ipse et...frater suus...in facto...castri Symontornya...etiam...alia haberent instrumenta, quas...allegata...procuratoris eorum ...revocando...exhibere promti essent....Unde, hiis perceptis, discussionem premissorum ...ad oct. f. b. Jacobi apostoli[27]..., ubi tunc cum...prelatis et baronibus nostris deo duce constituemur, nostram personalem in presentiam duxeramus prorogandam...Ipsis denique octavis advenientibus...Stephano filio Tylmani...presente...Johannes archiepiscopus exhibitione duarum litterarum, unius vidl. nostre privilegialis...a. d. M^mo quadringentesimo sexto decimo nono Kal. Febr....edite (Vide nr. 444. Sigismundus rex Hungariae 1406. jan. 14.) tenoremque aliarum litterarum nostrarum donationalium...privilegialiter a. d. M^moCCC^mo nonagesimo septimo quinto Nonas Marty exortarum...confirmative in se continentis (Vide nr. 227.Sigismundus rex Hungariae 1397. mart. 4.), et alterius Capituli Budensis statutorias similiter privilegialiter alias sedecimo ferie sexte proxime p. f. Divisionis apostolorum, diei scil. introductionis et statutionis Castri et possessionum pro Johanne archiepiscopo et fratribus suis facte a....M^moCCC^mo nonagesimo septimo confecte ...(Vide nr. 245. Capitulum ecclesiae Budensis 1397. aug. 4.)..Et quamquam huiusmodi littere per ...Johannem archiepiscopum suo et...magistri Stephani fratris sui...coram nobis ...in iudicio exhibite...pro sui iuris...conservatione sufficere...censebantur..., tamen idem...quasdam litteras quondam... comitis Nicolai de Zeech, iudicis curie...Lodouici regis Hungarie...in facto dicti castri et suarum pertinentiarum...confectas, modum et formam...sue iudiciarie deliberationis in se denotantes, in Wyssegrad, sedecimo die oct. f. b. Georgii mart. a. d. M^moCCC^moIxxx^mo primo privilegialiter emanatas[28] nostre culmini curavit demonstrare declarantes inter cetera, quod cum Nicolaus filius Tylmani civis Budensis prefatum condam Stephanum wayuodam Transsiluanum, filium...condam... Stephani filii wayuode...regiam in presentiam ad oct. diei cinerum, in a. d. (M^moCCC^mo IXX^mo)...octavo in causam attraxisset[29], tandem ipsis oct....instantibus idem Nicolaus filius Tylmani...in presentiam...comitis Jacobi tunc...iudicis curie regie accedendo contra dictum Stephanum condam wayuodam proposuisset..., quod castrum suum Symontornya vocatum cum duabus villis prope idem castrum existentibus per Nicolaum filium Johannis filii Hench, avunculum suum condam...Stephano filio Lachk wayuode Transsiluanensi pro ducentis...marcis...pignori obligasset, quod quidem castrum ipse pro predicta summa pecunie a dicto Stephano condam wayuoda, filio prefati condam wayuode, apud cuius manus idem existeret, rehabere vellet....Quo percepto...procurator...prefati Stephani wayuode...dictum castrum...cum suis pertinentiis eidem...wayuode vigoribus... litteralium instrumentorum in ulteriori termino exhibendorum pertinere allegasset, et cum tandem eodem Stephano intervenientibus prius quibusdam prorogationum cautelis... ultimatim ad exhibenda dicta sua litteralia instrumenta in presentiam...comitis Jacobi non veniente..., idem primo...evocatus et tandem in tribus foris conprovincialibus proclamatus ...extitisset, et exhibitio eorundem instrumentorum inter partes prenotatas, medio tempore ... comite Jacobo...de medio sublato et...honore iudicatus curie regie...comiti Nicolao de Zeech collato, in ipsius comitis Nicolai presentiam ad oct. Georgii mart. ...in...a. d. M^moCCC^moIXXX^mo primo transactas deventa fuisset[30]....Tandem ipsis oct. instantibus prefatus Nicolaus filius Tylmani...quasdam quinque litteras, unam vidl. de discreto viro olym ...Petro plebano Budensi loquentem testamentalem in modo registri scriptam, duobus sigillis, uno vidl. ipsius plebani et altero condam magistri Johannis filii Hench, rectoris dicte civitatis Budensis consignatam, annumque et diem emanationis sue in se non habentem, inter...alia... exprimentem, quod...magister Johannes in lecto egritudinis decumbens... inter certas suas testamentarias dispositiones Nicolao filio suo omnes possessiones suas tam in domibus, quam in vineis, absolute autem castrum Symontornya cum omnibus pertinentiis suis..., insuper mille marcas grossorum legasset; duabus vero filiabus suis similiter mille marcas grossorum legavisset; tres vero predictas, vidl. nuper per prefatum Stephanum actorem coram nobis productas, in superioribus sensualiter conscriptas, unam utpote...condam Stephani wayuode patentem[31], aliam... Capituli Budensis[32], quibus...

mediantibus...Nicolaus filius Johannis filii Hench...castrum suum Symontornya...condam Stephano wayuode...ad conservandum tradidisset; tertiam autem...Capituli Budensis[33], per quam...olym Nicolaus plebanus Budensis...Nicolaum filium Johannis filii Hench a venditione, impignoratione ac alienatione iurium suorum possessionariorum, prefatum Stephanum vero...ab emptione, pro pignore habitione, aut alicuius nominis titulo occupatione eorundem et alios quoslibet prohibuisset; quintam, vidl. similiter Capituli Budensis...prohibitoriam a. d. M^{mo}CCC^{mo} quadragesimo tertio, sab. prox. p. f. Conversionis s. Pauli apostoli subortam[34] explanantem, quod idem Nicolaus plebanus... per modum protestationis dixisset, quod prout ipse (precepisset), magister Nicolaus filius condam magistri Johannis filii Hench, rector dicte civitatis Budensis...suum testamentum ...suis et quamplurimorum iuribus contrarium sine scitu ipsius condidisset, unde... magistrum Nicolaum ab ordinatione talis testamenti facti vel faciendi et alios...ab omnium rerum suarum...occupatione prohibuisset, iudiciario examini ipsius comitis Nicolai curasset exhibere. Quibus exhibitis...Nicolaus filius Tylmani se et predictum condam Nicolaum plebanum fratrem suum...filios filie prefati condam Johannis filii Hench fore, et...castrum Symontornya...ac dictas duas possessiones prope idem castrum existentes ...Johanni filio Hench et Nicolao filio suo sine heredibus defunctis, in ipsos tamquam successores eiusdem Johannis de iure devolutas fuisse asserendo,...instrumenta per...condam Stephanum wayuodam exhibere assumpta per eundem exhiberi postulasset. Quo percepto ...Stephanus wayuoda...quasdam duas litteras...domini Lodouici regis, unam patentem et aliam privilegialem eidem comiti Nicolao demonstrasset, quarum prima, vidl. patens littera in a. d. M^{mo}CCC^{mo}lX^{mo} quinto, in f. b. Jacobi apostoli confecta[35] inter alia declarasset, quod magistro Nicolao filio Johannis filii Hench, rectoris Castri novi montis Pestyensis ab una, item...Stephano wayuoda Transsiluanensi, comite de Zolnuk parte ab altera coram...regia maiestate...constitutis et astantibus ipsis Johanne dicto Sebech et Leustachio filio Geleth propositum extitisset per...magistrum Nicolaum filium Johannis filii Hench..., quod quia ipse magister Nicolaus...heredum solatio foret destitutus, dictusque Stephanus wayuoda...in ipsius necessitatibus pius sublevator...extitisset, ob hoc universarum suarum possessionum ubilibet in regno Hungarie existentium..., specialiter castelli sui Symontornya appellati in comit. Tolnensi existentis cun suis pertinentiis, scil. Perged, Myzla, Zekel, Alegres, Felegres, item Zenche prope Budam existentibus...et aliis quibuslibet quovismodo ipsum tangentibus prefatum Stephanum wayuodam et filios suos ...veros heredes et dominos constituisset...ita, ut si ipsum magistrum Nicolaum sine herede decedere contingeret, tunc idem Stephanus wayuoda et filii sui ac successores ipsorum in veros diminos et heredes post post mortem ipsius...succederent...et in manus eorundem devolverentur...obligans se..., ut de dictis possessionibus suis nullam posset in toto vel in parte medio tempore cuiquam alteri vendere vel alienare modo aliquali; secunda vero privilegialis littera...Lodouici regis a. d. M^{mo}CCC^{mo}XI^{mo} septimo(pridie) Kal. July emanata[36] inter ...alia manifestasset, quod...dominus Lodouicus rex...universas possessiones et proprietates condam Nicolai filii Johannis filii Hench, rectoris civitatis Budensis sine herede decedentis ubique in regno suo existentes...specialiter castrum Symontornya vocatum cum omnibus suis pertinentiis ...et utilitatibus...Stephano wayuode, item Dyonisio, Nicolao, Emerico et Stephano filiis ipsius et per eos heredibus eorum... iure perpetuo...possidendas nove sue regie donationis titulo contulisset. Quarum quidem litterarum exhibitionibus factis, annotatus comes Nicolaus pretactum castrum Symontornya cum suis pertinentiis, rationibus ex prescriptis, prelibato Stephano wyuode legitime pertinere agnoscens, eidem et eius heredibus ac posteritatibus universis perpetuo possidendum adiudicasset, prefatum Nicolaum filium Tylmani pro indebita requisitione dicti castri et possessionum predictarum in earundem estimatione convictum fore decernendo. Ipsarum itaque litterarum per...Johannem archiepiscopum post premissam suam procuratoriam revocationem iuxta ritum et consuetudinem regni nostri admissam, sua et...fratris sui in personis coram nobis productarum exhibitionibus factis et ipsarum continentiis coram nobis et dictis prelatis, baronibus, proceribus, necnon aliis iuris peritis viris et legislatoribus regni nostri perlectis, revisisque vigoribus et continentiis eorum, propositionibus etiam ac responsionibus, replicationibus, obiectionibus et exceptionibus partium... hincinde habitis...eedem partes...sibi...utrisque iuris...medelam, iustitieque complementum super premissis per nostram maiestatem postularunt elargiri. Verum licet... condam Nicolaum filium Johannis filii Hench...castrum Symontornya simulcum...villis Bord et Balphach...ac molendino per modum pignoris...condam Stephano wayuode, patri... alterius olym Stephani wayuode tunc in causam attracti...ad conservandum tradiderit...,

predicte etiam prohibitiones occasione predicti castri et suarum pertinentiarum primo pro parte...Nicolai plebani, necnon alterius Nicolai filii Tylmani, filiorum vidl. filie... condam Johannis filii Hench; et tandem successive pro...Stephano actore, necnon fratribus ipsius..., nepotibus scil. memorati Johannis filii Hench, feminei upputa generis ...fuerint procurate; tamen quia...olym...Johannes filius Hench...castrum, seu turrim, sive possessionem Symontornya appellatam cum...suis attinentiis..., in quibus ex naturali propagatione tanquam legittimus heres suus prefatus Nicolaus filius ipsius...per... dominum Karolum regem...sibi et suis posteritatibus in perpetuum dari et conferri procurando et quasdam possessiones et portiones ac particulas possessionarias...pro predictis pecuniarum quantitatibus...comparando et iuri suo annectendo; postremo ad diem et exitum ultimi sui ewlogii deveniens omnes possessiones sua, tam in domibus, quam in vineis...ante dictum castrum Symontornya...cum omnibus ipsius pertinentiis, sive essent villa, sive alia attinentia, simulcum mille marcis grossorum memorato Nicolao filio, duabus vero filiabus suis similiter et eodem modo mille marcas in forma testamenti legavisse; idemque Nicolaus filius ipsius Johannis filii Hench tandem...Stephanum wayuodam et filios eiusdem universarum possessionum suarum et presertim castri sui Symontornya... et suarum pertinentiarum...veros heredes et dominos in presentia...Lodouici regis constituisse, ipso quippe Lodouico rege...castrum Symontornya...et alia iura possessionaria ipsius condam Nicolai filii Johannis filii Hench, eo sine heredibus de medio sublato, approbata regni sui consuetudine dictante manibus suis regiis devolutum et redacta tanquam ius suum regium dicto Stephano wayuode et prefatis filiis suis et eorum posteritatibus... perhempniter conferente et donante; prelibatus profecto comes Nicolaus de Zeech easdem possessiones et castrum cum suis pertinentiis antelato Stephano wayuode suisque successoribus...perpetuo possidendum adiudicasse. Hiisque sic habitis serenitas nostra idem castrum Symontornya nuncupatum cum dictis suis pertinentiis et tenutis per...Stephanum wayuodam ac...alterum Stephanum filium Dyonisii wayuode et Andream filium Nicolai... wayuodam vigore...donationis...Lodouici regis et iudiciarie deliberationis et sententie... comitis Nicolai de Zeech diutius possessum et postmodum...Stephano wayuoda et altero Stephano ac Andrea in...infidelitatis labem contra nostram claritatem et sacrum regium dyadema notorie commissam incidentibus...seque exigentibus eorum demeritis notam criminis lese maiestatis et infidelitatis tangentibus, omnibus et singulis castris, opidis, villis et possessionibus, necnon honoribus indignos facientibus et ex patrato scelere sententiam ultionis in se recipiendo ab omnique iure possessionario se destituendo propria militia eorum cadentibus, et nedum ipsimet, sed et posteritates eorum universe, tam masculini sexus, quam etiam feminei generis omni portione et iure que et quod eisdem quoquomodo deberentur ex eisdem et potuissent competere et provenire non inmerito, sed iuste venirent destituendi, ymmo approbata regni nostri lege decernente sunt de facto privati sine omni spe restitutionis; et idcirco etiam ipsum castrum Symontornya cum suis tenutis...tamquam ob...eorum infidelitatem manibus nostris regiis, dicti regni nostri sancita consuetudine suadente rite et legittime devolutum, serenitas nostra...nostris fidelibus domino Johanni archiepiscopo ecclesie Strigoniensis, necnon...Nicolao thauarnicorum et Stephano ianitorum nostrorum magistris, fratribus...eiusdem...Johannis archiepiscopi, ipsorumque Nicolai et Stephani heredibus et posteritatibus...pro eorum fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis...sub modis, formis, pactis, conditionibus, obligationibus, expeditoriaque cautione...iure perhempnali donasse et contulisse, per prefatos...nostrum et Capituli Budensis homines eius...legittime statui fecisse reperiebantur. Ea (!) igitur idem Stephanus actor, natus prefati Nicolai filii Tylmani ex una predictarum filiarum memorati condam Johannis filii Hench procreati, veluti propagatio feminei sexus ab ipso Johanne descendentis, simulcum pretactis aliis fratribus suis et proximis, in quorum...personis et nominibus prescripte prohibitiones ratione et pretextu dicti castri et suarum pertinentiarum ...forent procurate castrum ad predictum et eius...pertinentias...presentim pro eo, quia... Johannes filius Hench tempore premisse testamentarie sue dispositionis iam dictis duabus filiabus suis per se separatim et distinctim testamentum de mille marcis, castrum predictum Symontornya appellatum cum predictis suis pertinentiis prenarrato Nicolao filio suo absolute committendo disposuisse dinoscitur et condidisse, ex quo manifeste elicitur et presumpnitur ipsum Johannem filium Hench prescriptas mille marcas memoratis duabus filiabus suis in totalem satisfactionem earum iurium, que ipsas castro in prefato, ac possessionibus et iuribus possessionariis supradictis qualitercunque contigissent, ipso castro cum suis pertinentiis prefato Nicolao filio suo remanente deputasse et legasse, ymmo tam ex ipsa distincta testamentaria dispositione...Johannis filii Hench predictis filiabus suis per ipsum modo premisso

pro satisfactione iurium ipsarum de dictis mille marcis per se et seorsum facta, quam etiam ex naturalis propagationis ordine et successione hereditaria, ac predicte regie maiestatis provisione et consensu prelibato Johanni filio Hench et consequenter iam fato Nicolao filio ipsius de dicto castro ac possessionibus atque bonis prelibatis testandi et disponendi factis eodem Nicolao tanquam unico heredi ipsius Johannis iuxta regni nostri ritum in dicto castro et suis pertinentiis et non filie ipsius Johannis vel proles aut nepotes eorundem, eo quod in recompensam iurium ipsarum filiarum ipsius Johannis, que ipsas bonis paternis in predictis tangere et respicere, aut ipsis de iure provenire debuissent mille marce eisdem, ut prelibatur, legate forent, legittime succedente, nil iuris, nilque proprietatis de iure habere debere posse lucide agnoscebatur, sicque celsitudo nostra pretactum castrum Symontornya...simulcum suis pertinentiis...veluti ius nostrum regium ad nos...legittime devolutum...domino Johanni archiepiscopo, necnon fratribus suis, ipsorumque fratrum suorum successoribus de iure iusteque donare et conferre valuisse; et ob hoc tam ex causis preallegatis, quam etiam secundum vim, formam, viam atque modum nostri obligaminis expeditorieque cautionis in...litteris nostris gratiosis...per procuratorem ...Johannis archiepiscopi et fratris sui...coram nobis productis...sensualiter...contente, que omnia ex nunc, prout ex tunc ex certa nostra scientia mera auctoritate decernimus viribus efficaciter subsistere, ac inconcusse permanere idem castrum et cuncte eius pertinentie...Johanni archiepiscopo ac magistro Stephano fratri eiusdem, ipsiusque Stephani et predicti condam Nicolai heredibus adiudicari, relinqui et committi debere nobis, item... dominis Andree Spalatensi archiepiscopo, Johanni electo Vesprimiensi reginalis maiestatis cancellario, Johanni Jauriensi, Philippo Waciensi, Dose Chanadiensi, Ladislao Tinniniensi ecclesiarum episcopis, necnon...Clementi preposito ecclesie de Posega maioris nostre cancellarie vicecancellario et Gregorio comiti capelle nostre, preterea viris magnificis Nicolao de Gara regni nostri Hungarie palatino, comiti Symoni de Rozgon iudici curie nostre, Stiborio pridem, Johanni et Jacobo modernis wayuodis nostris Transsilvanensibus, comiti Carulo de Corbavia Dalmatie et Croatie regnorum nostrorum bano, Paulo alias similiter bano, Johanni Grof dapiferorum, Johanni filio Gregorii de Alsan pincernarum, Petro Cheech agazonum nostrorum, Nicolao de Hedrehwara ianitorum reginalium magistris, Johanni de dicta Gara alias comiti nostro Temesyensi, ac Johanni filio Antimi vicepalatino, magistris Jacobo causarum in speciali nostre maiestatis presentia vertentium diffinitori, Paulo de Kouar palatinali et Luce alias iudicis curie nostre prothonotariis, ceterisque plurimis prelatis, baronibus et regni nostri proceribus nobiscum in sede nostra iudiciaria in examine premissorum consedentibus et ea diutius ruminantibus, cribrantibus et large superinde deliberantibus agnoscebatur; pro eo nos eorundem prelatorum, baronum, regnique nostri nobilium aliorumque legisperitorum et prudentum virorum sano assumpto consilio, pensatis omnibus premissis et suomodo consideratis tam lucidis...Johannis archiepiscopi et fratrum suorum iuribus, que tota et singula ex nostre regie potestatis plenitudine ac certa scientia approbantes, ac denuo et ex novo rata, grata atque viribus firmiora habentes, prefatum castrum Symontornya...simulcum omnibus possessionibus et villis...cunctisque aliis suis et earundem utilitatibus et pertinentiis, tenutis, iuribus et iurisdictionibus quibuslibet memoratis...Johanni archiepiscopo ac Stephano fratri suo, ipsiusque Stephani et...condam Nicolai thauarnicorum nostrorum magistri heredibus et superstitibus universis, eo iure et ea proprietatis plenitudine, quibus eis ex premissis dinoscitur pertinere adiudicantes reliquimus et committimus iugiter...possidere, tenere, pariter et habere; prefato Stephano actori ac fratribus et proximis ipsius predictis, eorumque posteritatibus universis perpetuum silentium imponentes de eisdem presentium patrocinio mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sericeo vel cord. membr. sig. dupl. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9481. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 593., No. 7.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 246., nr. 7043.

[1] 1406. maj. 1. - [2] 1406. aug. 1. - [3] 1406. oct. 6. - [4] 1409. jan. 13. - [5] 1409. maj. 1. - [6] 1323. sept. 7. - [7] 1324. jan. 19. - [8] 1377. febr. 16. - [9] 1324. - [10] 1328. apr. 11. - [11] 1329. dec. 20. - [12] 1334. aug. 23. - [13] 1335. jun. 11. - [14] 1337. jul. 1. - [15] 1338. maj. 8. - [16] (1341.) jun. 20. - [17] 1341. aug. 1. - [18] 1346. sept. 21. - [19] 1346. aug. 27. - [20] (1378.) oct. 13. - [21] (1378.) oct. 28. - [22] (1378.) oct. 28. - [23] (1378.) nov. 1. - [24] (1378.) nov. 5. - [25] 1397. mart. 7. - [26] 1401. jul. 1. - [27] 1409. aug. 1. - [28] 1381. maj. 16. - [29] 1378. mart. 10. - [30] 1381. maj. 1. - [31] Lit. 11. per actorem exhibita. - [32] Lit. 12. per actorem exhibita. - [33] Lit. 13. per actorem exhibita. - [34] 1343. febr. 1. - [35] 1345. jul. 25. - [36] 1347. jun. 30.

532 Buda, 1409. sept. 29.

Litterae expeditoriae Nicolai de Zeech, tavarn. reg. magistri super sexaginta marcis denariorum Nicolao Chlubuk, mercatori de Brazlo et sociis suis a magistro Ladislao de Bathmonostra persolutis ad fassionem Iohannis de Septemtiliis emanatae.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. viridis coloris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.820. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest) (Sign. ant.: Rep. 32. EE.N. 346. - Arch. Nat. Hung. Phototheca.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 284., nr. 7094.

Nos Nicolaus de Zeech, magister tauarnicorum regalium et comitatus Castriferrei comes memorie commendamus per presentes, quod vir prudens magister Iohannes litteratus de Septemtilis[a], pridem iudex civitatis Budensis in nostri personaliter constitutus presentiam presentibus et astantibus, infrascriptaque affirmantibus magistro Iacobo diffini[to]re causarum, in speciali presentia regie maiestatis vertentium, Petro Borgyas dicto aurifisore et Iohanne filio Thome iuratis civibus [regie] civitatis Budensis nominibus et in personis sagacium virorum Nicolai Clubuk dicti civis mercatoris de Brazlo regni Polinie [et] suorum sociorum, eorundem onera et gravamina, si ipse vel eorum alter de subscriptis temporis in eventu resilirent, super se assumpmendo proposuit et confessus est eomodo, quod licet inter ipsos Nicolaum Clubuk et suos socios ab una, et inter magistrum Ladislaum filium Ladislai de Bothmonostra, ac iobagiones et hospites eiusdem in villa sua Wezeken vocata commorantes parte ab altera pretextu wlnerationis, verberationis, iniurie, nocumenti atque dampnorum ipsis Nicolao Clubuk et suis sociis per pretactos iobagiones et hospites memorati magistri Ladislai in predicta possessione sua Wezeken vocata commorantes, villa in eadem in festo penthecostes proxime preterito[1], ut asseritur, perpetratorum et illatorum litis et contentionis materia emersa et susscitata extiteret, tamen quia prefatus magister Ladislaus litteratus de Bothmonostra sibi sexaginta marcas denariorum, quas ipse eisdem Nicolao Clubuk et eius sociis pro omnibus premissis ac totali satisfactione et expeditione premissorum per modum concordie dare et solvere, nominibus quibus supra, assumpsisset vice et nominibus eorundem Nicolao Clubuk et eius sociis speciali eorundem ex commissione tamquam procuratori ipsorum legitimo recipienti plene persolvisset et integre coram eisdem magistro Iacobo, Petro Borgyas et Iohanne filio Thome et aliis idoneis viris. Igitur ipse rehabitis et receptis predictis sexaginta marcis denariorum, eosdem magistrum Ladislaum et universos iobagiones eiusdem in dicta Wezeken commorantes, in premissis culpabiles et participes, tam super verberationibus, wlnerationibus, iniuriis, dampnis et nocumentis premissis, quam etiam sexaginta marcis denariorum antelatis expeditos, quietos, modisque omnibus satisfactos atque expeditos nominibus et in personis eorundem reddidisset et commisisset, ymmo reddidit et commisit coram nobis presentium patrocinio mediante. Datum Bude, in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo quadringentesimo nono.

[a] recte: Septemtiliis

[1] 1409. máj. 26.

533 Pisa, 1409. oct. 14.

(Pisis, II. Id. Oct., a. I.) Alexander (papa V.)...episcopo Novariensi et Eberhardo Zagrabiensi ac abbati Sachsarde (!) Quinqueeccl. dioc.... Cum canonicatus et prebenda s. Marie Alberegalis Vespr. dioc., ac archidiaconatus Budensis in Vespr. ecclesiis vacaverint, nos (discretioni vestre mandamus, quatenus) canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos, quorum fructus vigintiquinque marcharum argenti puri...valorem annuum...non excedunt...Johanni de Marius canonico eccl. de Suncino Cremonensis dioc. auctoritate nostra assignare curetis..., non obstantibus..., quod...canonicatum et prebendam...eccl. ...Suncinensis, quorum fructus...quatuordecim fl. auri...valorem annuum non excedunt noscitur obtinere.

ORIG.: Arch. Secr. Vatican, Reg. Datariae seu Lateranensia Alexandri V. a. V. Libro V.B., fol. 204. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. Coll. Fraknói: R.57., 3. tétel. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 291., nr. 7131.

534 Buda, 1409. nov. 19.

(In f. Elizabeth.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. com. ten. pres. significamus..., quod Petrus Kereky et Stephanus Zarkan dicti de Fornazenthmiklos in suis et aliorum iobagionum comitatus capelle nostre maiestatis in eadem Fornazenthmiklos commorantium personis...exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes...super libertatibus universorum iobagionum ipsius comitatus capelle nostre ubilibet residentium et habitantium generaliter emanatas...supplicantes...nostro culmini..., ut easdem ratas... habendo nostrisque litteris...sub nostro sigillo mediocri...inseri faciendo tenores earundem eisdem Petro et Stephano et consequenter aliis prenominatis dare dignaremur, quarum tenor is est: (Vide nr. 445. Sigismundus rex Hung. 1406. jan. 20.) Nos igitur...ipsorum Petri Kereky et Stephani Sarkan supplicationibus...exauditis... prefatas litteras nostras patentes ...ratas habentes...presentibus litteris nostris sub appensione sigilli nostri mediocris... conscribi faciendo tenorem earundem prefatis Petro et Stephano ac...aliis supradictis duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. mediocri de filo sericeo pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 9153. (Sign. ant.: Miscell. Fasc. 54., No. 2.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 299., nr. 7187. - MENT.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 122., nr. 505.; Kumorovitz: Budai várkápolna p. 143., not. 115.

535 Buda, 1409. dec. 27.

(Bude, in Ioh. ap. et ev.) Sigismundus...rex Hungarie...iudici, iuratis et universis civibus civitatis nostre Soproniensis...Quia nos...ad presens quamplurium...pecuniarum quantitatibus dinoscimur indigere, quas...apud vestram et aliarum liberarum civitatum nostrarum regalium universitates valemus invenire et aggregare, pro eo super vos... collectam quadringentorum florenorum auri puri...duximus imponendam...mandantes..., quatenus...ipsos quadringentos florenos...inter vos moderetis, dicetis et exigatis, dicatosque et exactos infra quindecim dies...in Budam transmittentes...magnifico Piponi de Ozora inter cetera comiti...Themesiensi, nostro nomine recipienti, aut Nofrio camarario eiusdem persolvi...facere debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 365. (Sign. ant.: Lad. XLV. et UU., fasc. 1., nr. 2.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 22-23. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XI. et 22.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 306., nr. 7240.

536 Buda, 1410. febr. 15.

(Bude, XXXIV. termini/oct. Epiph.)...Conventui eccl. Sexardiensis...Simon de Rozgon iudex curie...Sigismundi...regis Hungarie...Noveritis, quod cum iuxta...nostram iuditiariam commissionem...homo regius pro partibus Michaelis de Almas ab una ac Ladislai filii Ladislai de Bathmonostra in causam attracti parte ab altera...in quindenis... b. Martini[1]...ad facies possessionis Zalk terrarumque...Weledylese et Pethlend...metas... possessionis Penthelemonostora...reambulare...(debuisset)...; tandem ...executio premissorum propter...non venientiam...magistri Ladislai minime effectui mancipata fore reperiebatur (et ideo) iudicium facere non poteramus, pro eo...vestram amititiam...petimus, quatenus vestros mittatis homines pro testimonio pro utrisque partibus..., quibus presentibus magister Johannes de Zelew, vel Emericus de Sarkuz, aut Georgius parvus de Veteribuda curie regie notarii, aliis absentibus homo regius de curia regia ad id specialiter transmissus octavo die festi b. Marie Virginis[2]...ad faciem...possessionis Zalk terrarumque Weledylese et Pethlend vocatarum...accedendo omnia premissa...iuxta nostram iudiciariam commissionem...perficiat...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 78.923. (Ex Arch. famil. Zichy.)

[1] 1409. nov. 25.

[2] 1410. sept. 15.

537 Buda, 1410. febr. 21.

(Bude, f. VI. a. kath. Petri.) Sigismundus...rex Hungarie...m. comm...., quod quia fidelis noster dilectus mag. Petrus filius Emerici de Theten quasdam portiones suas possessionarias, vidl. duas integras partes dicte p[ossessionis Th]eten ...in Pestiensi, necnon castellum seu fortalitium penes fluvium Danubialem a parte orientali ibidem constructum et duo molendina super eodem fluvio Danubiali decurrentia et unam vineam in territorio Omal vocato adiacentem ad easdem spectantia ipsum magistrum Petrum et... domina Katherina...consors ipsius magistri Petri portionem suam possessionariam in possessione Gardon vocata in Albensi comitatibus existenti habitam, necnon septuaginta equos suos equatiales in facie...possessionis Gardon...nutritos...ipsam nobilem dominam ...concernentes simulcum universis...pertinentiis...ad easdem duas...partes...possession[ariarum portionum]...magistri Petri, necnon portionis possessionarie Gardon...nobili domíne Katherine ab antiquo spectantibus...castroque sive domui nostre Budensis vicinas ...ad singularem nostri requisitionem nobis et nostris regiis manibus...benivole...resignaverunt, ideo nos tum in recompensam et aliqualem satisfactionem premissorum, presertim vero...pro...fidelibus obsequiis...magistri Petri, ...quibus idem sub diversitate locorum et temporum, signanter vero hiis proxime elapsis disturbiorum temporibus, quibus nonnulli prelati, magnates proceresque et nobiles regni nostri ingrati... [a]nobis debite fidelitatis constantia...apostataverant...pro nostri honoris exa[ltatione] ...viriliter...contra nostros emulos et rebelles se exponendo...nobis et sacro dyademati laudabiliter...studuit et adhuc anhelat complacere, eisdem m[agistro Pe]tro et nobili domine Katherina vocate et per eos ipsorum heredibus et posteritatibus universis quandam possessionem Georgii et Barla filiorum Stephani filii Iohannis filii Chele Twr et predium seu terram usualem Marcharthfyafelde vocatam ad eandem Twr [spectantem], necnon portionem possessionariam Ladislai et condam Stephani dictorum Messer in possessione Tard habitam, necnon possessiones nobilium dominarum Nicolai filii Egidii et Thoka filii Benedicti consortum, filiarum vidl. condam Michaelis filii Stephani de Zenthmyhal, eandem Zenthmyhal [et] Hozyvffalw vocatas, necnon portionem possessionariam earundem in possessione Zenthkyral vocata omnino in [comi]tatu S[ymigiensi] habitas...eo, quod prefati Georgius et Barla super dicta Twr, annotati vero Ladislaus et condam Stephanus dicti Messer super pretacta Tard donationales, memorate autem nobiles domine super Zenthmyhal, Zen[thkyral] et Hozy[wffalw e]t portionibus possessionariis supradictis prefectionales litteras iuxta generale nostrum decretum...super donationibus et prefectionibus...confirmari debendis usque tempus...in eodem nostro decreto specificatum[1] pro seipsis valituras confirmari facere obmiserunt et contempserint, ad [manus nost]ras regia[s] ...de iure et de facto devolutas...simulcum patronatibus ecclesiarum in facie predictarum possessionum et portionum possessionariarum constructarum ac foro eiusdemque fori tributo in...possessione [Twr]...[sin]gulis feriis...[...ab] antiquo...celebrari consueto et exigi solito...aliisque...commoditatibus...de prelatorum et baronum nostrorum consilio nove nostre donationis titulo...de manibus nostris regiis... donavimus...per predictum magistrum Petrum et nobilem dominam Katherina vocatam...et per eos ipsorum heredibus...(perpetuo) possidendas...iterpositoque: ubi et in casu, quo nos vel dicti nostri suc[cessores scil. reges] Hungarie eosdem magistrum Petrum et nobilem dominam consortem ipsius ac eorum [heredes et posteritates in domin]io predictarum possessionum, predii et portionum possessionariarum et earundem...pertinentiarum...in toto vel in parte protegi [facere] et illesos conservare non possemus aut recusaremus seu non curarent, extunc nos v[el successores nostri] reges Hungarie...magistrum Petrum in [dominium] dictarum integrarum duarum portionum partium possessionis Theten ac castelli seu [fortalitii ac] predictorum molendinorum et vinee; annotatam autem nobilem dominam Katherina(m)...in prenotatam portionem possessionariam in...possessione Gardon...habitam...pristino iure ipsis [incumbenti] introducere et restatuere, easdemque ipsis...pacifice resignare, dictosque septuaginta equos equatiales...(eidem vel) ipsius superstitibus...in

pleno numero reddere vel sufficientem...satisfactionem exhibere debemus...et teneantur harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante...

ORIG.: Non. extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1410. jun. 20. > Stephanus de Zapolya regni Hung. palatinus 1493. apr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 68.450. (Arch. famil. Kisfaludy sen.) REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 325., nr. 7382.

[1] Magyar Törvénytár. 1000-1526. évi törvénycikkek p. 192-197.; Magyar Törvénytár 1000-1526. Werbőczy István Hármaskönyve II. r. 14. cim. p. 254-259.

538 Buda, 1410. febr. 21.

(Bude, f. VI. a. kath. Petri.) Sigismundus...rex Hungarie...conventui [ecclesie] Symigiensis...Quia nos quandam possessionem Twr appellatam Georgii et B[ar]la filiorum Stephani et Ladislai filii Iohannis de eadem, ac predium seu terram Marchalfyafelde Iohannis filii Valentini de [...][a], item portionem possessionariam condam Stephani dicti Misser et Ladislai fratris eiusdem in possessione Tard nominata existentem...in comitatu Symigiensi habitas...ad manus nostras regias...devolutas simulcum universis earum utilitatibus et pertinentiis fideli nostro magistro Petro filio Emerici de Theten ac nobili domine Katherina vocate consorti eiusdem ipsorumque heredibus...in et pro concambiali permutatione portionis possessionarie...magistri Petri in possessione Theten..., vidl. duarum partium eiusdem in Pestiensi, necnon alterius portionis possessionarie ipsius nobilis domine in possessione Gordon vocata, in Albensi comitatibus existentis..., ac septuaginta equorum equatialium in facie eiusdem possessionis Gordon nutritorum...nostris manibus...benivole...assignatarum per alias nostras litteras...nove nostre donationis titulo in perpetuum contulimus, ipsosque in dominium earundem...introducere et stat[ui facere volentes] ...fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Valentinus de Twl..., aliis absentibus homo noster ad facies predictorum possessionis, predii seu terre et portionis possessionarie...accedendo introducat [predictos ma]gistrum Petrum et nobilem dominam Katherina(m)...in dominium earundem, statuatque easdem eisdem premisse concambialis ac nove nostre donationis titulis perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet...[contra] magistrum Petrum et nobilem dominam Katherinam...in presentiam regni nostri palatini rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Conventus eccl. Simigiensis 1410. mart. 18. > Sigismundus rex Hung. 1410. jun. 20. > Stephanus de Zápolya regni Hung. palatinus 1493. apr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 68.450. (Arch. famil. Kisfaludy sen.)

[a] Hoc loco unum vocabulum non est legibile.

539 Buda, 1410. febr. 23.

(Bude, in Oculi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. comm., ...quod Andreas et Paulus filii condam Petri wayuode de Werebel pro seipsis personaliter, pro nobilibus vero dominabus Dorothea matre, necnon Margaretha et Scolastica...sororibus eorum cum procuratoriis litteris (et onere)...ab una, parte vero ab altera egregius vir. mag. David filius Martini de Albes, pridem comes noster Zoliensis coram nobis personaliter constituti, per eosdem Andream et Paulum...confessum extitit, quod ipsi et pretacte nobiles domine ...medietatem domorum seu fundi curie in civitate nostra Budensi, in platea Galicali, in vicinitate domorum Francissci filii Bernaldi a meridionali, necnon condam magistri Thome sartoris civium eiusdem civitatis ab occidentali partibus existentium habitam... simulcum cunctis suis...pertinentiis...pro ducentis quinquaginta fl., florenum quemlibet per centum denarios presentis nove nostre monete computando...eidem magistro David et per eum suis heredibus et posteritatibus universis (cum exp. caut.) perpetue possidendam... dedissent...et vendiderunt nil iuris...sibi vel dictis eorum successoribus...reservando...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In dorso manu saec. XVI-XVII. Super venditione medietatis cuiusdam domus in civitate Budensi habite David filio Martini de Albes facta adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9625. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 605. No. 26.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., adnot. nr. 29.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 326., nr. 7379.

540 1410. mart. 12.

(In Gregorii.) Magistratus civitatis Veterisbudensis ad fassionem plurium concivium Nicolai Kerepes testamentum ipsius litteris privilegialibus ratificat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR. (sensualiter): Petrus de Lewche vicarius in spiritualibus generalis praepositi ecclesiae Budensis 1412. jan. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 9721. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 10.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 334., nr. 7421.

Quod discretus vir dominus Franciscus plebanus ecclesie sancte Margarethe de Veteribuda ac providi viri: Petrus filius Iohannis, Michael de Iaurino, Petrus Kwrthwelies dictus, Petrus filius Georgii, item magister Gregorius litteratus et alii quamplurimi probi viri coram ...iudice et iuratis civibus personaliter astantes confessi extitissent, quod providus vir Nicolaus Kerepes, concivis ipsorum, in lecto egritudinis graviter decumberet, licet eger corpore, mente tamen per omnia sanus, coram ipsis hora sue confessionis tale condidisset testamentum: quod omnia bona sua a deo sibi collata ubilibet habita et quovis nomine vocitata, mobilia scilicet et immobilia ipsum de iure tangentia, litteris in eisdem nominata, inter que unum macellum in dicta civitate, in fine aliorum macellorum iuxta macellum Iohannis filii Plossar habitum legavisset et commisisset testamentaliter honeste domine Katherine consorti ac Vlrico filio suis iure perpetuo possidendum nemine contradictore existente, sub conditione litteris in eisdem denotata.

541 1410. mart. 18.

(XII. die f. VI. a. Iudica.) Magnifico viro Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici Comanorum...Conventus monasterii sancti Egidii de Symigio...Noveritis nos litteras...domini...Sigismundi...regis Hungarie nobis directas...recepissemus in hec verba: (Vide nr. 538. Sigismundus rex Hung. 1410. febr. 21.)...nos mandatis ...domini nostri [regis]...obedire cupientes, ...unacum...Valentino de Twl homine...regio... fratrem Nicolaum sacerdotem...pro testimonio transmisisse m[us], qui...ad nos reversi ...retulerunt, quod ipsi feria sexta...ante dominicam Iudica...ad facies...possessionis Twr, necnon predii seu terre Marchalfyafelde, necnon portionis possessionarie [in...] Thard habite...accessissent, introduxissent...magistrum Petrum (de Theten) et nobilem dominam Katherinam (consortem ipsius) in dominium earundem, statuissent easdem eisdem ...perpetue possidendas nullo contradictore inibi...existente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1410. jun. 20. > Stephanus de Zápolya regni Hung. palatinus 1493. apr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 68. 450. (Arch. famil. Kisfaludy sen.)

542 Véglesvár, 1410. maj. 6.

(In castro nostro Wegles Zoliensi, f. III. a. penthec.) Nos Sigismundus...rex Hungarie...m. c., quod sicuti...fidelis noster dilectus egregius vir David filius Martini de Albews, pridem comes Zoliensis quasdam domos suas seu integrum fundum curie in civitate nostra Budensi, in platea Galicali, in vicinitate domorum Francisci Bernhardi ab orientali, necnon Petri aurifrisoris civium eiusdem nostre civitatis ab occidentali partibus sitas et adiacentem simulcum universis suis edificiis, celariis, boltis, utilitatibusque et pertinentiis pro sexingentis fl. puri auri veri et iusti ponderis nobis et nostris regiis manibus perpetue...vendidit..., ita et eodem modo nos predictas domos nostras seu fondum

curie simulcum prescriptis celariis, boltis, edificiis et quibuscunque aliis suis utilitatibus, redditibus, censibus, emunitatibus et pertinentiis ad easdem domos seu fundum curie quomodolibet de iure vel consuetudine spectantibus seu pertinere debentibus fideli nostro dilecto magnifico viro comiti Simoni de Rozgon, iudici curie nostre et per eum suis heredibus et posteritatibus universis pro eisdem et totidem sexingentis fl. puri auri veri et iusti ponderis per eundem comitem Simonem nobis...persolutis (cum exp. caut.)...similiter perpetuo...conferendas duximus ac vendendas, ymmo damus...et vendimus easdemque omni iure, quo eedem seu idem ad nostram tam previa quam aliis quibuscunque rationibus ...ad nostram...spectaret collationem, nove nostre donationis titulo de manibus nostris regiis donamus possidendas...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Super domos seu curiam Budensem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.017. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 497., No. 92.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 287., adnot. nr. 29.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 353., nr. 7562.

543 1410. p. maj. 10.

Nicolaus Nonastyr, civis civitatis Budensis se Andreae Meysner, civi de Iazow mille centum et sexaginta florenis debitorie obligari recognoscit, quos sub conditionibus in litteris suis uberius specificatis in duobus terminis, dilationibus quibuslibet proculmotis, reddere promittit.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Iohannes Bubek de Pelsőc, mag. tavarn. reg. 1416. jun. 16. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.), Collectio Schwartzenbachiana nr. 109. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Ego Nicolaus Nonastyr, concivis Budensis, recognosco tenore presentium quibus expedit universis me honesto viro, Andree Meisner, concivi de Iazow in certis et veris debitis, quibus michi ad necessitates meas, pura fide, tamquam unus mercator alteri ad veracem solutionem mille, centum et sexaginta sex florenos camere veridice obligari, cuius solutionem ego Nicolaus Nonastyr cum omnibus meis bonis et substantia mobili vel immobili, tam in magno quam in parvo, quocunque nomine vel ubicunque locorum, civitatum seu opidorum, nullo penitus exempto, simili pecunia et summa eidem Andree Meysner et suis hominibus, presertim presentium exhibitori promitto solvere omni occasione proculmota quotiens fuerit opportunum, videlicet ducentos florenos puri auri super festum sancti Viti martiris proxime venturum[1] et superstitem sumpmam in solvendo super festum sancti Michaelis immediate sequens[2], sine dilatione integraliter et in toto, sub meis fide et honore mediantibus, sine dolo et omni impugnatione dissuadente ad veram amititiam promitto solvere dilationibus quibuslibet proculmotis. Si etenim eandem prenotatam pecuniam in termino mihi prefixo non servaverim quovis modo, tunc subdo me cum omnibus facultatibus meis tali vinculo intercluso, si prefatus Andreas Meysner propter non solutionem rite et legitime in magno et in parvo incurrere censeretur dampnum seu periculum unacum capitali pecunia, mediante fide et honore promitto solvere indilate, nulla obstat contradictio in hac parte, nec conqueri ullo modo, etiam spondeo ipsum Andream indempnem penitus conservare. In casu, quo florenus aureus ultra centum et sexaginta novos denarios emi contingerit, promitto refundere cum expensis cottidianis, donec sibi non satisfecerim iuxta datarum presentium sub fide et honore, omni contradictione non obstante plenarie et in toto ita, quod nulla occasio, nullaque prorogatio litteris regalibus, ulla libertas, nec ulla dominorum tam spiritualium quam temporalium potestas michi debeat aliqualiter suffragari, nec iudicio montanarum me valeam premunire, sed promitto sibi iure suadente ubicunque me accusaverit, tamquam suum manumicum debitorem satisfacere cum effectu. Insuper universos et singulos articulos suprascriptos integre solvere et inviolabiliter sub obligamine prenotatis fidei et honoris

servare spondeo illibate, in cuius uberiorem cautelam ego Nicolaus Nonastyr meo sigillo presentes roboravi litteras in testimonium premissorum, ymmo cum scitu Nicolai Kneblech et Herrici carnificis, ipsius sororii sigillo presenti(bu)s appendenti. Datum in Iazow post vigiliam penthecostes, anno domini millesimo CCCC^{mo} decimo.

[1] 1410. jun. 15.
[2] 1410. sept. 29.

544 1410. maj. 18.

(In f. trinit.) Nos capitulum eccl. Budensis...ad univ. not. h. s. v. pervenire, quod rel. vir, dominus fr. Martinus prep. eccl. b. Michaelis archang. de Insula leporum ...exhibuit nobis quasdam duas litteras, unum (!) vidl. Andree, alias vero Ladislai regum Ungarie..., ambas privilegialiter emanatas..., petens nos..., ut nos tenores earundem nostris litteris similiter privilegialibus...inseri...et transsumpmi...pro eodem et eccl. sua...facere dignaremur..., quarum unius tenor is est: ...(Vide ap. Gárdonyi: Budapest okl. eml. I. p. 18-19.) Alterius...tenor...est talis: (Vide ibid. p. 49-50.) Nos igitur... petitionibus...domini fratris Martini prepositi...favorabiliter inclinati, tenores predictarum litterarum regalium... presentibus litteris nostris...privilegialibus...inseri...et transsumpmi...fecimus...communi iustitia suadente...

ORIG.: Membr. cum plica et filo albi col., de quo sig. iam deperditum pendebat. Arch. Nat. Hung. Dl. 121. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 98-99. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 357., nr. 7590.

545 Bologna, 1410. maj. 25.

(Bononie, VIII. Kal. Jun., a. I.) Johannes papa XXIII....Johanni de Vsk, preposito eccl. Quinqueecclesiensi...(Licet) Bonifatius papa IX....tibi parochialem ecclesiam s. Marie Budensem...obtinenti de prepositura...provideri mandavit...ita tamen, quod infra ...septennium alteram ex prepositura et parochiali ecclesia...pro alio beneficio earum... permutare, alioquin dictam parochialem ecclesiam...dimittere tenearis..., nos...(expleto dicto septennio), quia premissa prepositura et parochialis ecclesia...vacaverint et vacent ad presens..., ecclesiam, que de iure patronatus laicorum existit et prepositurarn predictam...motu proprio...tibi...conferimus...

ORIG.: Reg. Datariae seu Lateranensia Joh. XXIII. a. I. Libro LXVII. fol. 80^{v}. Arch. Nat. Hung. Coll. Fraknóiana. (COPIA SIMPL.) - REG.: Zsigmondkori oklt. p. 362., nr. 7612.

546 1410. jun. 20.

(XII. Kal. Iul.) Sigismundus...Hungarie...rex...ad univ. not. h.s. volumus pervenire..., quod...mag. Petrus filius Emerici de Theten...exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam...nostram..., qua mediante serenitas nostra...possessionem Twr...et predium seu terram usualem Marchathfiafelde appellatam ad eandem Twr spectantem...(et) portionem possessionariam in possessione Tard habitam, necnon possession[es Zenthmyhal][1] et Hosywfalu nuncupatas, ac portionem possessionariam in possessione Zenthkyral..., in comitatu Symigiensi...habitas pro aliis possessionibus, necnon ceteris nonnullis rebus et bonis (ipsorum) magistri Petri ac domine Katherine consortis sue [ipsis] et ipsorum heredibus ...concambialiter in perpetuum dinoscitur contulisse; et aliam Conventus Symigiensis super...statutione...possessionis T[wr] ac dicti predii Marchalfiafelde, necnon portionis possessionarie in possessione [Tard] ...habite...magistro Petro et dicte domine Dorothee[2] ipsius consorti...et...eorum heredibus...factis patenter confectas, ...supplicans exinde idem mag. Petrus..., ut pretactas litteras...ratas...habendo nostrisque litteris privilegialibus...inseri...faciendo pro ipso et suis heredibus...in evum valituras dignaremur

confirmare. Quarum unius, vidl....nostre patentis littere tenor is est: (Vide nr. 537. Sigismundus rex Hung. 1410. febr. 21.) Alterius vero, utputa...conventus Symigiensis littere similiter patentis (tenor) talis est: (Vide nr. 541. Conventus eccl. Simigiensis 1410. mart. 18.) Nos igitur...prefati magistri Petri supplicationibus...exauditis...prefatas litteras, nostram vidl. et....Conventus Symigiensis...presentibusque...insertas quoad omnes earum...clausulas et articulos...confirmamus...simulcum perhemnali donatione ac concambiali nostra permutatione et statutione possessionaria (ac omnibus) et singulis in tenoribus ipsarum litterarum latius et plenius explicatis et enodatis mera nostra regia auctoritate et potestatis plenitudine ex certaque scientia nostre maiestatis de consensu etiam (domine) Barbare regine conthoralis nostre...ac prelatorum et baronum nostrorum consilio...et uniformi decreto eorundem pro prefatis magistro Petro et nobili domina Katherina consorte sua ipsorumque heredibus et posteritatibus...perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Stephanus de Zápolya regni Hung. palatinus 1493. apr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 68.450. (Arch. famil. Kisfaludy sen.)

[1] Vide nr. 537. Sigismundus rex Hungariae 1410. febr. 21. (Dl. 68.450.)

[2] In alio loco litterae consors magistri Petri Katherina vocatur.

547 Buda, 1410. jun. 22.

(Bude, dom. a. Johannis bapt.) Sigismundus...rex Hungarie illustri principi Friderico burgravio Neurinbergensi et...comiti comitatus Posoniensi...ipsiusque vices gerenti in eodem comitatu et castro nostro Posoniensi... Cum nos...prepositum et capitulum eccl. b. Martini...alias s. Salvatoris de Posonio...sub nostram recepimus... tutelam specialem...(Te) requirimus..., quatenus prefatos prepositum et capitulum...in ...cunctis possessionibus..., necnon rebus et bonis...adversus...impetitores et presertim adversus Petrum dictum Groff et cunctos alios nobiles de s. Georgio familiaresque et homines eorundem...conservare et...manutenere debeatis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maiest. simplicis tergo appressi. In dextra parte superioris marginis relatio Johannis plebani Budensis not. canc. legitur. Arch. Cap. Posoniensis priv. fasc. 5., nr. 34. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 378., nr. 7712.

548 Bologna, 1410. jun. 25.

(Bononiae, VII. Kal. Iulii.) Iohannes ep. servus servorum dei...abbatissae et conventui monasterii sanctae Mariae in Veteri Buda, ordinis sanctae Clarae, Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem...pro parte vestra fuit nobis...supplicatum, ut litteras...Innocentii papae 6-ti..., in quibus privilegium per...Ioannem papam XX2^{um} ordini vestro concessum insertum est..., quarumque tenores...praesentibus inseri fecimus, innovare...diagnaremur. Quarum quidem litterarum tenores tales sunt: (Vide: Innocentius papa VI. 1359. mart. 31. transcribi facit privilegium Iohannis papae XXII. 1317. sept. 17. confectum, quo ad instar Bonifatii papae VIII.[1] supradictis religiosis dominabus sanctimonialibus indulget, ut ad praestationem decimarum de...possessionibus ipsarum ... quibusvis...personis...minime teneantur.) Nos huiusmodi supplicationibus inclinati easdem litteras authoritate apostolica innovamus et praesentis scripti patrocinio communimus; per hoc autem nullum jus de novo vobis et eidem ordini acquiri volumus, sed antiquum, si quod habetis, tantummodo conservari...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Szalay iuratus notarius capituli Posoniensis 1702. aug. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 36.450. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Ord. S. Clarae Fasc. 71. No. 92.) - REG.: Wadding IX. p. 519.; Eubel VII. p. 433.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 377., nr. 7720.

[1]Bonfiacius papa VIII. 1296. jun. 2. (Vide nr. 616., not. 9.)

549 Buda, 1410. jul. 4.

(Bude, f. VI. p. visit. virg.) Sigismundus...rex Hungarie...fideli suo dilecto viro magnifico Zuborio de Nassis, sumpmo thesaurario suo, castellanoque castri Budensis et vicecastellano eiusdem...In personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda nostre exponitur maiestati..., quomodo iudex, iurati, ceterique cives et hospites civitatis Veterisbudensis ipsas et earum homines, ac ad eas pertinentes ab aratura et cultura quarundam certarum terrarum arabilium prefato claustro et per consequens dominabus predictis vero emptionis titulo spectantium, aliorumque agrorum, necnon pratorum et fenilium in territorio ipsius civitatis Veterisbudensis adiacentium, ac ad idem claustrum ab antiquo vigore efficatium litteralium instrumentorum rite pertinentium usu, fruitione et earundem utilitatum perceptione non secundum iuris formam, sed temeraria et potentiaria eorum presumptione et auctoritate mediante prohiberent...Verum, cum nos prefatum claustrum b. virginis, cuius verus patronus existere dinosscimur, ad quodque speciali ducimur affectione, in suis iuribus nedum diminui, verum augmentare et prerogativis libertatum cupientes predotare; ipsum igitur claustrum et religiosas dominas sanctimoniales antedictas simulcum cunctis ipsarum servitoribus et ministris ac ad ipsas pertinentibus, possessionibusque et iuribus possessionariis, necnon rebus et bonis ipsarum quibuscunque...in manum regiam recipientes protectionem et tutelam specialem in eisdem earum iuribus et quibuslibet bonis, contra quosvis illicitos impetitores velimus conservare et facere conservari, fidelitati vestre...regio sub edicto...mandamus, quatenus...prefatas religiosas dominas sanctimoniales et ad ipsas quomodolibet pertinentes in quibuslibet earum premissis iuribus, iustis...et legitimis, a quorumcunque, signanter vero a prefatorum iudicis et iuratorum, ceterorumque civium et populorum civitatis Veterisbudensis...ratione prefatarum terrarum arabilium, necnon agrorum, pratorum et fenilium ipsas...minus debite inquietantium molestationibus, perturbationibus et impedimentis protegere, tueri, defensareque et manutenere debeatis nostre maiestatis in persona...Et hoc idem iniungimus futuris castellanis et vicecastellanis prefati castri nostri Budensis eisdem similibus firmissimis regiis dantes sub preceptis invariabiliter observandum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. de terra Wetery Budensi adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9674. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 8.) - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 383., nr. 7748.

550 Visegrád, 1410. jul. 25.

(In Wissegrad, in Jacobi.) Nos Sigismundus...rex Hungarie etc(etera) m. comm..., quod attendentes...meritoria...gesta, que...Fridericus Burggravius Norimbergensis avunculus noster...ad nostre maiestatis decus...est operatus..., tum etiam...cupientes sibi nostre munificentie manus aliquantisper aperire, viginti millia fl....auri puri eidem de fisci nostri regalis erario provenienda...et assignanda...ascribimus realiter....Et volentes eundem de rehabitione ipsorum...fl. auri indubium reddere..., civitatem et castrum nostrum Posoniense, item Comarom, Geztes et Vytan, necnon oppida Nezmel et Tata, ac locum venationis nostre Gerencher vocatum cum ipsius pertinentiis; item turrem Vuluengi prope Budam et unam curiam allodialem in Keleunfeud, ac villam Mede vocatam prope Albam regalem (et alia multa in litteris seriatim specificata) de prelatorum, baronum et regni nostri procerum consilio et eorum...deliberatione duximus obliganda...tamdiu per eundem...possidenda..., donec per nos vel successores nostros...eidem domino Friderico ...de...supradictis...fl. auri per nos...deputatis et...assignari dispositis, vel eorum valore satisfactum fuerit quoad plenum...

ORIG.: Membr. Arch. civit. Bamberg. - ED.: Mon. Zoll. VI. p. 618.; Károly: Fejér m. IV. p. 493-495. - REG.: Minutolli p. 58. (mendose.); Acad. Ért. 1851. p. 337.; Uj M. Muzeum 1851-1852. II. p. 239.; Boica XII. p. 73.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 391., nr. 7784.

551 Bologna, 1410. aug. 1.

(Bononie, Kal. Aug., a. I.) Johannes (papa XXIII.)...Brande episcopo Placentinensi, referendario...ac in Ungarie et aliis regnis et partibus...Sigismundo regi Vngarie subiecta (!)...in spiritualibus reformatori...Cum te ...pro...Romane ecclesie negotiis, ac pro statu...et honore regis et regnorum ac partium predictarum, ecclesiarum et monasteriorum in illis existentium...in eisdem presentialiter detinemus..., nos...volentes votis prefati regis...annuere...regnumque ipsum Vngarie...decore generalis studii decorare, - fraternitati tue de et super loco notabili, fertili, insigni et alias accomodo et idoneo ad conservationem et exaltationem ipsius studii in ipso Vngarie vel alio regno seu partibus ipsi regi subditis erigendo et doctorum, magistrorum, scolarium et aliorum degere debentium in eodem - auctoritate tua etiam cum consilio prefati regis te informandi et super premissis et eorum circumstantiis universis inquirendi diligentius veritatem et que per informationem et inquisitionem huiusmodi super dicti loci idoneitate et aliis circumstantiis inveneris, nobis per tuas litteras vel nuntium idoneum intimandi quantocius commodius poteris, plenam concedimus tenore presentium facultatem, ut informatione per nos in premissis habita, ad erectionem dicti studii et alia concedenda indulgenda privilegia procedere valeamus, prout noverimus expedire...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Vatican. Liber 342., fol. 87. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - ED.: Theiner: Mon. Hist. Hung. II. p.184-185. - Studium generale. Studies offered to Astrik L. Gábriel. Edited by L. S. Domonkos and R. I. Schneider. The Medieval Institute University of Notre Dame. USA. 1967. Appendix II. p. 29-30. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 396., nr. 7803.

552 Bologna, 1410. aug. 1.

(Bononie, Kal. Aug., a. I.) Johannes (papa XXIII.) Ad perpetuam rei memoriam... Cum..., sicut nuper pro parte...Sigismundi regis Vngarie..., sicut nobis expositum, ipse rex non solum ad utilitatem et prosperitatem huiusmodi reipublice ac incolarum regni sui Vngarie, sed etiam aliorum regnorum et partium vicinarum laudabiliter intendens - in opido Veterisbude, Vespr. dioc., in regno Vngarie consistente, loco utique ad hoc accomodo, admodum et idoneo, plurimum desiderat fieri et ordinari per sedem apostolicam studium generale in qualibet licita facultate, ut ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, equitas servetur iudicii, crescat ratio et intellectus hominum augeatur. Nos premissa et etiam eximiam fidei et devotionis sinceritatem, quam tam ipse rex, quam predecessores sui: ipsius regni reges ad nos et Romanam ecclesiam gesserunt, prout ipse rex gerere dinoscitur attente considerantes ferventi desiderio ducimur, quod regnum et opidum ipsa, necnon partes predicte scientiarum numeribus amplientur, ut viros producant consilii maturitate perspicuos, virtutum redimitos, ornatibus ac diversarum facultatum dignitatibus eruditos, sitque illis scientiarum fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi litterarum cupientes, imbuit documentis. Hiis igitur omnibus et presertim congruitate dicti opidi, quod ad multiplicanda doctrine semina et germina salutaria (!) producenda inter ceteras civitates et opida ipsius regni valde ad hoc congruum fore dicitur, diligenti examinatione pensatis non solum ad ipsorum regni et opidi ac circumadiacentium regionum incolarum, sed etiam aliorum, qui propterea de universis mundi partibus ad predictum opidum confluunt, commodum et profectum studio...sollicitudinis anhelantes, devotis dicti regis in hac parte supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et etiam ordinamus, ut in dicto opido Veterisbude de cetero sit studium generale, illudque perpetuis temporibus ibi vigeat tam in sacre theologie ac iuris canonici et civilis, necnon medicine et artium quam qualibet alia licita facultate; et quod doctores legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus et indulgentiis doctoribus et magistris, legentibus et scolaribus et presertim in eadem sacra pagina in Parisiensi, Bononiensi, Exomensi Lincoliensis dioc. et Coloniensi studiis commorantibus per sedem apostolicam, Romanum Imperium aut alios quoscunque concessis gaudeant et utantur; quodque illi, qui processu temporis bravium meruerint in illa facultate, in qua...studuerint, obtinere, sibique docendi licentiam aut alios erudire valeant ac doctoratus seu magisterii honorem petierint elargiri, per doctorem seu doctores aut magistrum seu magistros illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda,

preposito ecclesie sancti Petri dicti opidi pro tempore existenti, quem cancellarium ipsius studii eadem auctoritate perpetuo esse volumus, statuimus et etiam ordinamus vel prepositura ipsa vacante illi, qui ad hoc per dilectos filios doctores et magistros inibi actu existentes et capitulum predicte ecclesie deputatus fuerit - presententur: Idemque prepositus cancellarius et aut deputatus huiusmodi doctoribus et magistris in eadem facultate actu ibidem regentibus convocatis illos in hiis, que circa promovendos ad doctoratus seu magisterii honorem huiusmodi requiruntur, per se vel alium iuxta modum et consuetudinem, qui super talibus in predictis Parisiensi, Bononiensi, Exoniensi et Coloniensi ac aliis generalibus studiis observantur examinare studeat diligenter eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat et doctoratus seu magisterii honorem conferat. Illi vero, qui in eodem studio dicti opidi examinati et approbati ac docendi licentiam et honorem huiusmodi obtinuerint ut est dictum, extunc absque examine et approbatione alia regendi et docendi etiam in opido predicto, quam in singulis generalibus studiis, in quibus voluerint, legere vel docere plenam et liberam habeant facultatem...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranansia. Liber 147., fol. 74-75^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - ED.: Fraknói: Tört. Tár 1892. p. 398-401.; Mon. Rom. Vespr. IV. p. 366-369.; Studium generale. Studies offered to Astrik L. Gábriel. Edited by L. S. Domonkos and R. I. Schneider. The Medieval Institute Universety of Notre Dame. USA. 1967. Appendix. III. p. 30-33. - REG.: Századok 26(1892) p. 193-194.; , Bártfai Szabó: Óbuda p. 99., nr. 114.; Zsigmondkori oklt. II/2. p. 395., nr. 7801. - COMM.: Ábel: Egyetemeink p. 17-27.

553 Bologna, 1410. aug. 3.

(Bononie, III. Non. Aug.) Iohannes (XXIII.) episcopus (servus servorum dei)... Sigismundo regi Vngarie illustri...petitio pro parte...tue serenitatis per...nobilem virum Piponem comitem Themesiensem, oratorem et commissarium tuum nobis nuper exhibita continebat, quod si forsitan preteritis temporibus serenitas tua ac sequaces eiusdem maxime pro defensione tui regalis status atque regnorum et subditorum tuorum, necnon multiplicibus et variis expensarum oneribus, que pro defensione catholice fidei contra huiusmodi infideles hostes, et ob quedam dampnabiliter contra statum et honorem...tue serenitatis et etiam subditorum hactenus attemptata per nonnullos in pontificalibus et plerisque aliis spiritualibus dignitatibus regnorum et partium tue regie ditioni subiectorum constitutos, adversus ecclesias, monasteria, loca, prelatos, clericos ecclesiasticasque personas, aut eorum iura et bona aliqua commiseris, seu commiserint, et de huiusmodi eorum bonis, rebus, pecuniis tu aut sequaces ipsi quandocumque et quomodocunque aliquid percepissetis usque in presentem diem; et quia talia vel similia per te vel alios de cetero intendis non solum non facere, sed nec presumere quomodolibet attemptare, et per eundem Piponem, nuntium ac commissarium...tue serenitatis inter alia in nostra presentia proponi feceras atque peti, ut cum intendas totis viribus, ut ecclesie ac monasteria regnorum tuorum et partium tue ditioni subiectorum ad eorum bona stabilia atque iura et iurisdictiones ac honores restituantur ac reintegrentur, et tam in spiritualibus quam in temporalibus regantur feliciter et salubriter gubernentur, et in hiis impendes totius regalis diligentie tue curas... atque vires, et huius rei causa unum in apostolice sedis nuntium vel legatum, qui premissa exequi auctoritate nostra valeret, dirigere ad regna et partes ipsas curaremus; et attento etiam, quod sicut idem Pipo nobis exposuit, tu...de bonis tibi a deo collatis in honorem ac sub vocabulo beate virginis Marie decrevisti collegiatam ecclesiam pro uno preposito et certis canonicis in partibus huiusmodi et in civitate Bude erigere et sufficienter dotare, et etiam eandem fundari feceris et exponi multa millia florenorum et ad consummationem et prosecutionem intendere salutarem; quare pro parte...tue serenitatis nobis fuit...supplicatum, ut te et sequaces tuos huiusmodi ab omnibus et singulis excommunicationis sententiis ac suspensionis, ac aliis censuris et penis spiritualibus et temporalibus a iure vel ab homine propterea quomodolibet in talia perpetrantes inflictis et promulgatis, quibus essetis aut vestrum aliquis esset quomodolibet irretiti seu irretitus, necnon a quibuscunque pecuniarum summis, rebus et bonis huiusmodi habitis, ablatis et perceptis usque in presentem diem, absolvere..., illaque tibi et illis, qui in nostra...fidelitate, devotione ac obedientia perpetuo persistere, et a talibus et similibus in posterum ...abstinere libertatemque ecclesiasticam, ut catholicum decet regem et principem, illibatam et alia supradicta per te et alios proponis

et intendis efficaciter...observare et custodire ac facere observari, - remittere, concedere et donare ac alias in premissis statui tuo et illorum misericorditer providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur...huiusmodi supplicationibus inclinati, ac de fratrum nostrorum...Cardinalium consilio auctoritate apostolica...serenitatem tuam nichilominus et sequaces tuos...et ipsorum quemlibet harum serie ab omnibus et singulis pecuniarum, rerum et bonorum mobilium summis...ablatis et extortis ac perceptis per...serenitatem tuam et sequaces seu ipsorum aliquem hactenus usque in presentem diem...et a quibusvis excommunicationum sententiis, censuris et penis spiritualibus et temporalibus a iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictis seu promulgatis...plenarie absolvimus, liberamus ac decernimus ac declaramus...absolutos...Volumus autem, quod si...tu aut sequaces tui ...a fidelitate, devotione et obedientia huiusmodi vos subtraxeritis aut rebelles fueritis, et talia vel similia de cetero quomodolibet attemptare presumpseritis, presens remissio, donatio et concessio...eo ipso nullius existant roboris vel momenti...

ORIG.: Reg. Vat. 342., f. XXXI^{v}.et sq. In superiore margine manu coaeva a) De curia. F. de Montepolitiano et b) Gratis de mandato domini nostri pape adnot. sunt scriptae. - ED.: Theiner II. p. 187-189.; Ortvay, Temes m. I. p. 431-435. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 396., nr. 7807. - MENT.: Tört. Tár 1884. p. 229. - COMM.: Kumorovitz, L. B.: A budai várkápolna és a Szt. Zsigmond-prépostság történetéhez. Tanulmányok Budapest Multjából XV(1963) p. 109., 132. adnot. nr. 8.

554 1410. aug. 18.

(Bononie, XV. Kal. Sept. a. I.) Johannes (XXIII. papa)...fratri Brande episcopo Placentino referendario nostro in Ungarie et aliis regnis et partibus...Sigismundo regi Ungarie...subiectis...pro nobis et Romana ecclesia reformatori... Tue...fraternitati... omnibus vere penitentibus et confessis, qui b. Marie virg. in castro Budensi et extra idem castrum capellas regias in nativit., assumpt., annunt., purificat. et visitationis...ac dedicationis capellarum earundem festivitatibus devote visitaverint, annuatim, singulis vidl. festivitatibus huiusmodi...vigintiquinque annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis auctoritate nostra relaxandi plenam...concedimus facultatem...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Vol. 342. fol. 83^{v}-84. - REG.: Zsigmondkori oklt. II/2. p. 407., nr. 7867.

555 c. 1410.[1]

Conscriptio litterarum infrascriptorum possessorum: a) Registrum litterarum Petri (Czudar) bani: Primo in una cista magna continenti sex ladulas..., in quarta (earum) est littera patens Capituli Agriensis, in qua domina senior (scil. regina Elisabet) commisit sanctimonialibus claustri de Veteribuda possessiones Matezalka, Belzalka et alias..., ibidem sunt alie littere minute super eisdem possessionibus... b) Registrum super litteris magistri curie: ... Littera patens civium Budensium super emptione domus in suburbio... civitatis Budensis. Item littera privilegialis...Lodouici regis declarans, quod Stephanus wayuoda Transsilvanensis duas suas litteras sibi presentasset- petens eundem regem, quod easdem confirmare dignaretur, in quibus continebatur, quod universas possessiones Nicolai filii Johannis filii Hench civis Budensis sibi perpetuasset et easdem confirmasset. c) Registrum litterarum filiorum condam magistri tavarnicorum regalium: Item privilegium Budensium super emptione (domus) in suburbio dicte civitatis. Item littera patens civitatis Budensis super facto domus domini episcopi Zagrabiensis, fassionalis. Item littera patens civitatis Budensis super facto domus magistri tavarnicorum, fassionalis. Item littera patens civitatis Budensis super emptione cuiusdam curie in eadem civitate habite, fassionalis...

ORIG.: Pap. in tribus fasciculis registrorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 32.263.

[1] Dat. in pallio scriptum.

556 1411. jan. 7.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Michaelem dictum de Győr, pridem iudicem eiusdem civitatis et Margaretham sororem suam uterinam, consortem Johannis de Somogy civis similiter Veterisbudensis quandam vineam eorum in territorio eiusdem civitatis, in promontorio Albae ecclesiae habitam sub certis conditionibus dominae Katharinae, relictae Gregorii de Győr ad utendum commisisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. flavei col. de filo sericeo rubro pend. In dorso manu saec. XV. scripta Pro parte vinee Nadasd et promontorio Albe ecclesie adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9736. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. N.A.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 99., nr. 115.

Nos Iohannes dictus de Buda iudex civitatis Veterisbudensis[1], necnon Iohannes magnus, Nikus dictus Polgar, magister Ladislaus litteratus et Andreas filius Andree iurati cives de dicta Veteribuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Michael dictus de Gewr pridem iudex dicte civitatis Veterisbudensis et domina Margaretha vocata, soror sua uterina, consors videlicet Iohannis de Somogh concivis nostri coram nobis personaliter constituti sunt confessi viva voce in hunc modum: Quod quia quadam vinea Nadasd vocata, in territorio dicte civitatis, in promontorio albe ecclesie, in vicinitatibus vinearum pretitulati Michaelis iudicis a parte australi et a parte meridionali eiusdem domine Margarete sororis sue habita, que quidem vinea a condam Gregorio similiter de Gewr dicto, fratre ipsorum uterino ratione fraternitatis et etiam condivisionaliter ad ipsos condescensa et derivata extitisset et haberetur, provide domine Katherina vocate, relicte ipsius Gregorii de Gewr usque dum ipsa duceret vitam mundialem ad utendum et possidendum reliquissent et commisissent; ita tamen, ut ipsa domina Margareta ipsam vineam, ut moris est, in bono labore et in bona cultura conservare debeat, post obitum autem ipsius domine Margarethe eadem vinea Nadasd cum omnibus suis utilitatibus claustro beate virginis de predicta Veteribuda et demum religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem claustro degentibus condescensa et redundata iure perpetuo et inrevocabiliter possidenda et conservanda habeatur pleno iure, ita videlicet, quod ipse religiose domine sanctimoniales in qualibet feria secunda post sese sequentes una missa pro defunctis, pro animabus prescriptorum Gregorii, Michaelis iudicis a proximorum ipsorum salute celebrari seu cantari facere debeant et teneantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum epiphaniarum domini, anno eiusdem domini M^mo quadringentesimo undecimo.

[1] Haec vocabula litteris maioribus scripta sunt.

557 Buda, 1411. jan. 13.

(Bude, VIII. die Epiph.) Sigismundus...rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) marchioque Brandenburgen. etc(etera), sacri Rom. imp. vicarius gen....Zoelio de Nassis thezaurario nostre maiestatis et castellano castri nostri Budensis, necnon comiti vel vicecomiti Insule nostre Chepel constitutis... Cum Nos Cornelium filium Johannis de Kalanda simulcum possessionibus...et bonis suis...in nostram regiam recepimus...tutelam...; fidelitati vestre...mandamus..., quatenus prefatum Cornelium...ab omnibus...impetitoribus et signanter contra...abbatem de Erchy, nostre maiestatis in persona protegere... debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. sub textu impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.537.(Sign. ant.: Arch. famil. Esterházi. Rep. 47., fasc. K., nr. 14.

558 Buda, 1411. jan. 25.

(Bude, in convers. Pauli.) Sigismundus...rex Hungarie...comiti Paulo de Fortensteyn, comiti Iohanni de Lanche, necnon castellanis castrorum Zarwkew, Kroispach aliter Rakwar et Wyvar vocatorum...Cum nos comitatum tricesimarum nostrarum...Ulrico Camarer et Conrado Teuler...duxerimus assignandum velimusque eosdem et officiales ipsorum in factis huiusmodi tricesimarum...procedentes per vos...protegi et defensari, ideo fidelitati vestre...precipimus..., quatenus prefatos...comites...tricesimarum...ipsorumque familiares et officiales..., quoties...ad hoc requisiti fueritis..., ab omnibus impetitoribus protegere, tueri et manutenere debeatis in persona...nostre maiestatis, ipsisque...vestris...auxiliis..., dum necesse fuerit, assistatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. simplicis tergo impressi. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 390. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 4., nr. 122.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 37. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XII. et 37.

559 Buda, 1411. jan. 30.

(Bude, III. inquisit./f. IV. p. convers. Pauli.) Nos comes Symon de Rozgon, iudex curie...Sigismundi...regis Hungarie m. comm., quod nos ad...petitionem Demetrii litterati civis Pestyensis in personis rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Virginis de Insula leporum...magistrum Paulum de Kwlked unacum Johanne de Zantho dicto de Arsan regio et Nicolao litterato de Buzzias palatinali hominibus...de curia regia destinassemus, qui...nobis...retulerunt..., quod ipsi f. quarta...p. convers b. Pauli[1]...in comitatu Pestiensi... inquirendo talem...scivissent veritatem: quod Philippus episcopus eccl. Vaciensis circa festum ad vincula...Petri[2]...missis....Benedicto de Liptow officiale de Nwegh...(cum) iobagionibus suis in...Nemegh commorantibus ad faciem possessionis earundem rel. dominarum...Taxun vocatam, ibique...fena falcata iobagionum ipsarum...asportari...fecisset...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. parvi tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9746.

[1] Jan. 28.
[2] Aug. 1.

560 Buda, 1411. febr. 26.

(Bude, XLV. die oct. epiph.) Nos comes (Simon) de Rozgon iudex curie...Sigismundi ...regis Hungarie d. pro m., quod Benedictus litteratus pro civibus et hospitibus civitatis Albensis...iuxta continentiam litterarum conventus ecclesie Pechwaradiensis evocatoriarum in octavis omn. sanct....in anno proxime transacto[1]...in figura nostri iudicii comparendo contra religiosas dominas sanctiominiales de Insula leporum easdem litteras dicti conventus...domino...regi ad suum litteratorium mandatum rescriptas tenoremque litterarum...regalium dicto conventui directarum...in se habentes - asserens actionem...dictorum civium et hospitum dicte civitatis...litteris in eisdem contineri - nobis presentavit declarantes, quod pro parte civium et hospitum civitatis Albensis regie intelligi datum extitisset maiestati, quomodo religiose domine sanctimoniales claustri beate Margarethe virginis de Insula leporum in earum tributo in civitate Budensi exigi solito abauditis et parvipensis suis regiis edictis et statutis ac privilegiatis in decretis sanctissimi regis Stephani et ceterorum eidem succedentium regum Hungarie prefatis civibus et hospitibus super eorum exemptione ab omni tributaria solutione gratiose factis super ipsos cives et hospites...hactenus incessanter fecissent et facere non cessassent etiam tributa extorquere in eorum, ymmo suum regium preiudicium atque dampnum allegando contra iura earum, vigore quorum iura huiusmodi tributum tenerent et consevarent efficatiora essent quam prefatorum civium et hospitum super premisse tributarie non solutionis exemptiones confecta et meliora. Et quia...dominus noster

rex ipsos cives et hospites in eorum libertatibus et gratiosis indultis illesos... volens remanere..., fidelitati dicti conventus... mandasset, quatenus ipsorum mittant hominem pro testimonio, quo presente homo suus... evocaret prefatas dominas... contra memoratos cives... suam regiam in presentiam ad terminum competentem... rationem de premissis reddituras efficacem... Unde dictus conventus... unacum Stephano filio Iohannis de Moyssa fratrem Dominicum sacerdotem... ad contenta... litterarum... domini... regis evocatoriarum pro... testimonio transmississent..., qui... feria tertia post undecim milia virginum[2]... religiosas dominas sanctimoniales claustri beate Margarethe virginis de Insula leporum in possessione earum Chele vocata contra memoratos cives... ad... octavas festi omn. sanct.[3] in regie serenitatis presentiam evocassent rationem de premissis reddituras... Ad quas quidem octavas... prefate religiose domine... per annotatum procuratorem... civitatis Albensis... coram nobis expectate nostram in presentiam non venissent se... in iudicio agravari permittendo - postulans prefatus procurator dicte civitatis... eisdem ex parte memoratarum religiosarum dominarum sanctimonialium per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia eedem... vice secundaria evocande vise fuerant, pro eo... nos memoratas dominas... contra annotatos cives Albenses per regium et capituli Budensis homines ad octavas festi epiphaniarum domini... venturas[4] regiam in presentiam evocari fecissemus. Tandem ipsis octavis... instantibus Iohannes litteratus pro... civibus Albensibus in nostram veniendo presentiam rationem exactionis et receptionis prescripti tributi assignari postularat per religiosas dominas... prenotatas..., quo percepto fr. Gallus pro ... annotatis dominabus... responderat ex adverso, quod eedem religiose domine super prescripto tributo litteras haberent efficaces..., quas in termino ulteriori... exhibere prompte essent... Unde nos... iudicantes commiseramus, ut prefate religiose domine seu procurator ipsarum universa litteralia earum munimenta..., quas facto in premisso haberent confecta vigesimo sexto die octavi diei beati Georgii martiris nunc venturi[5]... coram nobis exhibere tenerentur, quibus visis iudicium et iustitiam facere valeremus inter partes in premissis. A quibus quidem octavis... ipsa instrumentalis exhibitio... ad octavas festi beati Iacobi apostoli[6]..., ab eisdem octavis... ad octavas festi omn. sanct.[7]..., denique ... ad presentes octavas festi epiphaniarum domini[8]... prorogative deventa extitisset. Tandem... ipsis octavis instantibus Iohannes litteratus pro civibus et hospitibus civitatis Albensis... in personis eorundem in huius declarationem, quod prefate religiose domine... in earum tributis tributum ab eisdem civibus et hospitibus contra statuta et privilegiata[a] libertatem ipsorum ipsis per divos reges Hungarie super eorum (ex)emptione ab omni tributaria solutione gratiose facta hactenus indebite exhigi fecerunt quasdam litteras privilegiales condam Lodouici regis... duplici sigillo suo vallatas anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono secundo Nonas Iunii[9]... confectas habentes in se ... confirmative tenorem litterarum... Ladislai regis Hungarie... privilegialium anno... millesimo ducentesimo octuagesimo quinto undecimo Kal. Septembris... confectarum[10] privilegium... domini Bele regis Hungarie... anno... millesimo ducentesimo tricesimo septimo secundo Nonas May... emanatarum[11]... confirmatoriarum nostro iudiciario examini presentavit, in quibus inter cetera habebatur, quod prefatus... Bela rex... civibus et hospitibus civitatis Albensis inter cetera hanc libertatem... concessit, quod ipsi nec in toto regno, nec in aliqua porta confinii tributum alicui solvere tenerentur. Quibus... exhibitis ... procurator dictorum civium et hospitum ... litteralia instrumenta in personis... religosarum dominarum... exhibere assumpta per easdem exhiberi postulavit coram nobis. Quo percepto Demetrius litteratus pro... religiosis dominabus... quasdam litteras privilegiales ... domini Ladislai regis Hungarie... duplici suo sigillo vallatas anno... millesimo ducentesimo septuagesimo nono... habentes in se... confirmative tenorem privilegii... domini Bele regis anno... millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto octavo Kal. Augusti... confecti nobis demonstravit[12], in quibus inter alia... dominus Bela rex... claustro beate virginis seu cenobio de Insula leporum contulisset... tributum de foro seu mercato castri novi montis Pestiensis. Quarum... litterarum exhibitionibus factis et earum continentiis... partibus per nos... expositis... prescriptisque partibus... per nos in premissis iudicium et iustitiam impertiri postulantibus, - licet... dominus Bela rex... anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto inter alias suas donationes... claustro beate virginis seu cenobio de Insula leporum antelatum tributum de foro seu mercato castri novi montis Pestiensis donaverit et tradiderit, tamen - quia idem dominus Bela rex... anno millesimo ducentesimo tricesimo septimo... civibus civitatis Albensis prescriptam libertatem, ut ipsi cives nec in toto regno, nec in aliqua porta confinii regni sui tributum alicui solvere tenerentur concessisset prius et donasset et ob hoc prescripte... domine antelatum tributum a prefatis

civibus civitatis Albensis minime exigi et recipi facere valuisse[b], sicque...religiosis dominabus super exactione pretitulati tributi ab ipsis civibus facienda perpetuum silentium imponi debere nobis et regni nobilibus nobiscum in examine ipsius cause tribunal iudiciale consedentibus ex premissis...agnoscebatur, pro eo - cum nos unacum eisdem...nobilibus super premissa exactione dicti tributi eisdem...dominabus perpetuum silentium imponere voluissemus; tandem, quia prefatus procurator...religiosarum dominarum easdem de prescripto nostro iudicio contentari nolle referens, discussionem premissorum in personalem presentiam...domini nostri regis per nos transmitti postulabat, pro eo discussionem premissorum in personalem presentiam...domini...regis, ubi pro tunc sua maiestas intra ambitum regni sui fuerit constituta ad octavas diei medie quadragesime nunc venturas[13]... duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. lacera cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 9713. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 13.)

1 1410. nov. 8.

2 1410. oct. 27.

3 1410. nov. 8.

4 1410. jan. 13.

5 1411. maj. 26.

6 1410. aug. 1.

7 1410. nov. 8.

8 1411. jan. 13.

9 1379. jun. 4.

10 1285. aug. 22. - Szentpétery-Borsa: Reg. Arp. 3377.

11 1237. maj. 6. - Szentpétery: Reg. Arp. I. 617.

12 1255. jul. 25. - Szentpétery: Reg. Arp.I.1043.

13 1411. mart. 25.

a recte: privilegiatam

b recte: valuissent

561 Buda, 1411. febr.27.

(Bude, f. VI. p. Mathie.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod...Sigismundus abbas de sancta Trinitate coram nobis...in omnibus causis suis...tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum in quibuscunque terminis coram quovis iudice...regni, ecclesiastico vidl. et seculari a data presentium per anni circulum motis vel movendis Iohannem filium Bartholomei de Theten, Egidium de Kouachy, Valentinum litteratum de suburbio civitatis Budensis, Dominicum litteratum de Buda et Demetrium...litteratum de Pesth...constituit...suos legitimos procuratores, ratum...se promittens habiturum, quitquam per (ipsos)...simul vel divisim ...actum, factum et procuratum fuerit in causis suis prenarratis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.077. (Arch. Mus. Nat.)

562 Buda, 1411.mart.11.

(F. IV. p. Reminisc.) Nos Sigismundus Hungarie...rex m.comm. t. pr. qu. exp. univ., quod Demetrius litteratus de Veteribuda, procurator rel. d. sanctim. de Ins.

leporum...in personis earundem...exhibuit nobis quasdam litteras...Ladislai regis...dupl. sig. pend. consignatas supplicans nostro culmini..., ut tenorem earundem...nostris in litteris...transsumpni faciendo ipsis dominabus dare dignaremur..., quarum...tenor... talis est: (Vide ap. Gárdonyi: Budapest tört. okl. eml. I. p. 54-55.) Nos... prenotati Demetrii litterati supplicationibus nominibus et modis quibus supra regie maiestati per ipsum...porrectis...exauditis, prefatas litteras...presentibus litteris nostris insertas pro annotatis dominabus sanctim. sub transsumpti forma duximus concedendas; presentes autem sigillo nostro mediocri solito et consueto a tergo fecimus consignari...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. regii mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 400. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 15. No. 1.)

563 Iglό, 1411. mart. 30.

(Iglouie, f. II. p. Iudica.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. c., quod Petrus filius Blasii de Zeech, ac Frank filius Dionisii de eadem pro seipsis personaliter, ac pro Procopio fratre uterino iam dicti Frank similiter de dicta Zeech (cum onere)...coram nobis...sunt confessi..., quod quia ipsi ad redemptionem portionis ipsorum possessionarie Chabia vocate, in comitatu Pestiensi existentis habite, que alias per ipsorum predecessores condam magistro Saraceno de Mezthegnyeo...fuisset obligata et nunc apud manus filiorum ipsius magistri Sarachyni haberetur, facultas non suppeteret, ideo ipsi eandem viro magnifico Nicolao de Zech, pridem thavarnicorum nostrorum magistro, veluti ipsorum fratri et consanguineo pro eisdem summis...pecuniarum, in quibus eadem portio eorum possessionaria modo premisso foret obligata, a prefatis filiis annotati magistri Sarachyni redimendam commisissent...ita..., quod quandocunque ipsi Petrus, Frank et Procopius de quantitatibus pecuniarum, pro quibus idem Nicolaus de Zeech dictam portionem eorum possessionariam redimeret, ipsi Nicolao satisfacere valerent, mox prefatus Nicolaus de Zeech, rehabitis...suis pecuniis, huiusmodi portionem eorum possessionariam...antefatis Petro, Frank et Procopio remittere...deberent...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Stephanus de Bathor regni Hungarie palatinus 1520. jun. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 101.544. (Arch. famil. Batthyany de Körmend); b) Franciscus de Rewa regni Hungariae palatini locumtenens 1550. nov. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 5991. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 128., nr. 530.

564 1411. apr. 6.

Georgius iudex Veterisbudensis procurator sanctimonialium monasterii b. Mariae virg. de eadem Veteribuda quandam domum earundem dominarum in castro Budensi habitam Nicolao Vngaro aurifabro civi Budensi pro sedecim florenis auri singulis annis dicto monasterio persolvendis coram magistratu civitatis Budensis in perpetuum feudum locat.

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum vestigio sig. rubri coloris tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: 1411. Super fewdo domus penes domus corporis. Arch. Nat. Hung. Dl. 9766. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19., No. 9.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950). p. 286.

Nos Rigo dictus Rechperger iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod providus vir Georgius iudex de Veteribuda cum litteris procuratoriis patentibus religiose domine Anne abbatisse ac ceterarum sanctimonialium monasterii beate Marie virginis in eadem Veteribuda constructi et dedicati coram nobis personaliter constitutus quandam domum conventus eiusdem monasterii in vico beati Nicolai confessoris castri predicti, domibus confraternitatis venerabilis corporis Cristi ab una et Nicolai Czanczath dicti parte ab altera contigue vicinam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus de consensu totius conventus monasterii predicti, ymmo nemine penitus contradicente, locavit et tradidit idoneo viro Nicolao Vngaro aurifabro, concivi nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam eo modo, quod idem Nicolaus aut sui

heredes eiusdem domus possessores successu temporum singulis annis et perpetue ratione redditus wlgo purkrecht dicti circa festum beati Michaelis archangeli eisdem sanctimonialibus eidemque conventui sexdecim florenos auri puri aut pecuniam usualis monete equivalentem dare et porrigere teneantur contradictione qualibet releganda. Assumpsit nichilominus memoratus Georgius iudex vice et nomine prescripte domine Anne abbatisse totiusque conventus monasterii prenarrati eosdem Nicolaum ac suos heredes ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam salvo redditu supradicto semper remanente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis fuerint in specie reportate. Datum feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo undecimo.

565 Buda, 1411. maj. 8.

(Bude, in f. Stanislai.) Nos Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod Georgius (iudex civitatis Veterisbudensis)...in personis rel. dominarum sanctim. b. virg. de Veteribuda protestatus est...: quod Nicolaus fil. Georgii, Thomas fil. Demetrii, Johannes fil. Johannis, Jakus fil. Blasii et Thomas fil. Ladislai de Ladan; item Franciscus fil. Nicolai, Georgius et Akus filii Petri, Petrus fil. Andree et Bartholomeus fil. Michaelis de Keser philistei, possessiones earundem dominarum Kulsewheges et Belsewheges nominatas, habitatoribus destitutas, in com. Pestiensi existentes, ad possessionem earundem dominarum Chegled...portinentem, a...Sigismundo rege sibi ipsis...dari...procurassent et se in dominium earundem induci facere pretenderent. Unde ...dominum nostrum regem a donatione..., prefatos vero philisteos...ab occupatione..., seque ab intromissione dictarum possessionum sibique ipsis perpetuatione quovis titulo factis vel fiendis nominibus quibus supra publice prohibuit... coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris sub textu impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 9782. (Sign. ant.: V. Buden, Monial. Fasc. 9. No. 13.) - REG. B. Szabó: Pest m. p. 128., nr. 538. - Eodem die et in eadem causa similes lit. edidit comes Simon de Rozgon, iudex curiae regiae. - ORIG.: Chart. pap. cum vestig. sig. parvi tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 38.114.

566 Buda, 1411. jun. 10.

(Bude, in Vig. corp. Chr.) Nos comes Symon de Rozgon iudex curie...Sigismundi regis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Johannis de Vifalu et Franciscus de Geichel... ...in omnibus ipsorum...articulis...coram quovis iudice...regni ecclesiastico ...et seculari a data presentium per anni circulum motis vel movendis sese mutuo, item (inter alios) Corlath civem Budensem...constituerunt...ipsorum...legitimos procuratores...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. parvo flav. col. appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 31.383. (Arch. famil. Csicser.)

567 Buda, 1411. jun. 18.

(In Buda, VIII. corp. Chr.) Nos Iohannes Bubek de Pelseuch tavarn. reg. mag. et comes Gwmuriensis m. comm., quod...fr. Stephanus vicarius ord. fratrum heremitarum s. Pauli primi heremite in claustro b. Laurentii martiris prope Budam degentium in personis prioris et ceterorum fratrum [eiusdem] ordinis de claustro b. virginis in Ermenyes constructo...per modum protestationis nobis significare curavit, quomodo Iacobus dictus Grechenger, civis [Budensis], quandam domum seu fundum curie ipsorum et...claustri de dicta Ermenyes in dicta civitate Budensi inter domos Petri Rowchan et Simonis apatecarii sitam occupando minus iuste conservaret in preiudicium iuris predicti claustri...Unde facta huiusmodi protestatione prefatum Grechenger et alios quoslibet ab occupatione, detentione

et quarumlibet utilitatum perceptione prescripte domus, seque in dominium eiusdem intromissione...factis vel fiendis, nominibus quibus supra, ...prohibuit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. minore impresso. In dorso manu saec. XVI-XVII. In octava sacratissimi corporis Christi. Prohibitio...cuiusdam domus Budensis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9791. (Sign. ant.: Monast. B. V. de Erményes. F.6.No.1.)

568 Buda, 1411. jun. 23.

(Bude, III. die dom. a. Ioh. bapt.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m. comm., quod cum nos ad...petitionem...Stephani vicarii ac ceterorum fratrum heremitarum ord. b. Pauli primi heremite claustri b. Laurentii martiris super Budam unacum Georgio litterato de Oryoma regio, ac Luca similiter litterato iudicis curie...domini...regis hominibus nostrum hominem, vidl. Ladislaum de Kewesd ad...inquisitionem faciendam de curia regia destinassemus, demum iidem...nobis ...retulerunt..., quod ipsi die dominico...ante festum b. Iohannis bapt.[1] in comitatu Pilisiensi...ab omnibus...eiusdem comitatus hominibus, nobilibus scil. et ignobilibus palam et latenter...inquirendo talem de infrascriptis scivissent veritatem: quod dum iidem fratres heremite sabbato...ante festum penthecostes[2]...in eodem claustro generalem convocationem et capitulum more alias consueto habuissent, tunc Paulus dictus Toluay de Mak et Ladislaus filius Francisci de Dynnye...armatis manibus...ad domos et curiam ipsorum fratrum heremitarum circa dictum claustrum b. Laurentii martiris existentes et habitam...irruendo ibique Petrum priorem monasterii de Chathka...et ceteros fratres... heremitas...turpissimis verbis...dehonestassent, ymmo prefatum Petrum priorem, astantibus inibi nonnullis nobilibus viris, interficere voluissent, nisi per eosdem nobiles viros premunitus extitisset eorum potentia mediante in preiudicium...eorum fratrum heremitarum...lite tamen inter ipsos Petrum priorem et Ladislaum pendente...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. maiore tergo appresso. In dorso manu saec. XV. Inquisitoria contra Laurentium de Swr adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9793. (Sign. ant.: Actor. Provinc. sub Monasterio Chatka, Fasc. 3. No.5.)

[1] 1411. jun. 21.

[2] 1411. maj. 30.

569 Buda, 1411. jul. 4.

(Bude, sab. p. visit. Marie.) Sigismundus...rex...Hungarie...comiti vel vicecomiti comitatus Pilisyensis...Nostre maiestati in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum detegitur querulose, quomodo vos iobagiones ipsarum in possessione Chabya vocata residentes occasione cuiusdam particule silve ad eandem possessionem Chabya vocatam spectantis...impedieretis..., dum ipsi in propriis curribus ipsorum ligna in silvis ipsarum dominarum succisa causa venumdationis versus civitates nostras Budensem et Strigoniensem deferrent..., propter quod dicta possessio Chabya... desolationis pati opptineret ruinam. Verum nos huiusmodi...actibus vos abstinere et cessare facere intendamus, ideo fidelitati vestre...mandamus, quatenus...iobagionibus prefatarum dominarum sanctimonialium occasione premisse silve etiam asportationis lignorum in silvis dictarum dominarum succisionis causa venumdationis versus dictas civitates nostras fiende...nullatenus audeatis molestare...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. simplicis maioris impressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio Piponis de Ozora comitis Temesiensis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9798. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 6.No.6.)

570 Buda, 1411. jul. 4.

(Bude, in Udalrici.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm., quod... Iohannes Schikel iudex, Iacobus dictus Kan, olim iudex et Petrus Nadge cives nostri de Tetin nobis exponere curarunt, quomodo ipsi totaque communitas de...Tetin pro structuris domorum suarum ac aliis...necessitatibus lignorum maximum haberent defectum, propter quod edificia domorum eorundem ruinam continuo comminarentur. Culmini igitur nostre maiestatis...supplicarunt..., quatenus...eisdem...annuere dignaremur..., ut ipsi de silva nostra Turbayden vocata pro utilitate eorum communi ligna succidere et ad domus seu ad alia loca competentia eisdem... adducere valerent. Nos igitur...eisdem civibus et populis de Tetin hanc gratiam duximus facere specialem, quod ipsi eorumque heredes...perpetuo ligna de...nostra silva Turbayden per eos succisa pro structuris seu edificiis faciendis aut reformandis, necnon pro combustione in domibus...facienda...licite...ad eorum domicilia seu alia loca, que maluerint, adducere valeant, sed vendere non presumant, etiam si predictam silvam venationis causa aut...in perpetuum vel ad tempus nos contingeret...donare cuicunque...petenti...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex 1436. febr. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 88.104. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy.)

571 Buda, 1411. jul. 6.

(Bude, f. II. p. visit. virg.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. c., quod honorabilis vir, dominus Petrus plebanus de Riuulodominarum coram nobis confessus est..., quod ipse ob propinquum consanguineitatis vinculum, quo Andreas, Paulus ac dominus Petrus prepositus s. Laurentii de H[ay], necnon Ladislaus et Nicolaus filii Nicolai de Chapy sibi attinerent, habens etiam nichilominus...respectum ad fraternales...complacentias sibi... exhibitas, volens horum intuitu...ipsis...subvenire, domos suas in civitate nostra Budensi, in vico seu platea prope ecclesiam s. Nicolai confessoris sitas et adiacentes, in ipsum a condam Iohanne filio Georgii, fratre suo carnali de Noghmyhal iure successorio devolutas, quas quidem domos idem condam Iohannes a quibusdam iudeis eiusdem nostre civitatis, manibus vidl. alienis, pro octingentis fl. puri auri, in quibus dicte domus...fuissent obligate, pecuniis scil. per nos ipsi condam Iohanni pro fidelibus suis servitiis datis et assignatis, redemisset, simulcum curia aliisque universis utilitatibus et pertinentiis earundem, vidl. tam ligneis, quam lapideis seu aliis quibuscunque, seipsum de dominio earundem prorsus excipiendo, omni eo iure, quo eedem ipsum quoquomodo concernerent seu tangere possent, memoratis Andree, Paulo, domino Petro preposito, necnon Ladislao et Nicolao, eorundemque heredibus et superstitibus universis de suis manibus...donasset... perpetue...possidendas...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dorso manu coaeva Super domum Bude adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 51.419. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Soos.) - ED.: Sztáray II. p. 97-98. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 288., adnot. nr. 38.

572 Buda, 1411. jul. 11.

(Bude, sab. a. Margarethe.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie m. comm...., quod in personis religiosarum dominarum sanctimonialium in claustro beate Marie virginis in civitate nostra Veterisbudensi constituto altissimo famulantium nostre declaratum extitit maiestati..., quomodo plerique forent nobiles et regnicole nostri, qui easdem dominas... pretextu nonnullorum dampnorum, nocumentorum, actuum potentialium, ac aliorum malorum et iniuriarum generum per iudices et officiales possessionum ipsarum, tenutarum, terminorum, necnon portionum utputa et iurium possessionariorum tutores, defensores et protectores ipsis...insciis patratorum, allatorum et irrogatorum in causam attrahere et contra easdem litis et controversionis materiam suscitare ac movere et ex hac causa ipsas iudicio convenire, per formamque iuris vellet[a] vexare et aggravare niterentur, timerentque eedem domine...temporibus successivis pretextu huiusmodi litium suscitamenti sibi ipsis

grande periculum posse evenire. Supplicatumque extitit in earundem...personis claritati nostre..., ut nos eis circa premissa remedium prebere dignaremur gratiosum. Nos itaque ...ex certa nostre maiestatis scientia et potestatis plenitudine eisdem hanc gratie specialis prerogativam duximus faciendam..., ut deinceps in antea nullus regni nostri iudicum et iustitiariorum, ecclesiasticorum vidl. et secularium ipsas dominas...ratione...huiusmodi actuum potentialium, dampnorum, nocumentorum et ceterorum malorum generum per huiusmodi officiales et iudices ipsarum possessionum et portionum possessionariarum... tutores, protectores et defensores...regnicolis nostris seu regni nostri nobilibus inferendorum et patrandorum hactenusque perpetratorum et illatorum ullo unquam tempore iudicare vel ipsorum astare iudicatui compellere audeat et presumpmat modo aliquali. Quocirca vobis... viris magnificis palatino et iudici curie nostre, vestrasque vices in iudicatu gerentibus, aliis etiam cunctis regni nostri iudicibus et iustitiariis, ecclesiasticis et secularibus, presentibus et futuris...precipimus..., quatenus a modo et deinceps in antea prefatas dominas...ratione previa ad nullius regnicolarum nostrorum instantiam iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, nec ipsarum iobagiones in personis, hereditatibus, rebus atque bonis ipsorum universis impedire, molestare, vexare et dampnificare aliquatenus presumpmatis; volumus enim et presentibus edicimus universis regni nostri nobilibus, nec-non possessionatis ac alterius status et conditionis hominibus, quibus huiusmodi iniurie, dampna, actus potentiarii et aliorum malorum genera per huiusmodi iudices et officiales, vidl. ipsarum dominarum...possessionum defensores et tutores, quos...regni nostri nobiles esse volumus, inferre et irrogare contigerit, ymmo iam de facto illata si essent et irrogata, ut ipsi nusquam et nunquam prefatas dominas sanctimoniales, sed predictos officiales et iudices huiusmodi actuum potentiariorum ac aliorum malorum generum illatorum in nostri aut alterius eorum ordinarii presentiam in causam attrahere et contra ipsos litis et questionis materiam suscitare valeant, debeant, atque possint...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio Piponis comitis Temesiensis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Ut nullus iudicum iudicare audeat adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9799. (Sign. ant.: Clarissarum Budensium Fasc. 35. No. 5.)

[a] recte: vellent

573 Buda, 1411. jul. 15.

(Bude, in div. apost.) Sigismundus...rex...Hungarie...capitulo ecclesie Weterisbudensi...Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate Marie virginis de Veteribuda, quod licet causa inter vos...et dictas religiosas dominas sanctimoniales...in facto decimarum quarundam terrarum ipsarum arabilium ...proprio aratro earum subiectarum coram nobis verti debens...fine decisivo nondum fuerit...terminata, tamen vos...dictas decimas ab ipsis...recipere et extorquere niteremini ...Quare fidelitati vestre...mandamus, quatenus dictas decimas...quousque ipsa causa per nos ac prelatos et barones nostros...debito fine concludetur...ab eisdem recipere et extorquere, dictasque dominas sanctimoniales ratione previa in nullo impedire seu quovismodo perturbare presumatis, nec sitis ausi...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sig. Relatio comitis Symonis de Rozgon iudicis curie regie not. canc. legitur. In dorso manu saec. XV-XVI. haec adnot. est scripta: 1411. ex parte decime contra capitulum v(eteris) B(ude). Arch. Nat. Hung. Dl. 9801. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 64. No. 27.)

574 1411. jul. 27.

(VI. die Marie Magd.) ...domino Sigismundo...Romanorum...ac Hungarie...regi ...Capitulum ecclesie Collocensis...Vestra noverit serenitas, quod cum nos...receptis litteris vestris annualibus...Conventui cruciferorum eccl. b. regis Stephani de Alba... datis..., iuxta earundem continentiam unacum Paulo filio Nicolai de Chut homine vestre

serenitatis[1]...Johannem nostre ecclesie clericum...pro testimonio...duximus transmittendum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi in festo Marie Magd.[2]...in comitatu Albensi ...inquirendo...comperuissent..., quod Valentinus filius Emerici, necnon Ladislaus et Johannes (?) filii eiusdem Emerici de Scenthgergh...per iobagiones ipsorum de Moha terras arabiles, prata seu fenilia, silvas et alias utilitates possessionis dicti conventus Barch vocate occupando...uti facerent...potentia mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. parvi hemispherici tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.262. (Sign. ant.: Arch. Convent. crucif. de Alba, Caps. 3., nr. 54.) - REG.: Érszegi: Fejér megyére von. okl. p. 205., nr. 95.

[1] Simili officio fungebatur 1414. jul. 26. et Brictius filius Johannis de eadem Chut. Érszegi: op. in REG. cit. p. 207., nr. 105.

[2] Jul. 22.

575 Jászó, 1411. aug. 13.

(F. V. a. Stephani regis.)...Nicolaus Nonastir, civis et hospes de Iazow et de Buda, coram conventu (monasterii de Iazow) ...universa bona sua, vidl. curiam et domum cum suis utilitatibus, terris arabilibus, pratis, fenetis ad eandem curiam spectantibus, specialiter omnia montana molendina sua ad aurifodinam, minera et metallum pertinentia, in territorio...possessionis seu oppidi Iazow...existentes adiacentia...providis viris... Iohanni Prehtel et Andree Mesner, necnon Augustino dicto Kruspek in mille et octingentis florenis, quemlibet florenum per centum denarios novos computando (cum exped. caut.) pignori obligasset eo modo, quod quandocunque (ipse)...premissa...bona sua pro eisdem florenis...redimere posset, extunc ipsi, rehabita ipsorum pecunia..., easdem eidem Nicolao remittere deberent...; hoc non pretermisso, ut nec per litteras regales et reginales, nec aliqua cautela adinventa se in dominium earundem intromittere possit..., nisi ipso Iohanni, Andree et Augustino parata in pecunia satisfaceret; insuper si ipsi aliqua dampna temporis in curriculo facto in premisso perciperent, extunc...Nicolaus Nonastyr unacum capitali sumpma pecunie satisfacere tenetur; in causu[a] autem, si predicti Iohannes, Andreas et Augustinus...bona ipsius Nicolai conservare nollent, extunc ipsi, cui dimittere vellent, liberam dimittendi haberent facultatem...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Conventus monasterii de Iazow 1414. sept. 13. > Iohannes Bubek de Pelseuch, mag. tavarn. regalium 1416. febr. 27. > Idem 1416. jun. 16. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice). Coll. Schwartzenbachiana nr. 109. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: casu

576 Buda, 1411. aug. 15.

(Bude, in assumpt.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum m. comm., t. pr. signif. univ. quibus exp., quod mag. Paulus de Kowar prothonot. noster, item nobiles domina Dorothea consors, ac Elizabeth filia sui pro se, pro Ladislao vero, Iohanne et Nicolao filiis, ac puella, similiter Dorothea, filia eorum (cum onere) proposuerunt..., quomodo ipsi...tertiam partem possessionis Kenderes, alio nomine Kereghaz vocate, in comitatu de Heues existentis, emptitio titulo ipsos concernentem, que Michaelis dicti Kantor de Bw, Emerici et Stephani filiorum suorum, ac Petri filii Iohannis de eadem Bw prefuisset, cum...suis utilitatibus iure perpetuo...possidendam domui ecclesie s. Laurentii prope Budam, fratribusque heremitis ibidem deo famulantibus, ubi scil. Nicolaus frater ipsius magistri Pauli iam sepultus esset et ipse mag. Paulus sepulturam sibi elegisset, in perpetuam elemosinam pro una lampade ante altare s. crucis, loco scil. dicte sepulture, in honore nominis crucifixi eiusdemque matris virginis Marie iugi lumine ardente (cum exp. caut.) donassent, ymmo dederunt...nil iuris...pro se...et

eorum posteris reservantes...; et ad maiorem firmitatem litteras emptionales comitis Frank de Zechen pridem iudicis curie regie, necnon statutorias capituli Agriensis exinde subortas manibus fratrum dicti claustri assignaverunt hoc declarato, quod dum necesse ipsi fratres pro tempore constituti dictas litteras emptionales penes ipsos in iudicio totiens quotiens eveniret, semper reexhibere...tenerentur...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. maioris de dupplici cauda membr. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 9805. (Sign. ant.: Fasc. 1. No. 13.) - ED.: Fejér:CD.X/5. p. 188-190. - REG.: Zákonyi: Századok 45(1911) p. 604.

577 1411. aug. 17.

(III° assumpt.)...Johannes de Zaka ad...Capitulum eccl. Agriensis accedens presentiam in personis...Jacobi Zudar significasset, quod, prout...dominus suus percepisset...Simon, frater eiusdem sab....ante festum b.Laurentii[1]...ob favorem...Benedicti Zudar talem fecisset fassionem, quod universe possessiones et quelibet iura possessionaria per...(Petrum) banum, patrem eorum acquisita et inventa, signanter vero possessiones condam Blasii de Suny prefatum Benedictum dictum Zudar equaliter et eodem modo, quemadmodum Jacobum et Simonem concernerent et equaliter ad ipsos unacum memorato Benedicto essent devolute, universaque litteralia instrumenta eorum ipsos communiter tangerent; cum tamen...possessiones...condam Blasii Suny et domus lapidea maior, Bude, per ...Petrum banum acquisite prefato Benedicto in nullo attinerent, nec ad ipsum essent devolute, sed ipse Benedictus medietates prefatarum possessionum et domus potentiarie occupasset; qua quidem protestatione facta memoratum Simonem, fratrem ipsius Jacobi a prefacta fassione, ipsum vero Benedictum a dictarum possessionum et domus occupatione, seque in dominium earundem intromissione prohibuisset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR: Arbitri... 1416. oct. 31. > Sigismundus rex, Hung. 1417. sept. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.160.

[1] 1411. aug. 8.

578 Esztergom, 1411. sept.8.

(Strigonii, in nat. Marie.) Sigismundus...Hungarie...rex...providit...hominibus nostris in possessionibus Wrs et Sasad vocatis residentibus, aliis etiam cunctis [in territorio... possessionis Wrs vineas habentibus...Pro parte...dominorum... [canonicorum capituli ecclesie] Strigoniensis nostre datur intelligi maiestati, quomodo nonnulli ex vobis de vineis...etiam ab olim possessis, de quibus alias semper et ab antiquo decime dari et solvi [consueverant...], sub quadam ficta cautela, illa vidl., ut de ipsis vineis non decimas, sed certas amministrationes...facerent...ipsos in decimis eorum defraudare [niterentur] ...et quod etiam locum pro recollectione...ipsarum decimarum... [parari facere] non permitteretis... Dilectioni igitur [vestre...] firmo regio sub edicto...precipientes mandamus, quatenus decimas omnium vestrarum vinearum [in territorio possessio]nis Wrs sitarum, de quibus alias decimas ipsis dominis solvere consuetum fuerit..., eisdem dominis et eorum decimatoribus more alias consueto effective persolvere ac extradare debeatis, ipsumque locum pro congregatione ipsarum decimarum ipsis et eorum decimatoribus parari facere pacifice permittatis...

ORIG.: Chart. pap., cuius una (superior sinistra) particula (50x65 mm) deest, cum fragmento sig. secreti impressi. In dorso manu saec. XVI. Super decimis de Wrs adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

579 1411. sept. 30.

Coram magistratu civitatis Budensis Nicolaus Gaczar dictus cum Katherina consorte sua quandam domum ipsorum in suburbio castri, in vico carnificum habitam Nicolao de monte Regis et Katherinae consorti suae pro triginta duobus fl. per centum denarios novos computatis (cum exp. caut.) vendunt.

ORIG.: Memb. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu saec. XV. scriptae Nicolaus von Kunigsperg et yber ein haws in de flascher gassn leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9821. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1546. No. 52.)

Nos Iohannes dictus Siibenlinder iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod providus vir Nicolaus Gaczar dictus cum honesta domina Katherina consorte sua legitima coram nobis personaliter constituti quandam domum ipsorum in suburbio castri predicti, in vico carnificum, in vicinitate Nicolai Schon parte ab una et alterius Nicolai Polczel dictorum habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nemine penitus contradicente, vendiderunt et tradiderunt idoneo viro Nicolao de monte regis et domine Katherine consorti sue et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro florenis triginta duobus per singulos centum denarios novos computandis plene et integre perceptis et habitis ab eisdem. Assumpserunt nichilominus memorati Nicolaus Gaczar et domina Katherina consors eiusdem prescriptum Nicolaum de monte regis et dominam Katherinam uxorem suam ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis fuerint in specie reportate. Datum in crastino festi beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo undecimo.

580 Pesterzsébet, 1411. oct. 7.

(Prope villam Zenthersebeth, IX. die congr.] in f. Michaelis.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod in congregatione nostra generali...nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum in...f. b. Michaelis archang.[1] ex speciali regio edicto prope villam Zenthersebeth celebrata Stephanus et Ladislaus filii Elye de Mayushaza...proposuerunt...,quomodo Ladislaus filius Nicolai de Ordashaza... unacum Michaele filio Pauli et Valentino de Felkezy in anno...preterito circa festum b. Michaelis ad domum ipsorum in...Maiushaza habitam veniendo ipsum Ladislaum letalium vulnerum plagis...vulnerassent - petens nos..., ut iidem iudices nobilium iuratique assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti, faterentur veritatem...; qui (dicta quaerulantium) concordi testificatione affirmarunt...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 98.130.

[1] Sept. 29.

581 Pesterzsébet, 1411. oct. 14.

(Prope villam Zenthfalua.) In congregatione generali Nicolai de Gara regni Hungariae palatini universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum...celebrata... iudices nobilium et iurati assessores dictarum comitatuum Simonem filium Pauli de Inarch et Ladislaum filium Johannis de Alberthi, nepotes condam magistri Balase de Felkezy fore ...unanimi testificatione affirmarunt...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Laurentius de Hédervára regni Hung. palatinus 1438. jun. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 98.043. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 129., nr. 533. (Sub dat.: oct. 9.); Bakács: Iratok p. 345, nr. 1257.

582 Roma, 1411. oct. 16.

(Rome, ap. s. Petrum, XVII. Kal. Nov., a. II.) Johannes (papa XXIII.)...custodi seu thesaurario eccl. b. Marie Alberegalis Vespr. dioc....Exhibita ...nobis...pro parte... Georgii Chraczer cler. Vespr. dioc. petitio continebat, quod...ipse per quondam ordinis fratrum heremitarum s. Augustini professorem seductus et etiam correctionem magistri sui, eum tunc in primitivis scientiis imbuentis, perhorrescens, domum fratrum dicti ordinis in opido Budensi...intravit, quodque habitu regulari dicti ordinis per eundem in ipsa domo assumpto, eadem die, qua intraverat, fratres eiusdem domus predictum Georgium ignorantem rationem - quid faceret, quandam scripturam legere et per hoc secundum ipsos fratres professionem regularem dicti ordinis expressam emittere ac...post aliquos dies eundem...ad civitatem Strigoniensem associari et...ad subdiaconatus ordinem promoveri fecerunt; sed idem Georgius...intentionem perseverandi in dicto ordine, seu emittendi professionem...nunquam habuisset, postmodum...domum prefatam et ordinem ...derelictis ...ad seculum fuit reversus. Quare pro parte ipsius Georgii nobis fuit...supplicatum, ut... ipsum ad predicti ordinis observantiam non teneri...posse...declarari mandare... dignaremur. Nos igitur...discretioni tue...mandamus, quatenus si...reppereris dictum Georgium ad ipsius ordinis observantiam...non teneri - ita tamen, quod idem...infra certum terminum ordinem s. Benedicti ingredi, illumque in aliquo monasterio..., in quo...invenerit receptores profiteri non postponat... - declares.

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 157., fol. 138^{v}-139. - PHOTOCOPIA:Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG. Mon. Rom. Vespr. II. p. 362.

583 Visegrád, 1411. nov. 12.

(in Vysegrad, f. V. p. Martini.) Sigismundus...Hungarie...rex...iudici et iuratis civibus civitatis Budensis...Conqueritur maiestati nostre...dominus Andreas archiep. Spalatensis, gubernator et commendator abbatie de Beel, quod Iohannes dictus Gugy, hospes domus eiusdem abbatie in suburbio Budensi existentis, ac Petrus Eheky, nonnullique alii cives et hospites Budenses cum Iohanne custode de Batha ad domum abbatie predictam in dicto suburbio situatam fractis cardinibus, hostiis et seris, ac muris dicte domus in nocte subintrando litteralia instrumenta, thesaurum et etiam alia bona eiusdem abbatis et abbatie in eadem domo reperta exportassent, diripuissent et...dissipassent...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus...prefato domino archiepiscopo ac supradicte abbatie ex parte...Iohannis Gugy et [Pe]tri Eheky aliorumque omnium civium et hospitum Budensium in premissis culpabilium super omnibus hiis iuxta probationes et loca et legitimas demonstrationes eiusdem domini archiepiscopi...iustitie complementum impendere...debeatis iuris ordine observato...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. Sub sig. scripta not. canc. est illegibilis. In dextro margine dorsi manu coaeva haec adnot. est scripta: Iudici et iuratis Budensibus super spolio domus abbatie de Beel. Arch. Abbatiae Sacri Montis Pannoniae, nr. 770. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pannonh. rendt. VIII., p. 438.

584 Roma, 1411. dec. 5.

(Rome, ap. s. Petrum, Non. Dec., a. II.) Johannes (papa XXIII.)...Lamberto Sluter de Gelria preposito s. Petri apostoli Veterisbude Vespr. dioc. magistro in theologia ...Litterarum scientia ac morum honestas...nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales...Cum itaque...prepositura eccl. s. Petri apostoli Veterisbude..., que dignitas principalis in eadem existit, per liberam resignationem...Nicolai dicti de Pest, olim ipsius eccl. prepositi...vacet ad presens...; nos volentes tibi, qui etiam magister in artibus et...Sigismundi electi Romanorum regis capellanus et consiliarius existis..., prepositurum predictam, cuius...proventus trecentorum fl. auri...valorem anuum...non excedunt...; tuque ad eandem prepositurum...vacantem per prefatum regem tamquam verum

patronum presentatus fuisti..., cum omnibus iuribus et pertinentiis suis...tibi...conferimus et de illa providemus...Seu, quod asseris, parochialem ecclesiam in Lewbenstorff Patavien. dioc., cuius...proventus centum fl. auri...valorem annuum non excedunt, nosceris obtinere, nos...ut prepositurum ipsam recipere et usque ad septennium unacum dicta parochiali ecclesia retinere...valeas...de uberioris dono gratie...dispensamus...ita tamen, quod parochialem ecclesiam aut prepositurum huiusmodi cum earum reliqua compatibili interim permutare, alioquin eandem parochialem ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XVII., fol. 298^{v}-299^{v}. - PHOTOCOPIA:Coll. Mus.Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 364-365.

585 Roma, 1411. dec. 5.

(Rome ap. s. Petrum, Non. Dec., a. II.) Johannes (papa XXIII.)...episcopo Senensi et...Benedicto preposito et Henrico custodi eccl. b. Marie virg. Alberegalis Vespr. dioc. Lambertus Sluter de Gelria prepositus eccl. s. Petri apostoli Veterisbude Vespr. dioc., magister in theologia (eandem prepositurum...obtinuit). Quocirca discretioni vestre ...mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum...eundem Lambertum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prepositure et pertinentiarum ...inducatis...et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore ac facientes ipsum ...vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prepositurum ut est moris admitti, sibique de ipsius prepositure...proventibus integre provideri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber XVII., fol. 299^{v}. - PHOTOCOPIA:Coll. Mus.Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 365.

586 Buda, 1411. dec. 26.

(Bude, in Steph. prothomart.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. comm., t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos tum pro fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis et sinceris complacentiis fidelis nostri dilecti viri magnifici Petri de Peren, alias Siculorum nostrorum, necnon Maromorosiensis comitis, quibus idem nobis et sacro nostro regio dyademati in diversis locis et temporibus sumpme incumbentibus studuit zelo ferventi complacere, anhelatque in futurum se nostre gratum offerre maiestati et acceptum, tum etiam pro mille fl. presentis nove nostre monete, quos nobis...ad singularem nostre maiestatis requisitionem assignavit et persolvit, quandam curiam seu domum nostram, in nostra civitate Budensi, in foro sabbati, in vicinitate curiarum seu domorum ab oriente vidl. filiarum, necnon generorum condam Petri dicti de Zala, ab occidente vero Iacobi dicti Tekeus, civium dicte civitatis nostre Budensis existentem et habitam, que alias Sebastiani litterati de Bela, pridem camararum salium nostrorum comitis prefuisset et... in virum magnificum Nicolaum Chak, alias wayuodam nostrum Transsiluanensem devoluta ... extitisset, ab eodem Nicolao de Chaak in concambium cuiusdam possessionis nostre Homrok vocate, in comitatu Byhoriensi existentis, per nostram maiestatem receptam, simulcum universis edificiis lapideis et ligneis, ac orto, necnon aliis suis pertinentiis et circumstantiis quibuslibet ad eandem pertinentibus et spectare debentibus eidem Petro de Peren ac cunctis suis heredibus et successoribus de manibus nostris regiis ac omni eo iure, quo eadem nostre incumbit collationi (cum exp. caut.) in perpetuum duximus conferendam...salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 70.798. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil.Perényi.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 292., adnot. nr. 61.

587 1411.

Sigismundus rex Hungariae Albensi et Vesprimiensi comitatibus praecipiendo mandat, ut praesente Andrea Chapy aulae regiae iuvene mercatorum Budensis, Temesiensis et Vaciensis civitatum spoliatores inquirant et arrestent.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 130., nr. 538.

588 1412. jan. 10.

(Bude, dom. p. epiph. domini.) Sigismundus...Hungarie...rex...honorabili viro domino Petro de Lewche canonico ecclesie Budensis, vicarioque loci eiusdem in spiritualibus generalis...Dicitur nobis in persona provide domine Katherina vocate, consortis Georgii sartoris habitatoris civitatis nostre Budensis...,quomodo religiose domine sanctimoniales in claustro beate Marie virginis de Veteribuda altissimo famulantes ipsam dominam Katherinam vestri in presentia in facto cuiusdam macelli in civitate Veterisbudensi habiti in causam attraxissent, et ipsam causam, que minime foret per vos diffinita et fine debito conclusa et terminata absque aliquali adiudicatione in presentiam vicarii ecclesie Strigoniensis per illegitimas cautelas transmitti procurassent...Verum, cum nos causa in premissa partibus predictis iudicium et iustitiam debitam aministrare intendamus, fidelitati igitur vestre...mandamus, quatenus partes inter predictas causa in premissa quintodecimo die festi epiphaniarum domini[1]..., ad quem eadem prorogata...fore perhibetur, absque ...ulteriori prorogatione...finem facere et eandem concludere et finaliter terminare debeatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Petrus de Lewche vicarius generalis in spiritualibus praepositi ecclesiae Budensis 1412. jan. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 9721. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 10.)

[1] 1412. jan. 20.

589 Óbuda, 1412. jan.22.

(III. die XV. diei epiph. dom.) Nos Petrus de Lewche can. ecclesie Budensis vicariusque venerabilis viri, domini Lamperti, prepositi eiusdem ecclesie in spiritualibus generalis m. comm., t. pr. signif. quibus exp. univ., quod cum religiose domine sanctimoniales claustri beate virgini de Veteribuda providam dominam Katherina vocatam, consortem Georgii sartoris de castro Budensi, pretextu conservationis cuiusdam macelli in eadem civitate Veterisbudensi habiti...in presentia...vicarii ecclesie Strigoniensis in causam attraxissent, et ipsa causa de reginali litteratorio mandato ad presentem quintumdecimum diem festi epiphaniarum domini[1] nostram in presentiam deventa extitisset, demumque ipso termino occurrente Benedictus carnifex, hospes de dicta Veteribuda pro eadem domina Katherina...presente Michaele Magno, qui pro...religiosis dominabus... coram nobis adherebat..., litteras...domini...Sigismundi...regis preceptorias hunc tenorem continentes...nobis presentavit: (Vide nr. 588. Sigismundus rex Hungariae 1412. jan. 10.), quibus presentatis...procurator...religiosarum dominarum in declarationem... actionis earundem quasdam litteras...capituli Budensis...die dominico...post festum beati Barnabe apostoli anno...M^mo trecentesimo septuagesimo septimo emanatas[2] nobis presentavit continentes: (Vide: Capit. ecclesiae Budensis 1377. jun. 14.), quibus exhibitis rationem premisse conservationis dicti macelli per eandem dominam assignari postulavit coram nobis. Quo audito...procurator dicte domine...quasdam litteras iudicis et iuratorum civium...civitatis Veterisbudensis privilegiales in festo beati Gregorii pape anno millesimo quadringentesimo decimo confectas[3] nobis curavit demonstrare, quarum seriebus eatenus informabamur: (Vide nr. 540. Magistratus civitatis Veterisbudensis 1410. mart. 12.) Quarum quidem litterarum per utrarumque partium procuratores productarum exhibitionibus factis, ipsis procuratoribus dictarum partium nulla plura instrumenta preter exhibita facto in premisso emanata nunc vel in futurum exhibere posse referentibus, eisdem in premissis per nos iudicium et iustitiam preberi postulantibus, unde licet prefata domina Margaretha in

...anno...millesimo trecentesimo septuagesimo septimo...dictum macellum suum in... Veteribuda, in loco fori...situm cum omnibus utilitatibus sùis...claustro beate virginis ac religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem deo famulantibus...legaverit et commiserit, tamen quia...religiose domine sanctimoniales post premissam fassionem per...dominam Margaretham ipsis factam a prescripto anno...millesimo trecentesimo septuagesimo septimo incipiens, qui vidl. non tantum tempus prescriptionis,per quod iura civitatensium, verumtamen iura nobilium regni iusto titulo possessa possessoribus eorundem perpetuari solet, transcendebat, nunquam in dominio dicti macelli extitisse, prescriptum autem macellum tandem per filios et posteros ipsius condam domine diversis personis sine omni inquitatione venditum, ultimatim vero per prefatum condam Nicolaum Kerepes inter ceteras suas testamentarias dispositiones ipsi domine Katherine in causam attracte, nullo contradictore apparente, legatum extitisse ex premissarum litterarum continentiis, necnon ex veridica relatione et attestatione quam plurimorum proborum virorum per ipsam dominam Katherinam iuxta nostram iudiciariam commissionem in testimonium adductorum, quorum nomina propter prolixitatem presentibus inseri obmittentes, manifeste reperiebantur, super hoc autem, quomodo et per quem modum dictum macellum ab ipsis religiosis dominabus sanctimonialibus fuisset alienatum..., procurator earundem nullas litteras prohibitorias, protestatorias, aut litis motionem denotantes, per quas prescriptum tempus prescriptionis corrumpere posset, potuit et valuit exhibere, sed solum per simplicem et nudam fassionem ...domine Margarethe eisdem appropriare machinabatur, sicque prescriptum macellum erga manus...domine Katherine existens eidem adiudicari et relinqui, eedemque religiose domine sanctimoniales pro indebita requisitione dicti macelli in valore estimationis eiusdem convinci debere nobis, necnon honorabilibus et discretis viris dominis de capitulo ...ecclesie Budensis, item iudici et iuratis civibus...civitatis Veterisbudensis nobiscum in examine ipsius cause existentibus perspicue cernebantur, pro eo prescriptas religiosas dominas in valore estimationis dicti macelli contra prefatam dominam Katherinam convicta fore decernentes eisdemque facto in premisso perpetuum silentium imponentes, prescriptum macellum...apud manus dicte domine Katherine habitum simulcum universis suis utilitatibus eidem domine suisque successoribus relinquimus et committimus in sempiternum possidere, tenere et habere auctoritate nostra iudiciaria mediante, salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum plica et sigillis: a) annulari viridis coloris eiusdem vicarii ac b) capituli Budensis de filis sericeis viridibus pendentibus. In dorso manu fere coaeva Perpetuum silentium super macellum condam domine Katherine Weteris Bude habitum contra moniales factum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9721. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 10.)

[1] 1412. jan. 20. - [2] 1377. jun. 14. - [3] 1410. mart. 12.

590 1412. febr. 3.

Magistratus civitatis Budensis ad petitionem Iacobi et Simonis, filiorum Petri (Zudar) bani litteras eiusdem magistratus 1370. aug. 12. privilegialiter emanatas sub minori sigillo civitatis transscribit.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 5866. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 604. No. 12.)

Nos Iohannes dictus Subenlinder iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod nobiles viri: Iacobus et Simon filii Petri bani coram nobis personaliter constituti exhibentes nobis quasdam litteras in specie super quadam domo in castro predicto habita, a prenotato patre ipsorum Petro bano pro certa summa pecunie comparata, pendentis privilegialis sigilli nostri munimine roboratas supplicantes per nos propter viarum discrimina aut ceteros eventus casuales de verbo ad verbum rescribi minorique nostro sigillo solito roborari uberem ad cautelam, quarum tenor talis est: Nos Michael filius comitis Kunczlini...(Sequuntuntur litterae magistratus civitatis Budensis de 1370 VIII. 12.) Nos quidem iustis et iuri consonis petitionibus eorundem nobilium virorum benivole annuentes easdem litteras coram nobis specietenus exhibitas, non cancellatas, non abrasas, nec prorsus omnino suspitionis vitio depravatas de verbo ad verbum rescribi facientes minorisque nostri sigilli appressione munitas dictis nobilibus

viris: Iacobo et Simoni et per eos eorum heredibus heredumque suorum legitimis successoribus favorabiliter duximus concedendas. Datum in crastino festi purificationis beate Marie virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo.

591 Buda, 1412. febr. 5.

(Bude, II. die V. p. purif.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. c. signif. t. pr. quibus exp. universis, quod nobis feria quinta...post festum purificationis beate Marie virginis[1] Bude unacum prelatis et baronibus, plerisque proceribus regni nostri pro tribunali sedentibus Georgius iudex, civis civitatis nostre Veterisbudensis et Egidius de Kowachy nomine...religiosarum dominarum sanctimonialium ordinis sancte Clare de Veteribuda culminis nostri adientes conspectum quasdam tres bullas..., unam condam domini Gregorii...pape decimi apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, VIII. Kal. Augusti, pontificatus sui anno tertio[2] et alias duas domini Iohannis...pape XXIII. Bononie VII. Kal. Iulii, pontificatus autem sui anno primo emanatas[3], quarum quidem litterarum...Iohannis pape una tenorem quarundam bullarum...domini Innocentii pape VI. continentium in se alium tenorem bullarum condam domini Iohannis pape XXII.[4], alia vero earundem...seriem verbalem bullarum...condam Bonifacii pape VIII. transsumptive et confirmative in se continebant[5], nostro conspectui curarant presentare; in quarum quidem bullarum... Iohannis XXII., Gregorii X. et Bonifacii VIII. tenoribus inter alia antefatas religiosas dominas sanctimoniales de novalibus, necnon possessionibus earundem, quas propriis sumptibus et expensis excolerent, nullas decimas dare debere, ymmo easdem ab omni solutione decimarum prescriptarum quibuscunque fienda exemptas...fore comperimus manifeste. Quibus presentatis prelibati Georgius iudex et Egidius de Kowachy subiunxerunt in hunc modum: Quod...domini prepositus et cap. ecclesie Veterisbudensis non obstante prescripta exemptione...de vinis et bladis sepefatarum religiosarum dominarum sanctimonialium in vineis et terris ipsarum propriis, quas...propriis sumptibus excolerent et seminarent procreatis et procreandis decimas extorquerent et niterentur amplius extorquere in preiudicium iuris earundem...supplicantes...eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus in premissis iuris medelam...elargiri. Verum quia antefate religiose domine sanctimoniales...ab omni solutione decimarum, vinorum scil. et bladorum in propriis vineis et terris earum, quas...propriis sumptibus excolunt...procreatorum et procreandorum ex tenoribus prescriptarum bullarum coram nobis...specietenus productarum exempte fore reperiebantur, pro eo nos prelatorum et baronum nostrorum regnique procerum nobiscum tribunal iudiciale consedentium...assumpto...consilio, prescripte exemptionis... qualitatem circumspiciendo iudicantes commissimus..., ut amado in antea et deinceps perpetuis temporibus prefate religiose domine sanctimoniales decimas de vinis et bladis earum in propriis vineis et terris, quas...propriis sumptibus excolunt...procreatis et procreandis cuipiam et signanter memoratis preposito et capitulo ecclesie Veterisbudensis dare et solvere non teneantur, neque sint astricti modo aliquali, perpetuum silentium ipsis preposito et capitulo in hac parte imponendo...Quocirca vobis...preposito et capitulo ecclesie Veterisbudensis...regio mandantes sub edicto, quatenus amodo in antea et deinceps pretitulatas religiosas dominas sanctimoniales ad solutionem decimarum modo antelato fiendam compellere, coarctare et astringere non presumatis, neque audeatis modo aliquali gratie nostre sub obtentu...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Deliberatio domini regis unacum suis prelatis et baronibus per eundem facta not.canc. legitur. In dorso manu saec. XV-XVI. haec adnot. est scripta: Adiudicatoria cum perpetuo silentio ut nullus de propriis vineis sew in terris earum monialibus procreatis et presertim prepositus et capitulum ecclesie Budensis decimas percipere presumant. Arch. Nat. Hung. Dl. 9716. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 7.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda reg. nr. 116.

[1] 1412. febr. 4.

[2] 1274. jul. 25.

[3] 1410. jun. 25.

[4] Johannes papa XXII. 1326. sept. 30.> Innocentius papa VI. 1359. febr. 26. Vide nr. 616., not. 7. et 8.

[5] Bonifatius papa VIII. 1296. mart. 14. Vide nr. 616.,not. 9.

592 Buda, 1412. febr. 6.

(Bude, in Dorothee.) Sigismundus...Hungarie...rex honorabili viro domino Iohanni de Thwkul, canonico ecclesie Veterisbudensis, vicarioque ibidem in spiritualibus generali, vel alteri, ad quem officium vicariatus predicti spectare dinoscitur...Anxiosa querela pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteri Buda nobis oblata nostre vehementer propulsavit aures maiestatis..., quod quamquam ipse religiose domine vel earum procurator, in causa inter ipsas ab una, parte vero ab altera providam dominam Katherinam, consortem Georgii sartoris, filiam condam Francisci Magni de Veteribuda super facto cuiusdam macelli in dicta Veteribuda, in loco fori iuxta macellum Nykus Plosar habiti...coram vobis vertenti...vos iudicem suspectum habendo et referendo eandem causam, mediantibus litteris nostris preceptoriis et etiam iuxta consuetudinem sedis vestre, in presentiam vicarii Strigoniensis appellatione interposita, differri et transmitti postulaverint, tamen vos neque dicta nostra mandata in hac parte vobis iniuncta, nec etiam consuetudinem dicte sedis vestre observantes, tum in favorem predicte domine Katherine, tum etiam ex quodam invidie rancore...prescriptam causam, eius circumstantias et condependentias non advertendo, sententialiter iuxta vestrum velle diffinientes prescriptum macellum eidem domine Katherine...adiudicassetis, dictas religiosas dominas perpetuo iure ipsius macelli destituendo. Supplicatum itaque extitit pro parte earundem religiosarum dominarum eisdem circa premissa regale remedium adhiberi opportunum. Nos itaque supplicationibus huiusmodi exauditis, predictam vestram super factum ipsius macelli latam sententiam potissime tum pro eo, quia causam eandem de nostro litteratorio mandato, consuetudinem etiam sedis vestre in hac parte abnegantes, in presentiam vicarii Strigoniensis transmittere recusastis, tum etiam ex gratia speciali et potestatis plenitudine cupientes ipsam causam maturius examinari renovantes, cassantes, irritantes viribus fore carituram pronuntiantes fidelitati vestre... damus in mandatis..., quatenus...prescriptam causam in facto dicti macelli, quam, ut prefertur, sententialiter diffinivistis, non obstante premissa vestra sententia, huc, in curiam nostram maiestatis nostre,prelatorumque et baronum nostrorum deliberationi saniori transmittere debeatis, quia nolumus..., ut prefate religiose domine per vestram sententiam ...dominio ipsius macelli indebite priventur...committentes prefate domine Katherine, cui et nos presentium serie committimus, ut ipsa cum iuribus suis in octavis diei medii quadragesime nunc venturis[1]...discussionem in premissis receptura coram iudice curie nostre comparere teneatur...

ORIG.: Chart. pap. lacera cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Relatio comitis Simonis de Rozgon per magistrum Stephanum facta not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9882. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 11.)

[1] 1412. mart. 16.

593 Buda, 1412. febr. 9.

(Bude, f. VI. p. Valent.) Sigismundus...Romanorum...ac. Hungarie etc(etera) rex m. comm... t. pr. quibus expedit universis, quod venientes nostre maiestatis in presentiam...providi viri: Jacobus Seffridi iudex, et Jacobus Coczur cives Trenczinienses nobisque proposuerunt gravi cum querela, quod iura ipsius civitatis Trencziniensis... intendunt omni sine culpa ipsorum infringere castellani nostri...Tandem visis ipsius civitatis nostre Trencziniensis [libertatibus] a divis regibus concessis, cum universorum baronum, procerum et aliorum dominorum pro tunc nobiscum Bude existentium [consensu mandamus], quod nullus castellanorum nostrorum nec per se, nec per alium...sine scitu iudicis audeat ex ipsis...captivare...; preterea nullatenus castellani nostri in quocunque

facto...presumant...ipsorum iura infringere..., sed [permittant] eisdem libertatibus [suis] congaudere..., prout cives Budenses et cives [civitatis] Albensis regalis et cetere nostre civitates regni huius utuntur...et fruuntur...

ORIG.: Membr. lacera et humore laesa cum sig. parvo sub textu appresso. In dorso Littera super libertate privilegiorum instar aliarum civitatum liberarum...Budam ...adnot. est scripta. Arch. civitatis Trencséniensis (Trencin.), Cista 1., fasc. 4., nr. 1. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca, DF. 280.010.

594 Buda, 1412. febr. 14.

(Bude, in Valentini.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) rex... iudici et iuratis civibus...civitatis Crempniciensis...Venientes in nostre maiestatis presentiam...Johannes de Jegerdorff Cowerwaus dictus, habitator...civitatis Budensis, sua ac sue consortis Elyzabeth, filie quondam Hanus Schentil, iudicis Crempniciensis nominibus et in personis...exposuit cum querela, quomodo vos duo molendina auri, in valle Kolner (?) vocata sita et habita, sua et quondam Andree sui filii, quem cum priori suo marito, Petro vidl. sartore legitimo dinoscitur habuisse..., sine scitu et contra voluntatem eiusdem domine Elyzabeth vendidissetis, que molendina adminus ad valorem...mille auri fl. se extendentia, ipsam Elizabeth a suis bonis hereditariis alienando et tacite privando; preterea, ut querela predicte Elyzabet per prefatum Johannem Jegerdorff oblata...continebat, dudum necessitatis tempore urgente prefata Elyzabeth pecuniam non habendo, aurum purum ad valorem quadraginta octo fl. aureorum, et predictus Johannes Jegerdorff, eius maritus modernus quadraginta auri fl. vobis et communitati vestre ad petitionem vestram...nomine mutui successive dedisset...spe restitutionis faciende, vos tamen iura prenominate Elyzabeth relicte Petri sartoris predicti et Andree filii eorundem minime considerato...ultra alienationem...molendinorum eorundem, pretactas pecuniarum summas vobis datas... moniti sepius et requisiti..., restituere minime curassetis...Et quia maiestas regia quemlibet fidelium suorum iure suo proprio seu quesito indempniter wlt conservari, fidelitati igitur vestre...mandamus, quatenus...si premissis veritas suffragatur, pretactis Elyzabeth pretacta duo molendina cum suis iuribus et pertinentiis universis et...valorem quadraginta auri fl., ac prefato Johanni Jegerdorff...qudraginta auri fl. vobis mutuo datos... restituere, ac de universis aliis debitis ipsorum quomodocunque contractis, in...nostra civitate Crempnicziensi ac in vestri medio et inter vos iustitie complementum facere debeatis, alioquin commisimus et serie presentium committimus...Johanni de Pelsewch, magistro tavarnicorum regalium nostrorum, aut eius vices in iudicatu gerenti, ut vos ad facienda premissa, auctoritate nostra regia, vestris gravaminibus atque dampnis, iustitia suadente, arctius constringat...

ORIG.: Membr. Arch. civit. Körmöcbánya (Kremnica.), Fons 36., fasc. 1. nr. 4/a. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca, DF. 250.114.

595 1412. mart. 25.

(VIII. Kal. Apr.) Sigismundus (rex Hungariae) nobiles Elisabetham et Annam, filias Dominici filii Andreae de Pakon, in defectu seminis masculini, tamquam veros masculinos haeredes in possessione Felharastha et portione possessionaria Pakon comit. Pestien. et in cunctis aliis iuribus possessionariis eiusdem Dominici praefecit...

ORIG.: Desideratur. - REG.: Fejér: CD. X/5. p. 311-312.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 129., nr. 587. (sub dato 1411. dec. 21.)

596 Nagyvárad, 1412. apr. 14.

(Varadini, f. V. p. Quasimodo.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie rex m. comm., ...quod nos...ad supplicationis instantiam...iudicis et iuratorum civium de antiquo Zolio nostro culmini porrectam nundinas liberas seu forum annuale in dicta

civitate nostra Zoliensi singulis amnis in festo b. Mathei apostoli post sese sequentibus affuturis, vidl. octo diebus ipsum festum precedentibus et totidem subsequentibus, more et ad instar aliarum nundinarum in civitate nostra Budensi celebrari consuetarum perpetuo gratiose celebrari annuendo duximus concedendas, sine tamen preiudicio et desructione aliarum vicinarum et conprovincialium nundinarum. Nos itaque universos mercatores, institores et alios quoslibet forenses homines affidamus et assecuramus, quatenus ad dictas nundinas seu forum annuale...cum omnibus vestris mercibus et rebus veniatis et negotiationes vestras in emptionibus et venditionibus rerum vestrarum exerceatis in eisdem...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. civitatis Zoliensis (Volen.) - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 268.921. - REG.: Levélt. Közl. 3(1950) p. 239. nr. 11.

597 Debrecen, 1412. apr. 20.

(in Debreczen, f. IV. a. Georgii.) Sigismundus...rex...Hungarie...iudici, iuratis et universis civibus et hospitibus nostre civitatis Soproniensis...Cum nos...cum ...domino Wladislao rege Polonie...plenam...pacis...unionem facientes... eundem, quem...ad civitatem nostram Budensem ducemus, iuxta nostri status regii decentiam pro speciali iocunditatis et letitie tripudio honorifice velimus pertractari, pro quibus expediendis, prout ab aliis nostris civitatibus, sic non minus ex parte vestri certam pecunie summam decreverimus nobis assignari; fidelitati igitur vestre...precipiendo mandamus..., quatenus confestim...trecentos fl. nove nostre monete prompta in pecunia pro expensis...ad... civitatem nostram Budensem citissime...manibus...Zoeli de Nassis realiter assignari facere debeatis..., alioquin...non dictos trecentos, sed tria milia florenorum...a vobis... extorqueri faciemus...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr. subimpressi. In superiore margine et in dorso Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Altera adnot. dorsalis: Civitas Sopronyensis. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 408. (Sign. ant.: Lad. XLV. et UU., fasc. 1., nr. 3.)(Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 54-55.

598 Buda, 1412. maj. 10.

(Bude, f. III. p. Ioh. a. Port. Lat.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex...m.c. ..., quod mag. Iohannes de Septemtilys, pridem iudex civitatis nostre Budensis ab una, parte vero ab altera Iacobus filius Ladislai de Kaloz coram nobis...constituti, per eundem Iacobum confessum extitit..., quod ipse...quoddam pratum suum cum nemore in territorio possessionis deserte Oroz vocate, a monte usque ad rivulum Oroz dictum existens et habitum, cum...suis utilitatibus eidem magistro Iohanni pro triginta tribus fl., quemlibet fl. centum denariis novis computando, usque spacia vigintiquinque annorum integrorum amodo inantea computandorum pignori obligasset...tali modo, quod elapsis dictis vigintiquinque annis predictus mag. Iohannes aut sui successores prescriptum pratum cum nemore antefato Iacobo vel suis heredibus pure et simpliciter, ac sine omni pecunia remittere...deberent...; hoc specialiter declarato, ut prelibatus mag. Iohannes vel...sui heredes virgulta, necnon arbores in dicto prato aut circumquaque adiacentes et habita...extirpandi hoc medio tempore haberent facultatem. Assumpsit nichilominus...idem Iacobus...magistrum Iohannem et suos heredes in dominio pacifico ipsius prati et nemoris contra quoslibet...defensare et expedire propriis suis laboribus et expensis; ubi vero (memoratus Iacobus)... magistrum Iohannem vel...suos successores in dominio eiusdem prati et memoris...(conservare) non posset, extunc in qualitate et quantitate ac fructuositate ipsius prati equivalens aliud pratum in dicte possessionis Kaloz territorio eidem dare..., ipsumque in dominio eiusdem usque tempus predictum similiter conservare deberet...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9903. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1546. No. 61.) - COPIA SIMPL. aevi recent: Arch. Nat. Hung. Dl. 25.898.

599 Buda, 1412. jun. 11.

(Bude, in f. Barnabe.) Nos Nicolaus de Gara r. Hung. palatinus et iud. Comanorum m. c., quod Egidius de Kovachy et Georgius civis Veteris Budensis pro rel. dom. sanctim. claustri b. virginis de VeteriBuda...ab una, parte vero ab altera Jacobus lit. de Gomba pro se...et pro Stephano filio suo (cum onere)... coram nobis constituti, idem Jacobus... confessus est..., quod...erectioni metarum ...possessionis...rel. dominarum Janok vocate...in com. Poson. existentis a parte Kysianok...in tribus locis contradictionem fecerint, tamen ipsi cum prefato Egidio et Georgio taliter disposuissent, ut ubi et in quo loco iidem Egidius et Georgius...coram testimonio eccl. Posoniensis...octavo die festi assumpt. b. virg.[1]...metas...possessionis Janok...a parte...possessionis eorum in terra litigiosa ...iuxta vigorem instrumentorum metalium earundem dominarum dicerent..., eisdem metis erigendis non contradicerent, ad quod obligavit se...et suum filium...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9919. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 12. No. 20.)

[1] 1412. aug. 22.

600 Buda, 1412. jun. 12.

(Bude, dom. p. Barnabe, XII. Iunii.) Iohannes de Nassis sumpmus dispensator regie magestatis etc(etera) m. çomm...., quod...circumspecti...iudex et iurati civitatis Supronienses ratione...collectarum ob adventum regis Polonie per magestatem regiam super ipsos positarum nobis trecentos fl., quemlibet ipsorum per centum denarios computando ...persolverunt...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. subimpressi virid. coloris. In dorso manu medii saec. XV. haec adnot. est scripta: Trecentos florenos preterite nove monete exolvimus Iohanni de Nassis. Arch. Civit. Soproniensis. Dl. 410. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 56.

601 Óbuda, 1412. jul. 8.

Domina Anna filia Gregorii filii Pauli, relicta Gregorii filii Johannis de Lugudvaralja protestationem suam ratione bonorum suorum in claustro b. Mariae virginis de Veteribuda ad servandum depositorum et a rege Sigismundo ablatorum contra easdem religiosas dominas sanctimoniales coram Johanne de Csehi notario publico factam revocat.

ORIG.: Membr. cum subscriptione et signo Johannis de Csehi, cler. Vespr. dioc., imp. auct. notarii publici. Arch. Nat. Hung. Dl. 9927. (Sign. ant.: Clarissarum Budensium Fasc. 35. No. 6.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 100., nr. 117.

In nomine domini, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quadringentesimo decimo secundo, indictione quinta, die vero octava mensis Iulii, hora nonarum vel quasi, in domo proprio[a] magnifice domine Anne vocate, filie Gregorii filii Pauli, relicte quondam magnifici viri Gregorii filii Iohannis de Lwgudvaralya Boznensis diocesis, in civitate Veterisbudensi diocesis Vesprimiensis fondata[b], pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Iohannis divina providentia pape vicesimi tertii, anno eius secundo, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hec specialiter requisitorum et petitorum presentia constituta personaliter, idem[c] magnifica domina Anna, filia Gregorii filii Pauli et relicta quondam magnifici viri Gregorii filii Iohannis de Lugudvaralya diocesis

Boznensis predicte, deum habens suis pre oculis et eius misericordiam, necnon intercessionem virginis matris Marie, fassa, ymmo protestata extitit isto modo: Quod quamquam ipsa in anno preterito, videlicet anno domini millesimo quadringentesimo decimo primo, indictione quarta, die vero secunda mensis Mai, hora sumpme misse vel quasi, in domo eius propria predicta, in civitate Veterisbudensi Wesprimiensis diocesis predicte fondata[d], pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini domini Iohannis predicti pape vicesimi tertii, anno eius primo, similiter coram me notario publico infrascripto et testium fidedignorum, videlicet honorabilis et discretorum virorum Andree filii Egidii de Vylak, Gregorii filii Stephani de Chethy, Anthonii filii Iohannis de Telke, Pauli filii Petri de Chepel presbiteri et clericorum dicte Wesprimiensis diocesis presentia, contra et adversus religiosas dominas sanctimoniales claustri beate Marie virginis in dicta civitate Veterisbudensi fondati[e], scilicet Annam abbatissam, filiam Emerici vayode[f] de Pelsech, Margaretham de Tehten et Claram,vicarias eiusdem abbatisse, Margaretham relictam quondam Francisci de Zepes, Annam, relictam magistri Iacobi de Kethe, sacristas, Margaretham filiam Iohannis Hosty, Elizabeth Svnyog, alteram Elizabeth Fechke vocatas, Iustinam quondam Iohannis, relictam filii Clementis de Cheled, Elizabeth et Annam filias Chepan, Claram Pausar, dictam Olazkathko[g], Elenam de Losonch, dispensatrices, Kysanith[h], Elizabeth filiam Petri de Buda, cantatrices, Kysneste[i], sororem quondam episcopi Chanadiensis, Tothsusko[k], Tothelesebeth[l], Elenam, Margaretham de Kana, Dorotheam de Pesth, Susko filiam Valentini, Elenam sororem ministri fratrum minorum, nagelizabyt[m], Andanko filiam Gregorii Jach, Dorotheam de Tynne et alteram de Ffanch[n], Tothagatham[o], Kyseleni[p], Katherinam, Claram filiam Ffrank[q], Annam de Symigio, Anith de eadem et Elenam filiam Stephani, necnon totum conventum dicti claustri beate Marie virginis protestata et conquesta extitisset super eo, quod ipsa in festo sancte Agnetis virginis, cuius tunc tertia fuisset revolutio annualis, universa bona erga ipsam pro tunc abhita[r], videlicet baltheos, scutellas, ciphos et anforas omnino argenteos ac quandam sumpnulam pecunie absque certo numero sub clavibus et sigillis suis reclusos et signatos ad manus predictarum religiosarum dominarum claustri predicti ad servandum ratione tuitionis et defensionis isto modo, ut dum sue placuisset voluntati, sub eisdem clavibus et sigillis sibi restituerint vel restituere debuissent plene et sine defectu aliquali, prefatis religiosis dominabus in earum sacristia tradidisset, dedisset et assignasset. Que quidem religiose domine eidem magnifice domine exceptis scutellis, anforis et balteis ex eo, quod serenissimus princeps dominus Sigismundus rex Hungarie et etc(etera) rex, ut eadem magnifica domina Anna per se oretenus hec scire referrebat, ab eisdem religiosis dominabus auctoritate sua propria abstulisset, restituere nequivissent, neque valuissent, sumpmamque dictarum rerum per dominum regem Sigismundum a predictis dominabus ablatarum tempore protestationis coram me notario publico et testibus suprascriptis ad duo millia florenorum puri auri estimasset. Quas quidem res et bona a sepedictis religiosis dominabus per dominum regem, ut predicitur, receptas, quoquomodo rancorose operando, in preiudicium dictarum dominarum et gravamen religiosis viris claustrorum sancti Augustini et sancti Dominici, item sancti Laurentii de monte Nandor, ubi gloriosissimum corpus beati Pauli primi heremite quiescit, Trium Mariarum de subcastro novi montis Pesthiensis conventui, necnon sancti Francisci de Alsan ordinum Wesprimiensis et Boznensis diocesis testamentaliter legaverat tali modo, ut predicti religiosi viri pro refrigerio anime sue et sui mariti, Gregorii antedicti, exequias et alias celebrationes divinas temporibus debitis et congruis exercere et facere debuissent, supplicaveratque tempore protestationis eadem magnifica domina supradicta domino nostro domino apostolico supradicto et eius sancte sedi, ut predictorum claustrorum in hac parte fuisset tutor et fautor specialis, sed tamen pro nunc eadem magnifica domina Anna, per omnia sana mente, non compulsa, non vi, dolo, fraude seu potentia aliquali circumdata, non per errorem vel alicuius metus incussionem, nec aliqua fraudulenta inductione obsessa, sed tantum divina concussa pietate, sponte, libere et deliberata voluntate agnoscens, quod predictam testamentariam dispositionem, protestationem et pecuniarum estimationem ad numerum prescriptum coram me notario et testibus annotatis in detrimentum, gravamen, offensionem et perpetuam dampnationem suam et sui mariti conscientiam fecisset et ordinasset seu disposuisset, considerans etiam easdem religiosas dominas in hac parte sibi minime fore nocentes, quia non ex earum voluntate dicta bona ab eadem magnifica domina, sed potentia mediante prefati domini regis essent alienata et ideo deum tenens suis pre oculis et eius misericordiam, necnon Mariam virginem, matrem eiusdem, in cuius claustro predicte religiose domine concluse devotissimis orationibus salvatorem omni sine intermissione pro salute cunctorum fidelium et omnium peccatorum implorantes, easdem

n recte: Fanch

o recte: Toth Agatham

p recte: Kys Elen

q recte: Frank

r recte: habita

s recte: vayuodys

u recte: incumbenti

602 1412. jul. 19.

(XIV. Kal. Aug.) Sigismundus...Romanorum imperator, necnon Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgen., necnon Bohemie et Lucenbergen. heres...ad univ. not. h. tenore volumus pervenire..., quod Lampertus prepositus ac Johannes Wrode lector et Nicolaus cantor eccl. nostre Budensis, capellani nostri speciales, suis et capituli eiusdem eccl. in personis... exhibuerunt nobis quoddam privilegium...super quodam concambiali contractu...inter eundem...Lodovicum regem et Elisabetham reginam genitricem suam...ac prepositum et capitulum prefate eccl.... (super divisione civitatis Veterisbudensis) emanatum... supplicantes..., ut ipsum nostris litteris...inseri...faciendo...confirmare dignaremur, cuius tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex et Elisabeth regina Hung. sen. 1356. oct. 17[1].) Nos igitur supplicationibus...nostre maiestati oblatis...exauditis..., prescriptum privilegium... presentibus insertum...approbamus et ratificamus; nichilominus ob spem et devotionis nostre zelum, quem ad b. Petrum apostolorum principem, in cuius nomine...ipsa Budensis ecclesia extitit fundata...gerimus et habemus, nostra auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia...confirmamus...

ORIG.: Arch. Priv. Capit. Vesprimiensis, Metales nr. 10. - COPIA SIMPL.: Id. Capit. 1773. nov. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 9720. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1853. No. 1.) - MENT.: Ladislaus de Pálóc iudex curiae regiae 1449. apr. 12. Arch. Nat. Hung. Dl. 14.211. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23., No. 7.); Michael Orszag de Gwt, regni Hung. palatinus 1472. aug. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 16. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16., No. 22.) - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 130., nr. 540.

[1] Ludovicus rex et Elisabeth regina sen. Hung. 1356. oct. 17. Membr. cum plica, sine sig. (iam deperd.), cum clausula corroborativa a. 1364. dec. 28. litteris adiuncta et sig. dupl. de filo sericeo rubricol. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 4631. - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 66-72. (Cum permultis mendis); Kumorovitz L. Bernát: Óbuda 1355. évi felosztása (I. Lajos király és Erzsébet anyakirályné 1355. augusztus 17-i és 1356. október 17-i oklevele.)

603 Buda, 1412.jul.20.

Capituli Budensis lit. priv....XV. die oct. f. b. Petri et Pauli...in...a. d. mill. quadringent. duodecimo emanate edocebant, quod...Johannes Bubek de Pelseuch fil. Ladislai filii condam Stephani Bubek thauarnicorum regalium magister personaliter pro se, pro Nicolao vero filio suo...(cum onere)...coram...palatino...fuisset confessus, quomodo ipse...portiones suas possessionarias in poss. Zantho (et) Zenthemreh per...Ladislaum patrem sc.Franciscum (fratrem)...habitis et condam Thome fil. Lachk, necnon Johannis et (Valentini ?) filiorum Stephani filii eiusdem Lachk hominum infidelium regie maiestatis; possessionem etiam Inarch in comit. Pestiensi sitam, que sub eisdem metis..., quibus eedem per...patrem et fratrem suos et ipsum tente fuissent...communitati...fratrum heremitarum conventus b. Pauli primi heremite sub regula s. Augustini degentibus pro sustentatione et usibus eiusdem communitatis...fratrum eremitarum de Sancto Laurentio

protestationem, legationem et petitionem seu supplicationem domino apostolico et eius sancte sedi per ipsam dominam Annam coram me notario, ut prefertur et testibus prenominatis anno domini millesimo quadringentesimo decimo primo contra et adversus antefatas religiosas dominas et totum conventum claustri beate Marie virginis predictum factam seu factas, predicta domina Anna propter refrigerium, salutem et levamen anime sue et sui mariti predicti et ut ne viri religiosi claustrorum predictorum, qui plus pacem predicare et seminare tenentur, quam litigare, in lite vertantur, revocasset, annullasset, annichilasset, cassasse et delesset et per omnia litteras quascunque seu instrumenta superinde manu mea vel manu alterius cuiuscunque notarii confectas seu confecta, publicatas et scriptas seu publicata et scripta misisset viribus carituras seu caritura, vanas, cassas et inanes, ymmo revocavit, annullavit, annichilavit, cassavit, delevit et misit easdem religiosas dominas predictas et totum conventum claustri predicti ratione predictorum bonorum et rerum penitus absolutas et per omnia liberas et expeditas presentium testimonio litterarum instrumentalium mediante sic, ut nullus pretextu bonorum antedictorum de claustro earundem dominarum per prefatum dominum regem potentialiter ablatorum, specialiter autem fratres claustrorum predictorum cum eisdem dominabus litis materiam movere habeant facultatem, veluti etiam alias in anno domini millesimo quadringentesimo nono coram magnificis viris: Simone de Rozgon iudice curie regie maiestatis, Iohanne filio Henrici de Thamasy, Iacobo filio Lackh de Zantho vayodys[s] Transiluanensibus et Clemente vicecancellario predicte regie maiestatis ipsas miserat expeditas, liberas et absolutas, supplicansque eadem magnifica domina sepedicta domino nostro domino apostolico supradicto et eius sancte sedi tenore presentium ac eius successori, ut ipsam revocationem sua sanctitas admittere dignetur et admittat et non predictarum ecclesiarum et claustrorum predictorum tutor, defensor et reformator, sed potius claustri beate Marie virginis in civitate Veterisbudensi fondati[t] et conventui eiusdem existat fautor et protector specialis in hac parte. Factaque huiusmodi revocatione, cassatione, annullatione legationis et protestationis predicte, ipsa magnifica domina Anna petiit et requisivit me notarium publicum infrascriptum debita cum instantia, ut ipsas revocationes, cassationes, annichilationes per ipsam factas suo ordine sibi conscriberem et in publicam formam redigerem, quod et feci officio michi inconbenti[u]. Acta et facta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatibus quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis: Nicolao de Wesprimio cantore, Iohanne de Thekel et Eligio presbiteris et canonicis prebendariis ecclesie collegiate beati Petri apostoli de Veteribuda Wesprimiensis diocesis predicte et aliis quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis, specialiter et rogatis.

Signum notariale. Et ego Iohannes Iohannis dictus de Chehy, clericus Wesprimiensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia premissis, scilicet fassioni, protestationi, revocationi, cassationi, annichilationi, renuntiationi legationis testamentarie et protestationis expeditioni et absolutioni seu libere missioni dictarum dominarum religiosarum, aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, sicut et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci, notavi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem omnium et singulorum premissorum.

[a] recte: propria
b, -d, -e, -t recte: fundata, fundati
[c] recte: eadem
[f] recte: vayuode
[g] recte: Olaz Kathko
[h] recte: Kys Anith
[i] recte: Kys Neste
[k] recte: Touth Susko
[l] recte: Touth Elsebeth
[m] recte: Nag Elizabyt

...in perpetuam elemosinam...donasset...; et tandem portiones possessionarias in possessionibus Zantho et Zenthemreh et (Weth?)..., necnon possessionem Inarch (?)... regius et...capituli Budensis homines...in octavo die f.b. Petri et Pauli ap[1]...antedictis fratribus heremitis perpetuo possidendas...(statuissent)...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Laurentius de Hedervara regni Hung. palat. 1446. oct. 5. Arch. Nat. Hung. Dl. 98.139. (Arch. famil. Szentiványi.) (Sign. ant.: Post advocatos XXXV. 41.)

[1] Jul. 6.

604 Buda, 1412. aug. 9.

(Bude, in vig. Laurent.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) rex...m. comm..., quod nos pro fidelitatibus...domini Johannis archiepiscopi Strigoniensis...quandam domum seu curiam in civitate...Wissegradiensi, in vicinitatibus domorum eiusdem...archiepiscopi et fratrum suorum ab oriente et Magistratus cruciferorum de Calidis aquis Budensibus ab occidente sitam,...in ruinam devolutam, ...nove nostre donationis titulo...memorato domino archiepiscopo et fratribus eiusdem... donavimus...perpetuo...possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1414. jul. 27. Arch. Nat. Hung. Dl. 9932. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 302-304. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 132., nr. 542. (sine dat.); Bakács: Iratok p. 347., nr. 1269.

605 1412. aug. 19.

(XIV. Kal. Sept.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgensis, necnon Bohemie et Lucemburgensis heres...ad univ....not. harum tenore volumus pervenire, quod...honorabiles viri domini Lampertus prepositus et Iohannes lector ceterique canonici eccl. nostre Budensis, capellani nostri speciales, suis et totius capituli eiusdem eccl. in personis...exhibuerunt nobis...quoddam privilegium olim...Karoli ...regis Hungarie...tenores duorum privilegiorum, unius scil. condam...Geyse secundi[1] secundique Bele regis filii consimiliter regis Hung. super donatione tributorum et piscature infra in tenore eiusdem privilegii expressorum et contente confectum, et alterius...Ladislai condam consimiliter regis Hung.[2]...confirmatis seriem privilegii...Andree[3] etiam olim regis Hung. super certarum libertatum prerogativis...eccl. Budensis gratiosa concessione emanati transscriptive et confirmative in se habens...supplicantes...maiestati nostre...ut idem privilegium annotati Karoli regis ratum...habendo nostrisque litteris privilegialibus ...inseri...faciendo pro...ecclesia nostra Budensi eiusque preposito et capitulo pro tempore constitutis perenniter valiturum confirmare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor is est: (Vide: Carolus rex Hung. 1328. mart. 9[4].) ...Nos igitur...prefatorum prepositi ac lectoris et canonicorum...ecclesie nostre Budensis supplicationibus...exauditis ...prescriptum privilegium...domini Karoli regis... presentibus nostris litteris privilegialibus...insertum...ratificamus...simulcum omnibus et singulis premissis... in eiusdem privilegii tenore latius explicatis et contentis mera auctoritate regia et potestatis plenitudine, ex certaque nostre maiestatis scientia, necnon de consensu...Barbare regine consortis nostre..., prelatorum et baronum nostrorum consilio...pro eadem ecclesia, dictisque eius preposito et capitulo in evum valiturum innovantes absque alieni iuris preiudicio confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo rubri et virid. col. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.095. (Sign. ant.: Arch. Capit. Poson.(Bratislava). Capsa Buden. I., fasc. 3., nr. 2.) - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 319-323. - REG.: Knauz: M. Tört. Tár XII(1863) p. 17-18. nr. 30.

[1] 1148. Gárdonyi: Budapest tört. okl. eml. I. p. 3-4.

[2] 1274. mart. 9. - Fejér: CD.V/2. p. 235-238. (Sub a. 1275.)

[3] 1212. - Gárdonyi op. cit. p. 12.

[4]

606 Buda, 1412. aug. 24.

(In Castro Budensi, XXIV. Aug.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc(etera) rex, arbitrator et amicabilis compositor inter...Wladislaum regem Poloniae...et...Alexandrum alias Vitondum (!) magnum ducem Lithuaniae...ex una...et fratrem Henricum de Plauen, Hospitalis s. Mariae ord. Theutonicorum magistrum generalem et ipsum ordinem...Datum, latum et pronuntiatum fuit dictum arbitrium...inter partes praedictas...in aula magna Castri Budensis...sub nostrae maiestatis sigilli testimonio litterarum...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 288-293.

607 1412. aug. 25.

Magistratus civitatis Budensis domos Nicolai de Gara regni Hungariae palatini et Johannis fratris eiusdem, filiorum condam Nicolai de dicta Gara, olim similiter palatini in castro Budensi habitas in praesentia sui a deputatis expertis legaliter divisas esse testatur.

ORIG.: A) Membr. in inferiori parte litteris ABC intercisa cum vestigio sigilli minoris rubri col. tergo appressi. In dorso Super domo Saracheni Budensi inter Nicolaum palatinum et Johannem fratrem suum divisa adnot. manu saec. XV. scripta legitur. B) Membr. in superiori parte litteris ABC intercisa cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso Super domo Saracheni Budensi inter Nicolaum palatinum et Johannem fratrem suum divisa adnot. manu coaeva scripta legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 9937. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1516., No. 22.) - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 291., not. 53.; 294., not. 79.

Nos Rigo dictus Rechperger iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie recognoscimus quibus expedit universis, quod viri magnifici domini Nicolaus de Gara palatinus regni Vngarie et Iohannes frater eiusdem, filii egregii viri domini Nicolai de dicta Gara, olim similiter palatini, coassumptis expertis mechanicis, scilicet carpentariis et lapicidis per communitatem nostram ad hoc deputatis, domos ipsorum in castro predicto habitas nostri in presentia hoc modo rite et legaliter diviserunt: Quod una pars domus eorum ante capellam beati Georgii martiris adiacentis, prout per portam eiusdem domus versus dextram intratur, inferius quidem una wolta, sub qua cellarium cum foramine existunt cum uno gradu ibidem existente, deinde versus vineas altera wolta, que a parte anteriori cum asseribus recluditur, deinde cellarium antiquum, hinc alter gradus, sub quo una camera parva nunc ad conservationem equorum apta usque ad murum aliarum domorum in uno ordine et supra dictam cameram sub prefato secundo gradu existentem una domus et deinde versus prefatam portam alia domus in secundo ordine; item superius, in tertio ordine, ubi reclinatorium habetur, incipiendo ex parte dictarum vinearum et tenendo versus dictam portam primo una camera et deinde una stuba et deinde una domus dormitoria cum camino et exinde medietas magni pallacii supra portam ipsam a parte plathee a dextra, ipsi domino Iohanni cessit et extitit assignata; secunda vero pars eiusdem domus, prout per eandem portam intratur, ubi a parte sinistra inferius una wolta et super eandem woltam medietas prefati magni pallacii, subtus vero unum antrum seu foramen pro conservatione vini aptum, ulterius vero versus vineas coquina parva lapidea et sub eadem due camere parve et deinde unum stabulum equorum usque ad alias domus lapideas et dehinc versus aquilonem unum stabulum et ulterius unum stabulum cum orto ibidem retro existentem in uno ordine et in secundo ordine supra ipsa stabula una stuba et inde una camera cum camino in secundo ordine; item in tertio ordine superiori due camere, quarum una caminum continet prenotato domino Nicolao palatino cessisse dignoscitur, sed prefata porta et curia eiusdem domus ipsis ambobus debeant communiter deservire. Preterea in secunda domo,

que quondam Iohannis Sarraczeni prefuit, inter eosdem dominos talis extitit divisio celebrata: quod pars ipsius domus, videlicet porta ex parte platee Italicorum habita et ibidem inferius ex utraque parte quatuor wolte, sub quibus cellarium cum uno foramine et ulterius a parte dextra, similiter inferius, ut per eandem portam intratur, una camera et hinc alie due camere et amplius una wolta pro conservatione currus apta et ulterius unus gradus, per quem itur ad cocquinam in uno ordine et in secundo ordine superius per gradum ascendendo ex dicta platea Italicorum una stuba magna et unum pallacium et deinde versus occidentem domus cum camino, ulterius una parva stuba et de hinc una camera et deinde dicta coquina magna cum cisterna prefato domino Nicolao palatino cessit retinenda perpetue et quiete; secunda vero pars eiusdem domus, videlicet porta a parte platee omnium sanctorum et ibidem inferius ex utraque parte due wolte et ut per eandem portam intratur penes unam dictarum woltarum inferius, ex parte sinistra una parva camera et ibidem gradus et ulterius una camera et dehinc una wolta, cuius anterior pars cum lignis habetur reclusa, a parte autem dextra veluti per eandem portam ingraditur, similiter inferius penes secundam dictarum woltarum domus dormitoria cum camino et ibidem cellarium in uno ordine, in secundo vero ordine per prefatum gradum superius tendendo pallacium et ibidem stuba ac due domus dormitorie cum caminis et iterum una parva stuba ac domus dormitoria et una camera in alio ordine et exinde per secundum gradum ascendendo pallatium depictum cum capella et una camera et ulterius versus orientem stubella cum pallacio, necnon domus dormitoria cum camino prefato domino Iohanni cessit pro portione sua perpetue retinenda; deinde stabulum equorum penes eandem domum situm taliter extitit divisum: quod pars eiusdem stabuli, prout per portam ipsius a parte dicte platee omnium sanctorum intratur incipiendo, ab occidente versus orientem tendendo usque ad finem eiusdem lignee cisterne, sub qua quidem cisterna fenestra quadrangularis de lapidibus fabricata est, eadem fenestra inclusa prefato domino Iohanni; secunda vero pars, ipsa fenestra exclusa versus orientem usque ad finem memorato domino Nicolao palatino agnovimus cessisse irrevocabiliter possidenda. Ceterum alteram domum ipsorum, videlicet in platea omnium sanctorum habitam, pro trecentis florenis per singulos centum denarios novos computandis extimatam, communem et indivisam pro suis utilitatibus reservarunt. Quam quidem divisionem, ut premittitur factam dicti domini Nicolaus et Iohannes ratehabentes acceptarunt immobiliter amplectendam. In quorum omnium sereniorem evidentiam presentes litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis fuerint in specie reportate. Datum in crastino festi beati Bartholomei appostoli, anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo.

608 Buda, 1412. sept. 7.

(Bude, in vig. nat. Virg.) Sigismundus...Hungarie...rex...Fideles nostri..., quia nos proventus enceneorum diei strennarum...nunc venturi vestri ex parte maiestati nostre provenire debentes...Anthonio Fronth Gallico de (Florentia) et suis sociis, mercatoribus civit. nostre Budensis pro certis nostris debitis...deputamus, ...ideo vestre fidelitati...damus sub preceptis eo modo, ...quatenus adveniente prescripto die strennarum ...viginti marcas argenti prompta cum pecunia et non cum rebus argenteriis, utputa pro qualibet marca argenti undecim fl. auri puri prefato Anthonio vel...suis sociis in...civitate nostra Budensi...persolvere studeatis dissimulatione et recusa quibusvis in hac parte proculmotis...

In dorso: Providis viris iudici, iuratis, ac universis civibus civitatis nostre Cassoviensis, fidelibus nobis sincere dilectis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis, quo erat clausa. In superiore margine et sub sig. not. canc. [Relatio Pipo]nis de Ozora comitis Themesiensis legitur. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana nr. 90. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

609 Buda, 1412. sept. 9.

(Bude, II. nat. Marie.) [Sigismundus] ...rex...Hungarie...venerabili viro domino Matheo de Vicedominis de [Placentia]...[domini] Iohannis archiepiscopi Strigoniensis... vicario in spiritualibus generali...In personis [religiosarum dominarum sanctimonialium] claustri beate Marie virginis de Veteribuda nostre detegitur maiestati...cum querela, quomodo [nos unacum prelatis et] baronibus nostris in causa, in facto decimarum bladorum et vinorum in terris et vineis ipsarum, quas [propriis sumptibus et expensis excole]rent et seminarent procreandis per prepositum et capit. ecclesie Budensis mota, secundum vigores et continentias [aliarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum ex]inde confectarum coram nobisque ac dictis prelatis et baronibus nostris nuper specietenus exhibitarum...iuducium ac finalem determinationem fecerimus, ipsis preposito et capitulo silentium [perpetuum... imponendo]; tamen iidem...hec minime advertendo ipsas dominas pretextu huiusmodi [decimarum bladorum et vinorum in] causam attrahendo vexarent, impedirent et molestarent ipsas in hac parte...[Fi]delitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus..., quatenus visis presentibus [nullo ulteriore mandato nostro] superinde expectato premissam causam... condescendi ac penitus sopiare facientes ipsas dominas ad instantiam memoratorum prepositi [et capituli ecclesie Budenslis ratione decimarum premissarum iudicare vel vestro astare iudicatui compellere...[null]atenus presumpmatis, neque sitis ausi modo qualicunque, secus gratie nostre intuitu facere non ausuri...

ORIG.: Chart. pap. (in sinistra sui tertia parte) manca, cum vestigio sig. maioris simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sig. Relatio comitis Symonis de Rozgon iudicis curie regie maiestatis not. canc. legitur. In dorso manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: 1412. Mandatum Sigismundi regis Iohanni archiepiscopo Strigoniensi et vicario eiusdem, ut in causam per capitulum Budense ratione decimarum motam se ingerere non audeant. Arch. Nat. Hung. Dl. 9946. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 65. No. 8.)

610 1412. sept. 14.

(In exalt. crucis.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Georgius iudex de Veteribuda in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de Veteribuda...per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit, quomodo Iohannes filius Bartholomei de Theten quandam possessionem seu predium ipsarum Kechheges vocatum intra...metas possessionis ipsarum Cegled existentem a regia maiestate sibi et suis heredibus impetrasset in preiudicium iuris earundem...Unde... predictum Iohannem ab impetratione et alios quoslibet seque in dominium eiusdem intromissione, dominum vero Sigismundum regem a collatione, donatione, cuipiam, signanter vero prenominato Iohanne[a] perpetuatione nominibus quibus supra...prohibuit...coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9948. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 9. No. 15.)

[a] recte: Iohanni

611 1412. sept. 20.

(In vig. Mathei.)...Capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Georgius iudex de Veteribuda in personis rel. dom. sanctimon. claustri b. virg. de dicta Veteribuda...per modum protestationis...nobis significare curavit, quomodo ipsi percepissent, Dominicus sartor domini regis, Johannes fil. Jacobi de Harazthy, Albertus de Hartyan et David parvus quandam possessionem seu predium ipsarum Zewkeeghaz vocatum, inter...metas possessionis ipsarum Cegled existentem, a...domino...rege pro seipsis impetrassent, unde ...dominum...regem a donatione...predicte possessionis, predictos vero Dominicum, Johannem, Albertum et David ab impetratione...seque in dominium eiusdem intromissione ...prohibuit...coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung, Dl.9950. (Sign. ant.: V. Buden Monial. Fasc. 9. No. 14.)

612 Buda, 1412. sept. 29.

(Buda in predicta, in Michaelis.) Sigismundus...Hungarie...rex. Fideles nostri dilecti ! Quia nos proventus enceniorum nostrorum diei strennarum anni proxime venturi de medio vestri fisco nostro regio provenire debentes...Anthonio Fronth gallico de Florentia, mercatori Budensi et ipsius sociis pro certis debitis nostris...duximus deputandos..., ideo fidelitati vestre...mandamus, quatenus adveniente die strennarum predicto huiusmodi proventus enceniorum nostrorum...ipsi Anthonio Fronth vel sociis eiusdem et nemini alteri in civitate nostra Budensi dare et effective persolvere debeatis. Nam si vos proventus nostros contra mandata nostra regalia cui[libet] alteri daretis, extunc volumus, ut viceiterata et incontinenti eosdem proventus prefato Anthonio et dictis suis sociis Buda in predicta integraliter persolvatis...

Extus: Providis viris iudici, iuratis et universis civibus civitatis Soproniensis fidelibus nostris dilectis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. simplicis, quo erat clausa. In superiore margine Relatio Piponis de Ozora, comitis Themesiensis not. canc. legitur. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 417. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 4., nr. 125.) (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 64.

613 1412. oct. 1.

(Sab. p. Michaelis.) Nos capitulum eccl. Waczyensis damus pro mem., quod mag. Georgius officialis et procurator rel. dominarum b. virg. de Veteribuda in...personis (earundem)...protestatus est..., quod... Nicolaus de Gara regni Hung. palat. unacum fratre suo Johanne...duo predia Heges vocata, seu particulas terre in comit. Pestyensi existentia...ad ...claustrum...spectantia a ...Sigismundo rege...sibi...dari procurasset...Unde ...eosdem...Nicolaum palatinum et Johannem fratrem suum ab impetratione..., ac...dominum...regem a donatione...prohibuit coram nobis in personis quibus supra...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9959. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 9. No.16.)

614 Komár, 1412. oct. 25.

(In Komar, f. III. a. Simon. et Jude.) Nos Lampertus professor sacre theologie et prepositus eccl. Budensis m. comm., quod nos honorabilibus viris et circumspectis dominis Nicolao cantori, Michaeli de Fok, notario palatinali et Johanni decano de Nagkomar fratribus et canonicis...hanc concedimus facultatem, ut quicquid ipsi unacum viro magnifico Stephano filio Johannis de Kanisa, alias ianitorum regalium magistro, nunc vero comite comit. Soproniensis, in quibuscunque factis eccl. nostre predicte et nostris fecerint...et ordinaverint nostra in persona, cuncta et omnia illa rata atque grata habebimus...et acceptamus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Conventus monasterii b. Aniani mart. de Zala 1412. nov. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 9890.

615 Roma, 1412. dec. 18.

(Rome, ap. s. Petrum, XV. Kal. Jan., a. III.) Johannes (papa XXIII.)...episcopo Neucastrensi..., s. Aniani ac s. Marie de Sircz, Vesp. dioc., monasteriorum abbatibus ...Exhibita nobis pro parte...Blasii Johannis de Collna archidiaconi Budensis in ecclesia

Vesprimiensi petitio continebat, quod licet olim canonicatus et prebenda in b. Marie virg. Albaregalis, Vespr. dioc., ecclesiis...vacantes auctoritate apostolica collati sibi fuissent, tamen Ladislaus de Leweld...falso asserens eosdem archidiaconatum et canonicatum ac prebendam ad se spectare impendit, quamvis...collatio predicta...debitum sortiatur effectum, ipsosque...occupavit...,Ortaque propterea inter eosdem materia questionis, nos ...Jacobo Moresini...auditori causarum palatii apostolici commisimus, ut causam audiret...; (qui)...per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit...eosdem archidiaconatum ac canonicatum et prebendam...ad prefatum Blasium...pertinere de iure...Cum autem idem Blasius dubitet, ne interim aliqui alii in archidiaconatu et prebenda se intruserint..., nos discretioni vestre mandamus, quatenus eundem Blasium...in possessionem archidiaconatus et prebende..., amoto exinde dicto Ladislao, ...inducatis... et contra intrusos...perinde ...procedatis, ac si sententia ipsa contra eos lata foret...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia a. III., Liber I. fol. 279. - Reg.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 166-167.

616 Esztergom, 1413. jan. 9.

(Nona die Ianuarii.) Matheus de Vicedominis de Placentia utriusque iuris dr., archidiac. Nitriensis et can. in eccl. Strigoniensi, necnon...domini Iohannis...archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, primatis et (apostolice) sedis legati nati vicar. in spiritualibus et causarum auditor generalis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod cum...de anno domini millesimo quadringentesimo decimo...circumspectus vir, dominus Iohannes prep. eccl. s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, can. et vicar. in dicta eccl. Strigoniensi, predecessor noster in causa...inter...dominos de capitulo eccl. s. Petri Veterisbudensis, iurisdictionis spiritualis Strigoniensis actores...ac providos viros Georgium...et Petrum litteratum, cives et hospites de...Veteribuda in causam attractos...ad nonnullos actus iudiciales...pretextu et occasione sublevationis certarum decimarum frugum in territorio civitatis Veterisbudensis, ac equorum et vestimentorum receptione[a], familiariumque predicti capituli percussione[b] in sede ordinaria Strigoniensi processisset; tandem...religiose domine sanctimoniales claustri b. Marie virg. ordinis s. Francisci...de Veteri Buda se partem ex adverso contra...dominos de capitulo eccl. Veterisbudensis facientes...domino Iohanni preposito et vicario per providum virum Demetrium litteratum, sindicum et procuratorem (ipsarum) significare curarunt, quomodo quoddam haberent territorium per certos fines et limites distinctum et separatum a territorio civitatis Veterisbudensis retro et prope claustrum ipsarum, et huiusmodi territorii distincti decimatio et decime huiusmodi non ad...dominos et capitulum eccl. Budensis, sed ad easdem dominas sorores sanctimoniales a tanto tempore et per tantum tempus pertinuissent et pertinerent, cuius initii contrarium in memoria hominum non extitisset spectassentque et pertinuissent de presenti, ob hoc ipse per sufficientia litteralia instrumenta, ac per litteras apostolicas se obtulissent probaturas. Quo percepto...mag. Petrus de nova civitate Strigoniensi, ac...Strigoniensis et Veterisbudensis ecclesiarum can. ex adverso allegabat, quod dictum cap. Budense fuisset semper ab antiquo et foret in vera et reali possessione ac dominio levandi et percipiendi decimas supradictas, atque ad eos ius decimandi dictam terram pertineret, et hoc, nomine procuratorio quo supra, litem contestando, offerebat se probaturum. Unde prefatus dominus Iohannes prep. et vicar. decernendo commiserat, ut...ambe partes intentiones earum premissas cum testibus et aliis...documentis, quibus clarius potuissent, coram eodem comprobare debuissent et tenerentur testium eorundem examen certis suis et dicte sedis executoribus committendo.Cum vero demum nobis in dicti vicariatus officio succedente[c] et per...dominum Iohannem archiepiscopum...in eodem constitutis de anno domini millesimo quadringentesimo undecimo octavo die festi b. Georgii martiris[1] venientibus in nostri presentiam procuratoribus...dictarum partium..., quia - licet certi testes pro utraque parte super premissis iuxta prefati...Iohannis prepositi et vicarii commissionem predictam recepti fuisse dicebantur, tamen..., uti procurator... capituli...Veterisbudensis asseruerat, dicta et attestationes testium pro parte ...capituli receptorum casualiter deperdita fuisse dinoscerentur, ut ipsa causa continuaretur..., iuxta ...dicti...Iohannis prepositi et vicarii litterarum prorogatoriarum continentiam...per certos nostros et dicte sedis commissarios certos testes examinare commiserimus, partibus coram nobis comparendi octavum diem festi penthecostes tunc instantis[2] statuentes. Quo in-

stante termino comparentibus...coram nobis in iudicio partibus..., cum perinde ad alios diversos terminos...partibus semper...volentibus processissemus ac pro prima, secunda et tertia dilationibus testes...recipi commiserimus, tandem in quindenis...nat. b. Iohannis bapt.[3] nobis unacum...dominis de capitulo...eccl. Strigoniensis...pro tribunali sedentibus, comparentibusque coram nobis...domino Nicolao cantore...eccl. Budensis pro dominis de capitulo ipsius ecclesie..., de cuius procurationis mandato constitit quodam publico instrumento manu Alexii Laurentii de Wybech, auct. imp. not. publici scripto...ab una et Egidio de Koachy, procuratore...prefatarum dominarum sanctimonialium...ex altera partibus, dictus dominus Nicolaus cantor certa dicta et attestationes testium produxerat et...per nos aperiri et publicari postulabat; et dum in ipsa causa concludere voluissemus, dictus Egidius procurator (dominarum sanctmonialium)...quasdam litteras... domini Sigismundi...Hungarie...regis...nobis preceptorie loquentes...presentavit inter cetera continentes, ut ipsam causam, cum eius toto processu coram nobis habito in curiam sue regie celsitudinis, sueque, prelatorum et baronum suorum deliberationi et examini transmittere debuissemus, cuius preceptis obtemperare cupientes ipsam causam...ad eundem dominum regem et eius curiam transmisimus partibus coram sua maiestate comparendi octavas festi s. Iacobi apostoli tunc venturas[4] pro termino decernentes. Verum, cum in ipsa causa, uti...ex actis accepimus, in curia...domini nostri regis per magnificum comitem dominum Symonem de Rozgon, iudicem curie eiusdem domini...regis ad certos actus iudiciales fuit processum, idem...Symon comes, ut ex litteris coram nobis tandem presentatis liquet, decimaque[d] super quibus agitur, ...dominis de capitulo eccl. Budensis sententionaliter adiudicabat; a qua sententia pro parte earundem dominarum (sanctimonialium) ad personalem presentiam...domini nostri regis videbatur, si sic dici potest, fuisse appellatum. Et dum ipsa causa inter partes...sic transmissionaliter hincinde moveretur, ...dominus noster archiep. ad...dominorum de capitulo eccl. Budensis instantiam nobis litteratorie commisit..., ut quia ipsa causa fuisset decimalis et ad suum et sedis eiusdem spirituale et non seculare pertinet iudicium, vocatis in nostri presentiam partibus, causam ipsam resumere, iuris servato ordine procedendo eandem usque ad diffinitivam sententiam inclusive determinare debuissemus. Nos vero...domini...archiepiscopi mandatis volentes obedire...dictas partes ad...competentem terminum in nostram presentiam...citaveramus, quibus...coram nobis comparentibus ac iuxta nostrum litteratorium mandatum acta actitata in ipsa causa tam in nostro spirituali, quam regio seculari iudicio habita, gesta et producta coram nobis...producentibus, ipseque partes se plura iura et litteralia instrumenta causam ipsam concernentia...producere velle allegabant, nosque de ipsarum...voluntate causam ipsam ad premissa producenda et deinde sub forma fiende pacis et concordie de termino in terminum prorogassemus; ...et deinde feria secunda...post festum s. Barnabe apostoli nobis Bude constitutis, de anno...millesimo quadringentesimo duodecimo[5] comparuerunt coram nobis...dominus... Eligius can., procurator capituli eccl. Veterisbudensis et Egidius de Koachy procurator...dominarum sanctimonialium de dicta Buda...certa dicta et attestationes testium in ipsa causa hincinde...receptorum, necnon...litteras et alia iura causam ipsam concernentia, vidl. dictus dominus Eligius pro parte...dominorum de capitulo Budensi unum privilegium quondam...domini Lodouici regis Hungarie de anno...millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto sedecimo Kal. Septembris...emanatas[e] quasdam permutationes inter ipsum dominum regem et prefatos dominos de capitulo de certarum possessionum et terrarum ac aliarum hereditatum dominiis et proprietatibus factis, in quibus inter cetera dicta Vetus Buda continetur et terra, super qua agitur, includitur, ubi dictus rex dominium ac ius decimandi ipsis dominis de capitulo videtur, ut debuit, reservasse[6];prefatus vero Egidius ex adverso...bullas...Ioannis pape XXII.[7], Innocentii VI.[8], Bonifacii VIII.[9], ac indultum...Gregorii pape X [I?], pontificatus sui anno tertio, octavo Kal. Aug. emanatum[10], quo inter cetera continentur, quatenus ipse sanctimoniales de possessionibus suis, quas propriis sumptibus excolunt vel in posterum excolent, decimas alicui vel aliquibus persolvere non teneantur...; et demum etiam alia...Ioannis pape XXIII.[11], ac unam litteram...domini Sigismundi regis...produxerant et ulterioribus probationibus et productionibus renuntiabant; quibus omnibus...registratis, decretis quoque copiis huiusmodi productorum, causam eandem...ad quintumdecimum diem prenotati termini duxeramus prorogandam.[12] Quo instante termino, comparentibusque coram nobis...domino Eli[gio] procuratore dominorum de capitulo predictorum, necnon Georgio iudice et officiali predictarum dominarum sanctimonialium..., prefatus Georgius certum privilegium comitis Iacobi de Scepus, iudicis curie...condam domini Lodouici regis Hungarie, Bude in festo s. Barnabe apostoli de anno ...millesimo trecentesimo septuagesimo tertio emanatas[e] continentes[f], quod domina Els...,

filia Jenslini dicti Kewhordo, hospitis de Veteribuda quandam domum eiusdem cum eius pertinentiis et terris arabilibus in territorio dominorum de capitulo (eccl.) Veteris Budensis adiacentibus cuidam religiose sorori Kynge vocate, filie...ducis Opuliensis, in dicto claustro degenti, pretio vendidisset,[13] per quod privilegium nitebantur predicte domine sorores sanctimoniales terram illam, de qua agitur, fuisse dictarum dominarum propriam ad prius producta, licet prius, ut prefertur, ulteriori productioni renuntiasset, cum gravamine tamen sedis nostre consueto produxerat, cuius privilegii copia dictis dominis de capitulo Budensi decreta ad dicendum et allegandum contra contenta in eodem per eosdem ...causam ipsam ad octavum diem eiusdem termini prorogaveramus[14]. Illo...die... occurrente, cum dicte partes coram nobis...comparuissent et quamplura hincinde verbo super dicto privilegio allegassent, causam ipsam de...partium procuratorum voluntate iterato pro maiori declaratione...ad diversos terminos prorogaveramus.... Demum vero octavo die festi epiph. domini[15] comparuerunt coram nobis...dominus Nicolaus cantor et can....eccl. Veterisbudensis...et nobilis vir Egidius de Koachi...cum litteris procuratoriis earundem dominarum...nos...requirentes, quatenus huiusmodi cause finem decisivum et sententiam nostram diffinitivam imponere dignaremur...ulterioribus allegationibus et prorogationibus sponte renuntiantes. Visis itaque omnibus et singulis in ipsa causa habitis, gestis et deductis, dictis procuratoribus partium...volentibus et petentibus, causam ipsam ad audiendum in eadem per nos diffinitivam ferri sententiam, ad nonam diem mensis Ianuarii...duxeramus prorogandam[16]. Quo instante termino et nobis...unacum...dominis de capitulo...Strigoniensis eccl. in iudicio sedentibus, et comparentibus coram nobis domino Nicolao cantore et Egidio de Koachi procuratoribus antedictis...sententiam nostram diffinitivam expectantibus..., habita matura deliberatione cum iuris peritis...per hanc nostram sententiam diffinitivam dicimus, sententiamus et declaramus: de iure decimas territorii predicti, retro et prope prefatum monasterium dictarum monialium siti, de quo in dicto emptionis privilegio continetur, seu ius decimandi predictam terre particulam ad prefatum capitulum ecclesie s. Petri Veterisbudensis spectare et pertinere sive [dict]e sanctimoniales predictam earum terre particulam suis sumptibus colant, sive aliis colendam tradant, ex eo potissime, quia nobis constitit dictum territorium non fuisse dictarum dominarum, quando obtinuerunt indultum...domini Gregorii pape undec[imi], et etiam ex eo maxime, cum alias [ex donatione]...domini Lodouici regis...predicte decime et alia iura spiritualia in tota civitate et territorio Veteris Budensi eisdem preposito et capitulo...(ecclesie) Veteris Budensis (collate) esse dignoscuntur, prout in predicti domini Lodouici regis privilegio pro parte dictorum dominorum de capitulo eccl. Veterisbudensis producto continetur[17]...Acta et facta sunt hec ...ac lecta, lata et pronuntiata fuit hec sententia...nona die...mensis Ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo tertio decimo, indictione sexta in dicta sede iudiciaria et ecclesia Strigoniensi...presentibus venerabilibus et circumspectis viris dominis Stephano lectore, Thoma decretorum doctore Huntensi et Andrea archidiaconis, canonicis in dicta ecclesia Strigoniensi, aliisque quam pluribus fidedignis testibus in dicto iudicio existentibus, ad premissa in testimonium rogatis et vocatis.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo coerulei coloris sig. pend. iam deperditi, necnon signo et subscriptione Comodi Sifridi de Wartberg, cler. Paderbornensis dioc., publ. auct. apost. notarii dicti Mathei vicarii et sedis Strigoniensis causarum scribae. In dorso manu saec. XVI. Sententia contra moniales super terra..., ac manu saec. XVI-XVII. Adiudicatorie vicarii Strigoniensis, quibus decrevit iudicialiter, ut domine sanctimoniales de Veteribuda de terris earum retro ac prope claustrum ipsarum adiacentibus, sive de propriis earum sumptibus colant, sive aliis ad colendum concedent,, teneantur semper capitulo decimas solvere adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.002. (Sign. ant.: Arch. Capit. Poson. Capsa Budensis I. Fasc. 3. No. 4.) - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Posoniensis 1720. apr. 8. Arch. Nat. Hung. Dl. 67. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 859. No. 7.) - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 429-438. - REG.: Knauz: Magy. Tört. Tár. XII(1863.) p. 18.; Bártfai Szabó: Obuda p. 100., reg. nr. 119.

[a] recte: receptionis

[b] recte: percussionis

[c] recte: succedentibus

[1] 1411. maj. 1.

[2] 1411. jun. 7.

[3] 1411. jul. 8.

[4] 1411. aug. 1.

[d] recte: decimasque

[5] 1412. jun. 13.

[6] 1355. aug. 17. - Fejér: CD. IX/2. p. 370-382.

[e] recte: emanatum

[7] 1326. sept. 30. - Fejér: CD. IX/7. p. 172.

[8] 1359. febr. 26. - Theiner II. p. 42.

[9] 1296. mart. 4. - Theiner II. p. 43.

[10] Pontificatus Gregorii XI. papae: 1370. dec. 30. --1378. mart. 27. - In litteris aiudicatoriis Sigismundi regis 1412. febr. 5. emanatis (Vide nr. 591.) iste Gregorius papa decimus scribitur, quod et ex declaratione iudicis in fine huius diplomatis scripta sequitur, ex eoque dictus Gregorius papa hic quoque decimus sumi debet.

[11] Iohannes XXIII. papa 1410. jun. 25. Zsigmondkori oklt. II/2. p. 377., nr. 7719., 7720.

[12] 1412. jun. 27.

[f] recte: continens

[13] Vide nr. 453. Sigismundus rex Hungariae 1406. apr. 20. - Bártfai Szabó: Óbuda reg.nr.81.

[14] 1412. jul. 4.

[15] Octavum diem huius festi erronee pro termino sumptum esse clare patet ex dato ipsius documenti. (Jan. 9.!)

[16] 1413. jan. 9.

[17] Insuper vide etiam sequentes litteras: 1.) Sigismundus rex Hungariae 1411. jul. 15. (nr. 573.), 2.) Idem 1412. febr. 5. (nr. 591.) et 3.) Idem 1412. sept. 9. (nr. 609.).

617 1413. jan. 9.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Georgium filium Johannis de Borosjenő quandam particulam vineae in territorio eiusdem civitatis sub monte Albae ecclesiae existentem Gregorio pistori, habitatori suburbii castri Budensis pro sedecim parvis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.029. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 18.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 100. nr. 118.

Nos Iohannes dictus de Buda iudex, Iohannes magnus, alter Iohannes filius Stephani, Simon dictus Birow, Valentinus lungus[a] iurati ceterique cives de Veterybuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod in nostram personaliter veniens presentiam Georgius filius Iohannis de Borosiene dixit et est confessus oraculo vive vocis in hunc modum: quod ipse quandam particulam vinee de novo plantate, in territorio dicte civitatis nostre existentem et sub monte superius Albe ecclesie beate Marie virginis gloriose contiguam, in vicinitatibus vinearum ab una parte Gregorii pistoris, habitatoris suburbi[b] novi castri Budensis, ab altera vero parte Petri sartoris, habitatoris dicte civitatis Veterisbudensis, cum omnibus suis utilitatibus utilitatumque integritatibus, terris cultis et incultis, via subtus et undique libere habita ac loquo[c] turculari et arborum quarumlibet fructificum[d] et sorbellorum arboribus, ut dixit, prescripto Gregorio et domine consorti sue Agnus vocate et suorum heredum et

successorum universorum dedit, tradidit et vendidit coram nobis pro sedecim parvis florenis plene ab eodem receptis et persolutis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, utendam et possidendam et quomodo sue voluntati placet, disponendam, nec quidquam de proprietatibus et dominio ipsius vinee pro se retinendo. Assumpsitque prefatus Petrus sartor et ratione venditionis dicte vinee ipsum Gregorium et predictos suos successores a quibuslibet molestare et impedire volentibus secundum consuetudinem civitatis defendere et expedire ubique loquorum[e] suis propriis laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas ipsi Gregorio et suis successoribus duximus concedendas. Datum feria secunda, videlicet in vigilia beati Pauli primi eremite, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo.

[a] recte: longus
[b] recte: suburbii
[c] recte: loco
[d] recte: fructuum
[e] recte: locorum

618 1413. jan. 10.

(V. die Epiph.) Capitulum eccl. Colocensis m. c. signific. pres. per tenorem quibus exp. univ., quod Nicolaus dictus Belchew filius Jacobi de Taas...talem dispositionem fecisset coram nobis, ut si...ipse sine herede masculini sexus diem suum clauserit, extunc omnes portiones sue possessionarie..., signanter medietas...possessionis Taas..., necnon portio sua possessionaria in possessione Dab habite...nobilibus dominabus, vidl. Anich, Laurentii filii Emerici de eadem Taas, et Ursule, Petri filii Benedicti de Soksaar, consortum, et nobili puelle Agnes vocate, filiabus suis, more ad instar masculini sexus devolvi deberent...

ORIG.: Membr.cum filo sericeo rubri et viridis col. sig. iam deperditi. Arch. Nat.Hung. Dl. 98. 786. (Sign. ant.: Arch. famil. Károlyi, Lad. 63., nr. 87.)-ED.: Károlyi oklt. I. p. 588-589. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 132., nr. 543.; Bakács: Iratok p. 349., nr. 1277.

619 Buda, 1413. febr. 4.

(Bude, III. die purific.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. comm., quod Ladislao filio Andree de Echeer, de cuius notitia personali providus vir, Nicolaus dictus Boka, civis Budensis nos assecuravit ab una, parte vero ex alia Sebastiano filio Nicolai de eadem Echeer, genero scil. prefati Nicolai Boka coram nostra maiestate...constitutis, per prefatum Ladislaum...propositum extitit...in hunc modum: quod licet ipse...una cum ...fratribus suis...quendam locum sessionalem pro integra sessione residentie unius nobilis regalis mensure sufficientem in...possessione Echeer, in comitatu Pesthiensi, in ordine inferiori a parte meridiei situato iuxta sessionem condam Iacobi filii Laurentii de eadem Echeer existenti habitum simulcum universis suis utilitatibus...condam Michaeli dicto Olaz de prefata Echeer, fratri carnali predicti Sebastiani et suis superstitibus tum pro dote condam nobilis domine Susanna vocate, filie dicti condam Iacobi filii Laurentii sororis sue, coniugis scil. prefati Michaelis dicti Olaz, tum (etiam) propter multipharias ipsius condam Michaelis complacentias...sibi...exhibitas...iure perpetuo tenendum...contulisset; tamen quia preallegatus Sebastianus et Petrus frater eiusdem uterinus, pretactis Michaele Olaz et domina consorte eiusdem absque heredum solatio ex hoc medio sublatis, ipsi Ladislao et Petro filio eiusdem...inter cetera fraterne subventionis aminicula centum et viginti fl. presentis maioris nostre monete dedissent..., ob hoc ipse...tam...sessionem prefati condam Michaelis Olaz et...domine coniugis eiusdem...cum...suis utilitatibus, quam etiam quandam aliam particulam terre a...sessione dicti condam Michaelis usque fossatum magnum pro sessionibus locandis aptam...simulcum nonnullis terrarum, pratorum

et silvarum particulis in superficie...possessionis Echeer...existentibus...Sebastiano et Petro ac eorum heredibus...universis...perpetuasset. Preterea, quia...Sebastianus et Petrus...ipsi Ladislao similiter...tam in solutionibus dotum et rerum paraffernalium, quam etiam in expeditionibus exercitualibus seu exercitus agressionibus vicibus...iteratis magnas pecuniarum quantitates exponendo subvenissent; et insuper...diversis vicibus in prompta pecunia, demptis premissis ducentis fl. similiter premisse maioris nostre monete dedissent..., ideo ipse Ladislaus in recompensam...premissorum...eos...in fratres adoptivos et condivisionales ac legitimos successores recipiendo...eisdem Sebastiano et Petro...similiter quandam aliam particulam terre in eodem ordine modo simili pro locandis sessionibus aptam a prefato fossato usque viam magnam...per quam versus Budam transsiretur, cum quadam alia particula terre, que per viam inter...domos...condam Michaelis Olaz et Iacobi filii Laurentii egrediendo et eandem viam versus sinistram relinquendo protenderet ad quendam cumulum pirorum silvestrorum vulgo Sokoruskurthwel vocatum et abinde flectendo versus sinistram vergeret ad...lacum vulgo Farnadto appellatum et dehinc versus orientem...tenendo perveniret...ad predictam viam Budensem; item... quandam particulam silve seu rubeti vulgo Harazth dicti inter rubetum dicti Ladislai et prefatorum Sebastiani ac Petri situatam...sepefatis Sebastiano et Petro ac eorum superstitibus...iure perhempnali...possidendas...donavit...coram nobis. Et quia terre...ville Echeer non forent in eorum fructuositatibus ubique consimiles, sed dissimiles, alibi bone et alibi sabulose et male et ob hoc pretactus Ladislaus in uno loco et ambitu terras arabiles ad dictas sessiones et loca sessionalia sufficientes ipsis Sebastiano et Petro dare non potuisset, ideo ipsis et...eorum heredibus in universis terris suis tam arabilibus, quam campestribus in facie...possessionis Echeer existentibus et ipsum Ladislaum tangentibus arandi, seminandi et utendi semper et omni tempore liberam concessisset facultatem...

ORIG.: A) Membr. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/a. (Arch. Nat. Hung. Phototheca. DF. 265.844.); B) Membr. cum plica et filo sericeo sig. pend. iam deperditi. Arch. famil. Zay. Lit. D. fasc. 1., nr. 23/b. (Arch. Nat. Hung. Phototheca. DF. 265.845.) - ED.: Bártfai Szabó: Pest vm. p. 132-134., nr. 544.; Bakács: Iratok p. 349-350., nr. 1278.

620 Buda, 1413. febr. 8.

(Bude, f. IV. p. Dorothee.) Sigismundus...Hungarie...rex...Capitulo eccl. Budensis...Dicit nobis magister Jacobus diffinitor causarum in speciali presentia nostre maiestatis vertentium, quod ipse in dominium quarundam portionum possessionariarum in possessionibus Horhy et Tarnok vocatarum per nobilem dominam consortem magistri Sigismundi de Chethnek et eundem Sigismundum in certis pecuniarum quantitatibus eidem impignoratarum...vellet introire. Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Petrus fil. Jacobi de Gyogh, aut Petrus vel Vida filii eiusdem, sive Egidius de Kowachy, sin Petrus fil. Ladislai de Felkezy, aliis absentibus homo noster ad faciem predictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum magistrum Jacobum in dominium earundem, statuatque easdem ipsi...premisso iure eidem incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum magistrum Jacobum nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Buden. 1413. febr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.037.

621 Buda, 1413. febr. 10.

(Bude, in Scolastice.) Anthonius Fronth de Florentia, mercator Budensis rogat iudicem et iuratos cives de Kassa, ut quanto citius possunt, transmittant ipsi illos ducentos et viginti fl., quos ex commissione domini regis ratione strennarum anni 1413. solvere tenentur, quia cum ipsa pecunia eum quaedam facta eiusdem domini regis expedire oportet, et tempus dictae pecuniariae solutionis iam longe recessit.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari viridi, quo erat clausa. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice), Collectio Schwartzenbachiana nr. 89. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Honoranda salutatione premissa notum facimus vestre amicitie, quomodo ex parte domini nostri regis, ratione strennarum, tenemini nobis solvere ducentos et viginti florenos in puro auro, et tempus ipsius solutionis iam recessit. Igitur rogamus vos amicabiliter, quatenus dictam pecuniam quanto citius potestis, nobis transmittatis, quia cum ipsa pecunia facta domini regis nos expedire opportet, prout nobis idem dominus rex commisit in mandatis, prout etiam hoc a duobus vestris concivibus, qui pridem vina hic a fratre nostro Fronth emerunt, potestis rescire, habitaque ipsa solutione a nobis recipiatis litteras expeditorias. Prout etiam alie civitates fecerunt, sic et vos faciatis. Scripta Bude, in festo beate Scolastice virginis et martiris, anno domini M^{mo} CCCC^{mo} XIIJ^{mo}.

Anthonius Fronth de Florencia, mercator in Buda cum suis sociis.

In dorso: Providis viris, iudici ac iuratis civibus de Kassa, amicis nostris honorandis detur.

622 Buda, 1413. febr. 10.

(Bude, f. VI. p. Dorothee.) Sigismundus...rex...Hungarie...capitulo ecclesie Budensis...Dicitur nobis in personis Sebastiani et Petri filiorum Nicolai de Echer, fratrum condam Michaelis dicti Olaz, quod ipsi in dominium trium particularum portionum possessionariarum, duarum eidem Michaeli, ac tertie eisdem per Ladislaum filium Andree de eadem traditarum...in possessione Echer, in comitatu Pesthiensi habitarum...vellent introire. Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio...quo presente Benedictus de Wecherch, vel Stephanus filius Anthonii de Maglod, aut Ladislaus de eadem, sive Iohannes de Leby...ad facies predictarum trium particularum portionum possessionariarum...accedendo introducat prefatos Sebastianum et Petrum in dominium earundem, statuatque easdem ipsis...perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eos nostram specialem in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1413. febr. 27. Arch. famil. Zay. D., fasc. 1., nr. 23/o. (Arch. Nat. Phototheca. DF. 265.846.) - REG.: Bakács: Iratok p. 350., nr. 1280.

623 Buda, 1413. febr. 10.

(Bude, f. VI. p. Dorothee.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. comm., quod Sebastianus filius Nicolai de Echeer, nepus...condam Michaelis Olaz in sua ac Petri fratris sui uterini de eadem personis...nobis...significare curavit, quod Ladislaus filius Andree, ac condam Petrus filius eiusdem de...Echer...certa iura ipsorum possessionaria ...in Echer habita, ipsis...insciis...Iohanni Saphar de Chaba et Paulo Surkas...vendidissent, cum tamen predicta iura possessionaria eosdem...tum ratione consanguineitatis, tum (etiam) ratione vicinitatis contigue et magis quam eisdem Iohanni et Paulo ad emendum vel pro pignore recipienda competerentur; unde...prefatus Sebastianus suo ac dicti Petri fratris nominibus eundem Ladislaum a venditione, impignoratione, a se...alienatione, (aut) predictorum iurium possessionariorum...in dominium...ingressione, fructuumque et utilitatum eorundem perceptione factis vel deinceps fiendis...prohibuit contradicendo... coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sigilli mediocris tergo impressi. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/d. (Arch. Nat. Hung. Phototheca. DF. 265.847.) - REG.: Bakács: Iratok p. 350., nr. 1279.

624 1413. febr. 25.

(sedec. statut./Inf. Scolastice) Capitulum eccl. Buden...ad univ. n. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras...Sigismundi...Hung....regis statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 620. Sigismundus rex...1413. febr. 8.) Nos igitur...unacum Vid de Gyogh homine vestro nostrum hominem vidl. Anthonium chori ecclesie nostre...clericum pro testimonio...duximus destinandum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi in f. b. Scolastice virg. et mart.[1]...ad predictas portiones possessionarias (in possessionibus Horthy et Tarnok) vicinis et commetaneis earundem illic...convocatis et presentibus accedendo memoratum magistrum Jacobum in dominium earundem introduxissent nullo contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.037. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1546. No.81.).

[1] 1413. febr. 10.

625 Buda, 1413. febr. 27.

(Bude, dom. p. Mathie.) Anthonius Frontis et socii sui de Florenczia, mercatores in Buda (commorantes) iudicem et iuratos cives civitatis Cassoviensis requirunt, ut illos ducentos et viginti fl., quos ex commissione domini regis ratione strennarum anni 1413. in auro solvere tenentur, Nikuscho, familiari fratris ipsius Frontis, dent et assignent.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annuleo viridi, quo erat clausa. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice), Collectio Schwartzenbachiana nr. 94. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Salutatione premissa cum servitiis. Honesti viri, sicut per dominum nostrum regem mandatum est vobis, ut sua dona, que soletis sue gratie dare, pro isto presenti novo anno, scilicet XX markas argenti, que sunt taxate pro florenis IJ^{C} et XX in auro, presentare ac solvere nobis, de quibus rogamus, ut predictos IJ^{C} et XX florenos detis et assignetis Nikuscho familiari fratris nostri Frontis, latori presentium, de quibus nobis magnam complacentiam facietis; et ut non habeamus rationem conquerere de contractione erga dominum nostrum regem. Ad mandata vestra semper sumus parati. Datum Bude, dominica proxima post festum sancti Mathie apostoli, anno domini 1413^{o}.

Anthonius Frontis et socii sui de Florenczia, mercatores in Buda.

In dorso: Providis ac sapientibus viris, iudici ac iuratis civitatis Caschoviensis, maioribus nostris semper honorandis.

626 1413. febr. 27.

(XVI. die dom. p. Dorothee.)...Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...Hungarie...regis introductorias et statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 622. Sigismundus rex Hungariae 1413. febr. 10.) Nos itaque mandatis...domini nostri regis...obedire cupientes...unacum Stephano de Maglod homine suo regio...Dionisium chori ecclesie nostre...clericum...pro testimonio ...duximus transmittendum, qui...nobis retulerunt, quod (ipsi)... die dominica...post festum beate Dorothee[1]...ad facies...trium portionum possessionariarum (in possessione Echer habitarum)...accedendo...Sebastianum et Petrum (filios Nicolai de Echer) in dominium earundem introduxissent... nullo contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo sig. pend. iam deperditi. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/o. (Arch. Nat. Hung. Phototheca. DF. 265. 846.); -REG.:Bakács: Iratok p. 350., nr. 1281.

[1] 1413. febr. 12.

627 1413. mart. 13.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Katherinam filiam Francisci Magni dicti Biro, consortem Georgii sartoris Budensis vineam suam in territorio eiusdem civitatis in monte Kereked habitam dominae Annae, relictae magistri Gregorii filii bani de Alsan pro sexaginta sex fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. de filo canapis albi col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.051. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 19.)

Nos Iohannes dictus de Buda, Iohannes magnus et alter Iohannes filius Stephani, Simon dictus Biro, Valentinus lungus, iudex, iurati et universi cives de Veterybuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod provida domina Katherina vocata, filia videlicet Francisci magni dicti Biro, ante[a] consors Nicolai carnificis dicti de Kerepes, nunc consors Georgii sartoris, habitatoris novi castri Budensis ad nostram personaliter accedens presentiam dixit et est confessa oraculo vive vocis et lingua viva in hunc modum: Quod ipsa quandam vineam suam existentem in territorio dicte civitatis nostre, habitam in monte Kereked vocato contiguam, in vicinitatibus vinearum ab una parte prefati Iohannis filii Stephani iurati, a parte vero secunda Blasi[b] dicti de Feiruar et ex tertia parte Iacobi Corcholas dicti consociorum nostrorum, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis eiusdem universis undique de iure ad ipsam vineam Felcopaz vocatam spectantibus, videlicet loco turkularis[c] et via libera, de consensu omnium proximorum suorum, nulli[d] contradictore penitus apparente dedit, tradidit et vendidit coram nobis generose domine Anna vocate, relicte magistri Gregori[e] filii bani de Alsan, pro sexaginta sex florenis cum magna regali moneta, ut dixit, ab eadem plene receptis et persolutis iure perpetuo et inrevocabiliter utendam, tenendam et possidendam et quo sue placet voluntati disponendam quam in vita tam in morte. Assumpsitque prefata domina Katherina ipsam generosam dominam Annam a quibuslibet impedire et molestare volentibus ratione venditionis dicte vinee Felcopaz vocate secundum consuetudinem civitatis ubique locorum suis propriis laboribus et expensis defendere et expedire. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas ipsi domine Anne duximus concedendas. Datum secundo die festi sancti Gregori[f] pape, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo. Feudum autem[g] censum, quo capitulo dicte Veterisbudensis[h] de predicta vinea tenebatur, illud feudum seu censum ad aliam vineam suam Harumzuge vocatam recepit.

[a] recte: antea
[b] recte: Blasii
[c] recte: torcularis
[d] recte: nullo
[e-f] recte: Gregorii
[g] seu om.
[h] ecclesie om.

628 Udine, 1413. apr. 19.

(Utini, f. IV. p. Ramispalm.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm.t.pr. signif. quibus exp. univ., quod nos consideratis...meritis...fidelis nostri Emerici litterati filii Benedicti de Pobrosya, quibus ipse...nostrae studuit...complacere maiestati..., possessionem Gyon vocatam, in comitatu Pesthiensi sitam, necnon quendam fundum curiae in civitate nostra Budensi habitum, ac...duas vineas in territorio eiusdem civitatis nostrae Budensis existentes, quae...possessio, fundus curiae ac vineae condam Ladislai litterati de...Gyón et Iohannis de Szent Demeter praefuissent, ad manus nostras regias...devolutas ...de manibus nostris regiis novae nostrae donationis titulo...donavimus et...conferimus eidem Emerico litterato et per eum Gregorio filio Iohannis de Szent Demeter eorumque haeredibus...perpetuo...possidendas...salvis iuribus alienis...

ORIG.: Non extat.[1] - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1430. nov. 10. > Copia simplex saec. XVII. incerti auctoris. Arch. Nat. Hung. Dl. 73.451. (Arch. famil. Halász de Gyón et Dabas) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 134., nr. 545.

[1] Secundum adnot. in pallio documenti scriptam originale huius litterae apud Sigismundum Halászi asservabatur.

629 Halics, 1413. maj. 1.

(In Galicz, in Phil. et Iac.) Stiborius wayuoda Transsiluanensis et comes de Zolnuk etc(etera) t. pres. recognoscimus quibus expedit univ., quod prudens vir, Petrus dictus Creczmer concivis civitatis Bistriciensis nobis obligatur octomgentis[a] fl. per centum..., computandis..., quarum...mediam partem...in media quadragesima[1]...preterita solvere suis litteris mediantibus obligavit, quod...adimplere non valuit...et aliam mediam partem ...in festo penthecosten...affuturo[2] reponere...spopondit...; nunc vero...declaravit..., quomodo...summam pecunie principalem, vidl. quadringentos fl. in (media) quadragesima ...preterita...reponere non valuit, nobis...supplicando, quatenus sibi dignaremur terminum ...solutionis...prorogare...Nos vero...talem terminum predictarum pecuniarum solutionis duximus prorogandum..., ut in festo penthecosten affuturo[3] tricentos fl....nobis...aut homini nostro...et quadringentos fl. in festo beati Michaelis archangeli immediate sequentis[4] ...solvere debet...tali tamen conditione interiecta, quod si...tricentos fl. in...die festi penthecosten...aut octavo die ipsius festi[5] non daret , extunc duplum tenebitur dare...sub yppoteca arestationis rerum suarum mobilium et immobilium uxoris et heredum ius ad hec habentium universarum. Etiam assumpsit, quod si nos waywodatum tempore intermedio condescendemus et resignaremus, sepetactam summam pecunie in domo nostra Bude, in vicinitate domus plebani beate virginis ecclesie parochialis situata tenebitur...reponere... testimonio fidedigno mediante et suis propriis in expensis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. viridi impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.063. (Sign. ant.: Transylv. Actor. Fasc. 9°. No. 72.)

[a] recte: octingentis

[1] 1413. mart. 29.

[2] 1413. jun. 11.

[3] 1413. jun. 11.

[4] 1413. sept. 29.

[5] 1413. jun. 18.

630 1413. maj. 18.

Magistratus civitatis Veterisbudensis religiosum virum fratrem Michaelem de Mezősomlyó provincialem per Hungariam ordinis fratrum praedicatorum quandam domum suam in civitate Veterisbudensi habitam Petro filio Georgii et Gregorio litterato eiusdem civitatis civibus pro ducentis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. de filo sericeo rubri, virid. et flavei coloris pend. In dorso manu fere coaeva scripta Super fundum curie in Veteribuda ante capellam sancti Ladislai regis adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.069. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 12.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 101., nr. 120.

Nos Andreas filius Petri iudex de Veteribuda, Valentinus langus[a], Blasius dictus de Alba ac Thomas carnifex, necnon et Iohannes dictus de Buda, iurati ceterique cives et universi hospites de eadem memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod religioso viro fratre Michaele de Mezewsumlio, provinciale per

Hungariam ordinis fratrum predicatorum ab una, parte siquidem ab alia viris providis Petro filio Georgii, necnon Gregorio litterato, civibus Veterisbudensibus coram nobis personaliter constitutis, per eundem fratrem Michaelem confessum extitit sponte in hunc modum et relatum: Quod ipse quandam domum suam lapideam et emtitiam, seu fundum curie in civitate Veterisbudensi, in vicinitatibus domus seu fondi[b] curie Iohannis dicti de Buda ab una, necnon ecclesie beati regis Ladislai ante castrum Veterisbudense predicte constructe ab altera habitam et existentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet celariis, domibus superioribus et inferioribus, curia et aliis quibuslibet pertinentiis de iure domum ad eandem spectantibus ipsis Petro et Gregorio et per eos providis et honestis dominabus Margareta ipsius Petri et Katherina vocatis predicti Gregorii consortibus, necnon ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus vendidisset et tradidisset in perpetuum possidere pro ducentis florenis presentis nove monete legalis, quorum medietatem, videlicet centum florenos predicti numeri idem[c] Petrus et Gregorius litteratus persolvissent in parata pecunia, ymo persolverunt coram nobis, aliam vero partem, scilicet centum florenos donavisset et donavit Elene filie sue spirituali, infantule eiusdem Gregorii litterati, ymo vendidit et donavit ac perpetuavit et eorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum penitus nullo contradictore apparente. Assumpmens nichilominus idem frater Michael prefatos Petrum et Gregorium litteratum et eorum successores in pacifico dominio eiusdem domus pretacte propriis suis laboribus et expensis defensare et expedire. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam eisdem Petro et Gregorio ac aliis suprascriptis presentes litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendum. Datum feria quinta proxima ante festum beati Urbani pape, anno domini M[mo] CCCC[mo] tredecimo.

[a] recte: longus

[b] recte: fundi

[c] recte: iidem

631 Visegrád, 1413. jun. 16.

(Wysegrad, f. III. a. penthec.) Sigismundus...Hungarie...rex...capitulo ecclesie Wachyensis...Dicitur nobis in personis Balthazar et Michaelis filii Frank de Zenthelzebeth, quod nobilis domina Anna...relicta Gaspari de eadem, filia scil. Iohannis Walkan...mortuo marito suo domum,[a] scrinia ipsius Gaspari ad eosdem devoluta confrangendo quamplurima bona in eisdem habita, duo milia[b] florenos valentia de eisdem excipiendo deportasset... Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio ..., quo presente Blasius de (...)hypazo[c], vel Ladislaus de eadem, aut Stephanus de Bwya, sin Stephanus de Syzas, ceu Blasius de eadem, aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit...de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis...rescribatis...

ORIG.: Chart. pap. cum. fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 96. 845. (Arch. famil. Vay.) (Arch. Nat. Hung. Phototheca.)

[a] Forma abbreviaturae: dom[m]

[b] Vocabulum hoc bis scriptum: altera vice primo superpositum.

[c] Chart. hoc loco lacera.

632 Firenze, 1413. jul. 18.

(Dat. ap. s. Antonium extra muros Florent., XV. Kal. Aug., a. IV.) Johannes (papa XXIII.)...Episcopo Tudertin...Nos...volentes...Nicolao de Senatoribus (canonico Neapolitano), qui...Reynaldi s. Viti in macello diaconi cardinalis familiaris continuus commensalis existit...gratiam facere specialem, fraternitati tue...committimus... quatenus...eccl. b. Marie in Veteribuda...canonicatum et prebendam..., quorum... proventus decem marcharum argenti...valorem anuum...non excedunt..., prefato Nicolao

...conferas et assignes...inducens eundem...in corporalem possessionem canonicatus et prebende...predictarum... Seu quod idem Nicolaus...super canonicatu et prebenda in Vespr., ac archidiaconatu de Segusd in eadem, quorum decem et septem in palatio apostolico litigat, et dudum sibi de prepositura in s. Margarethe Dimisiensis, que dignitas in illa principalis ac curata existit, necnon de in Tituliensi Coloc. dioc. cum prebenda ac de Neapolitanen., in qua, licet certus sit canonicorum numerus predictarum, tamen distinctio non habetur, cum canonicali portione, canonicatibus, quorum omnium quadraginta marcarum ...proventus...non excedunt, tunc...apostolica auctoritate fuit provisum..., attente provideas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 169., fol. 10-11. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 267-268.

633 Visegrád, 1413. jul. 28.

(In Wisegrad, XXVIII. die termini oct. Joh. bapt.)...Capitulo ecclesie Budensis ...comes Symon de Rozgon iudex...Noveritis, quod Dominicus de Geche pro Francisco dicto Osth de Azzonfalua...in octavis b. Michaelis archang. proxime preteritis[1] in figura nostri iudicii contra Johannem et Stephanum filios Francisci filii Chyko de Pomaz comparendo...litteras vestras evocatorias...nobis (presentavit)...declarantes, quod prefatus Franciscus Osth, filius bani de Azonfalua regie exposuisset maiestati..., quomodo condam nobilis domina, relicta Francisci Chyko de Pomaz, ipsum in facto nonnullarum portionum possessionariarum suarum, eisdem emptitias et impignoratitias fore applicando, in iudicem convenisset, et sic huiusmodi causa seu causis pendentibus indecisis, ipse Franciscus contra suam regiam maiestatem hiis proxime elapsis disturbiorum temporibus contraveniendo, in notam adeo incidisset, quod omnibus possessionibus et iuribus possessionariis per ipsam regiam maiestatem privaretur, eadem autem iura possessionaria per...regiam serenitatem Gregorio dicto Osth de Azzonfalua...donata fore..., sicque prefata domina relicta ipsius Francisci aut eius heredes, in dictis causis possessionariis, ut asseruissent emptitiis et impignoratitiis tamquam indefensis, dum eedem possessiones et iura sua possessionaria ex regia collatione apud manus prefati Gregorii Osth extitissent, terminos iuridicos explevissent, et per huiusmodi terminorum completionem in dominium earundem possessionum et iurium possessionariorum taliter qualiter intrassent, quas et que possiderent. Cum tamen eedem possessiones et iura possessionaria emptitia et impignoratitia minime existendo, ipse litteras super hec haberet efficaces in termino ulteriori producendo, supplicans prefatus Franciscus sibi et suo iuri super premissis regale remedium adhibere. Ipse itaque dominus...rex nolens iuribus eiusdem Francisci propter predictorum terminorum completiones derogari..., eidem...hanc gratiam duxisset faciendam, ut...tam ipse Franciscus, quam heredes prefate domine universa eorum litteralia instrumenta super premissis confecta in dictis octavis...b. Michaelis archang. coram ipso in curia sua regia in alterutrum et contra sese producere...tenerentur iudicium et iustitiam recepturi; pro eo...dominus ...rex fidelitati vestre...mandasset, quatenus vestrum mittatis hominem ..., quo presente homo suus...prefatum Stephanum et Johannem filios eiusdem Francisci, heredes scil. prefate nobilis domine simulcum universis litteralibus instrumentis facto in premisso confectis contra prefatum Franciscum de Azonfalua ad oct....b. Michaelis archang. tunc venturas suam regiam evocaret in presentiam... Vos igitur...unacum Mathia de Felkeze homine regio...magistrum Elegium...concanonicum vestrum...pro...testimonio transmisissetis..., qui...vobis...retulerunt, quod ipsi...die dominico p. f. b. Egidii[2]... prefatos Johannem et Stephanum filios Francisci filii Chyko de Pomaz in possessione eorum Zenche vocata, super premissis litteralia eorum instrumenta exhibiturus...contra Franciscum dictum Osth ad dictas octavas b. Michaelis archang. regiam evocassent in presentiam ...(Et quia prefati Johannes et Stephanus neque ad dictas octavas b. Michaelis archang., sed nec postea ad oct. b. Georgii[3] et dein ad oct. nat. b. Johannis bapt.[4] citati...nostram in presentiam non venerunt, neque miserunt), pro eo vestram amititiam presentibus petimus ..., quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Egidius de Kouachy, vel Petrus aut Mathyas (de) Felkezy, sin Andreas, seu Stephanus magnus de Leanfalu, neve Jacobus de Kaloz, an Benedictus de Buda (?) ceu alter Benedictus filius Blasii de eadem, aliis absentibus homo regius memoratos Stephanum et Johannem filios Francisci de Pomaz ad premissa responsuros...contra annotatum Franciscum de Azzonfalua ad octavas f. Epiphaniarum domini nunc venturas[5] regiam evocet in presentiam...

ORIG.: Chart. pap. valde lacera cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung., Dl. 43.227.[6]

[1] 1412. oct. 6.
[2] 1412. sept. 3.
[3] 1413. maj. 1.
[4] 1413. jul. 1.
[5] 1414. jan. 13.
[6] Ap. Bártfai Szabó (Pest m., p. 135., nr. 548, habetur reg. (sub dat. 1413. nov. 2.) super evoc. Johannis Csikó de Pomáz ad oct. nat. b. Johannis bapt., sed non potest identificari cum evoc. in nostris litteris indicata.

634 1413. aug. 26.

(III. die diei evocat./in Bartholomei.)...domino Sigismundo...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) regi Conventus monasterii Pechuaradiensis... litteras vestre maiestatis ...pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum...datis...nobisque directis ...receptis et iuxta continentiam earundem unacum Benedicto magno de Versend...fratrem Michaelem sacerdotem...ad infrascriptam ...reambulationem metarumque erectionem faciendam nostro pro testimonio transmisissemus, tandem iidem...nobis retulerunt..., quod prefatus homo vester...nostro homine presente in f. b. Bartholomei apostoli[1]...ad faciem possessionis dictarum dominarum...Jenew vocate (accedendo), vicinis et commetaneis...inibi...convocatis..., ibique Demetrius litteratus de Pesth...procurator earundem dominarum accessisset; primo incepissent a parte orientis..., ad partes meridionales modicum eundo venissent ad duas metas terreas, quarum unam...procurator dictarum dominarum possessionibus Jenew et Nanay vocatis, et aliam nobilibus de Dabaka pertinere dixisset; ibique Georgius, Stephanus et Brictius de dicta Dabaka unam earundem [nobilium de Dabaka ?][2] fore, et aliam non...(Johanni Quinqueecclesiensis) episcopi, neque dictarum rel. dominarum, (sed) possessionis Gwrchny ...prepositi Orodiensis existere retulissent, premisseque possessionarie reambulationis et metarum erectionis Georgius (de Dalka) in presentia Johannis episcopi, domini sui contradixisset... (Huiusmodi contradictionibus pluribus vicibus iteratis) dictam possessionariam reambulationem...procurator dictarum dominarum finivisset, ob quam contradictoriam inhibitionem...regius et noster homines...dominum episcopum et Brictium ibidem ad octavas nat. Marie[3] contra prefatas dominas...de Insula leporum vestram evocassent in presentiam rationem contradictionis reddituros....

ORIG.: Chart. pap. valde lacera cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.105.

[1] Aug. 24.
[2] Hoc loco charta est manca.
[3] Sept. 15.

635 Esztergom, 1413. aug. 29.

(...anno mill. quadringentesimo tredecimo, indict. sexta, die vicesima nona Aug., hora vesp., in consistorio eccl. metropol. Strigonien., pontific. Johannis papa XXIII, a. quarto.) In mei (Thome filii Thome de Veouche) notarii publ. et testium subscriptorum presentia...nobilis vir, magister Petrus Ladislai de Kouachy, Vespr. dioc., quandam cartam papiream, formam sue appellationis in se continentem...audiente...Matheo doctore, vicario infrascripto perlegit et ad mei notariatus audientiam...deduxit in hec verba: Coram vobis...Matheo de Vicedominis de Placentia, utriusque iuris doctore, archidiac. Nitrien. et canonico eccl. Strigonien., necnon...Johannis archiepiscopi Strigonien., locique eiusdem comitis perpetui, primatis et...sedis apostol. in Strigonien. et Colocen. eccl.... legati nati ...vicar. in spiritualibus et causarum auditore generali Strigoniensi Ego Petrus Ladislai de Kouachy ...Wespr. dioc., sindicus et procurator rel. domine Margarethe priorisse et ceterarum sororum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Insula leporum, iurisdict.

spirit. Strigoniensis modo apellationis...propono:...decime ville Cholnok...Wespr. dioc., tam annonarum, quam etiam frugum, apum et agnellorum atque aliarum rerum minutarum... a X., XX., XXX., XXXX., L., LX., LXX., LXXX., LXXXX. et centum annis vel citra et ultra pertinerent...et pertinent de presenti (ad ipsarum monasterium)...novissime vero ...Capitulum eccl. Wesprimien. in spiritualibus ecclesiasticum interdictum...ratione ... quartarum imponi procurarunt...indebite, prefateque rel. domine... sperantes coram vobis consequi posse iustitie complementum ab huiusmodi gravaminibus...indebitis - ad...sedem Strigoniensem appellaverunt, causaque huiusmodi apellationis coram vobis aliquamdiu ventillata et indecisa extiterit. Tamen, uti nunc prescipte rel. domine...acceperint..., nulla iuris forma observata et earum procuratoribus penitus insciis, ad...favorem... capituli...et contra easdem dominas...tacite et clandestine causa in premissa tulistis sententiam diffinitivam...; ideo ego Petrus procurator supradictus...a predicta sententia ...tamquam iniqua...ad sanctam sedem apostolicam...appello...et a vobis...terminum prosecutionis huiusmodi appellationis...a iure statutum prefigo...salvo iure addendi, minuendi, corrigendi(et) declarandi...Qua appellatione lecta...dictus Matheus iudex et vicarius pro tribunali sedens respondit:...statuo terminum iuris in dicta appellatione petitum. Super quibus et singulis premissis idem magister Petrus procurator nomine procuratorio quibus supra requisivit me (Thomam filium Thome de Verouche) notarium, ut sibi super premissis unum vel plura conficerem instrumentum seu instrumenta, quod et feci... Acta sunt hec...presentibus...Andrea archidiacono Komaromiensi, Abraham custode canonicis...eccl.Strigonien. ...., Brictio rectore altaris s. crucis et Benedicto prebendario...eccl. supradicte...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Johannes de Chechy imp. auct. notarius publicus 1413. sept. 14. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.106.

636 Veszprém, 1413. sept. 14.

(A. d. mill. quadringent. tredecimo, Indict. sexta, die decimaquarta Sept., hora misse chori in eccl. Wesprimien., pontific. Johannis pape vigesimi tertii a. quarto)... in mei (Johannis Johannis dicti de Chechy) notarii publ. et testium subscriptorum... presentia...providus vir, Demetrius litteratus et coniugatus de Pesth, Wachien. dioc., sindicus procurator nomine rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum iurisdict. spirit. Strigoniensis...tenens...in manibus quoddam instrumentum ...appellationis pro parte rel. dominarum eccl....predicte contra ...capitulum...eccl. Vesprimiensis et eorum processus...in se continens...manu discreti viri, Thome filii Thome de Verouche, Zagrabien. dioc. subscriptam...et confectum..., quam...ibidem aliquibus...canonicis...astantibus...legit..., et post lecturam...unum par ipsius appellationis ad valvas...ecclesie...Wesprimiensis...affixit...ut de negligentia publicationis... appellationis huiusmodi...non possit allegari, cuius tenor...est talis: (Vide nr. 635. Thomas filius Thomae de Verouche 1413. aug. 29.)Acta sunt hec...presentibus...Georgio Blasii de Bath canonico eccl. Bachiensis, Ladislao Vinche de Bath Wespr. dioc., Emerico Blasii de Bihar Varadiensis dioc. clericis; Stephano Dionisii de Salamonuar, Paulo Petri de Chigeth, diaconis Wesprimiensis dioc... .

ORIG.: Membr. cum subscriptione et signo notariali Johannis de Chechy, imp. auct. notarii publici. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.106.

637 Firenze, 1413. sept. 15.

(...ap. s. Antonium extra muros Florentinos...XVII. Kal. Oct., a. IV.) Johannes(papa XXIII.)...Oborensi et Jauriensi episcopis ac...preposito Alberegali, Vespr. dioc....Vite ac morum honestas...super quibus...Blasius de Vsk, presbiter Pragensis dioc....commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur...liberales. Exhibita nobis nuper pro parte dicti Blasii petitio continebat, quod olim s. Petri Veteris Bude et...Petrus de Liczovia Posoniensis, Vespr. et Strigoniensis diocesium canonicatus et prebendas... desiderantes... invicem permutare, in manibus...Johannis archiepiscopi Strigoniensis

...sponte resignarunt;denique archiep. s. Petri...et Posoniensis ecclesiarum canonicatum et prebendam huiusmodi resignationibus admissis, Posoniensem Blasio...et s. Petri ecclesiarum...canonicatus et prebendas...Petro...contulit....Cum autem...prefatus Blasius dubitet collationem ...viribus non subsistere..., mandamus, quatinus...canonicatum et prebendam ecclesie Posoniensis..., quarum fructus quinque marcharum valorem annuum non excedunt..., prefato Blasio...conferre curetis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia Liber XI., fol. 283. - REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 372.

638 1413. sept. 29.

Magistratus civitatis Budensis Johannem parochialis ecclesiae b. Mariae virg. plebanum quandam domum lapideam dictae ecclesiae in castro Budensi, in foro sabbati habitam et iam ruinosam magistro Onofrio civi eiusdem civitatis pro quatuordecim fl. annui census eidem Johanni et suis successoribus plebanis annis singulis solvendis certis sub conditionibus (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex 1486. jun. 10. In dorso manu coaeva (exeunte saec. XV.) scripta Littera super domo Budensi in platea Marie Magdalene adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.119. - ED.: Podhraczky: Buda és Pest p. 98-100. - MENT.: Palugyay: Buda és Pest p. 322. és 325.

Nos Benchek iudex civitatis Pesthiensis, Valentinus sartor, Michael dictus Pakas, Mathias dictus Thennye, magister Georgius litteratus et Iohannes carnifex tunc pro tempore iurati, necnon universi cives de eadem memorie commendamus, tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod honorabilis vir dominus Iohannes beate Marie virginis ecclesie parochialis nostre plebanus in nostra constitutus presentia confessus coram nobis extitit publice recognoscens,quod quadam[a] domus lapidea eiusdem ecclesie in castro Budensi, in foro sabbati, in vicinitatibus domorum Iacobi sartoris ab una et magistri Andree litterati de Kapi parte ab altera fundata nonnullis dispendiosis defectibus ac quampluribus edificiorum huiusmodi ruinosorum causis et gravaminibus comodius evitandis, quibus idem dominus Iohannes quasi cottidianis eiusdem domus restaurationibus crebrius urgebatur, cui tandem habilior huiusmodi pernitiosa evadendi pericula non erat exitus. Quamque ipse dominus Iohannes animo deliberato maturoque suo ac omnium nostrorum consilio, accedente et licentia nostra speciali, predictam domum lapideam rationabiliter vendidit coram nobis, tradididit et resignavit magistro Onofrio civi eiusdem castri Budensis et suis heredibus ac successoribus eorum, necnon presentes litteras ab eis quovis donationis obligationis seu venditionis aut alterius cuiuscunque legitime translationis titulo cuilibet habenti vel possidenti pro quatuordecim florenis auri certi nudi et annui perpetui redditus seu census, qui vulgo pwkkreyth nuncupatur per eosdem emptorem et quoslibet eiusdem domus possessores eidem domino Iohanni et suis quibuslibet successoribus plebanis annis singulis et perpetuis temporibus in festo beati Michaelis archangeli incipiendo nunc in proximo venienti cum paratis auri dumtaxat predictis perpetue censeandis, porrigendis et prestandis quolibet detrimento seu negligentia non obstante habendam ipsam domum per eundem magistrum Onofrium et heredes atque successores suos et quoslibet dicte domus possessores tenendam, utendam et possidendam libere, perpetue et hereditarie irrevocabiliter, pacifice, quiete, iure predicti census cum omnibus suis utilitatibus, usibus, fructibus, proprietatibus et pertinentiis ad eandem domum spectantibus quibuscunque nominibus censeantur, quibus hactenus dictus dominus Iohannes et predecessores sui plebani tenuerunt et possiderunt usque modo, nichil penitus sibi idem dominus Iohannes, nec quibuslibet suis successoribus plebanis iuris et proprietatis in eadem domo reservando, preterquam solum censum quatuordecim florenorum [a] auri predictorum, quem ipse magister Onofrius et heredes aut successores sui singulis annis in predicto termino sibi et successoribus suis plebanis perpetue porrigere teneantur. Promittens nichilominus prefatus dominus Iohannes plebanus pro se et quoslibet successores suos plebanos, prefatos emptores, scilicet eundem magistrum Onofrium et heredes ac successores suos, necnon quoslibet dicte domus possessores in tenuta

et possessione ipsius domus pacifice manutenere, defendere et salvare ac pro eorum posse ab omnibus impedimentis, impetitionibus, litibus et questionibus cuiuslibet hominis et universitatis libertare, quotiens fuerit opportunum. Item et predictus magister Onofrius e converso promisit per se et heredes ac successores suos et quoslibet prefate domus possessores eandem domum lapideam in singulis ac universis eius ruinosis partibus et defectibus edificiorum decenter reformare, edificare et restaurare, quotiens necessitas evidenter postulat et requirit, per quos vero emptores, si memorata domus in suis edificiorum abhominosis defectibus ex casu quocunque vel rebellis animi temeritate vel alterius sinistre intentionis obstaculo reformari et decenter edificari ac restaurari, ut premittitur, quomodolibet negligeretur, quod absit, ex quo dicta domus talem forte desolationis eclipsim pateretur, quod exinde forsan quandoque ipsum predictum censum porrigere seu amministrare non valerent, quod extunc idem magister Onofrius et heredes ac successores sui de certis quibuslibet eorum bonis mobilibus et immobilibus ubilibet habitis seu habendis defectum census huiusmodi annuatim, ut prefertur, porrigere et supplere tenerentur. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas alphabeto intercisas predictis partibus duximus concedendas. Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo.

639 Firenze, 1413. oct. 15.

(...ap. s. Antonium extra muros Florentinos, XVIII. Kal. Nov., a. (III.)[1] Johannes (papa XXIII.)... ad futuram rei memoriam. Cum de litteris seu commissionibus apostolicis ambigitur, decet, ut oraculo summi Pontificis declarentur. Dudum, siquidem VIII. Kal. Junii pontificatus nostri anno tertio[2]... motu proprio... omnem infamie maculam sive notam per... Johannem (de Usk, prepositum Quinqueecclesiensem) contractam per quasdam penitus abolevimus et per alias nostras litteras parochialem ecclesiam (sancte Marie Budensem)... et prepositurarn (Quinqueecclesiensem) eidem contulimus... et nichilominus secum, ut parochialem ecclesiam et prepositurarn predictas, quoad viveret, insimul retinere... valeret, dispensavimus. Et successive etiam ipsa die prefato Johanni de uno Misnensis et alio Olomucensis et alio Wratislaviènsis[3], necnon alio s. Appolinaris Pragensis et alio Vissegradiensis prope Pragam canonicatibus sub... prebendarum reservatione per alias nostras litteras... providimus[4].... Cum autem, sicut nuper accepimus, predictus Johannes super Wratislaviensis, Misnensis et Olomucensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis... in Palatio Apostolico litigat, sed, quia nec illis per quas dictum Johannem habilitavimus et aliis, per quas sibi parochialem ecclesiam et prepositurarn predictas contulimus, ut prefertur, de ipsis aliis litteris, per quas sibi successive de canonicatibus ipsis cum reservatione prebendarum... providimus, nec e contra, in illis vidl. litteris, per quas sibi de canonicatibus... providimus, de aliis litteris, per quas ipsum habilitavimus sibique de novo parochialem ecclesiam et prepositurarn predictas contulimus eadem die, motu simili, ut prefertur, extiterit mentio facta, a nonnullis, presertim curiosis volentibus plus sapere, quam oportet, vertatur in dubium, quod, cum omnes ipse littere nostre in data concurrant, an simul et semel, an per intervallum seu sub distinctione alicuius temporis per nos sunt concesse, nos... illas, in quibus ipsum Johannem habilitavimus, sibique parochialem ecclesiam, necnon prepositurarn predictas de novo contulimus primo et successive etiam eadem die per aliquod temporis intervallum, alias, per quas sibi de canonicatibus... providimus, ut prefertur, litteras ipsas nos sibi concessisse, et propterea ipsas nostras litteras nulla potuisse aut posse surreptione vel obreptione notari... ex certa scientia declaramus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Anno V., Libro LVII., fol. 235. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. Coll. Franóiana, R. 57. (positio) 3. tétel.

[1] In Copia Fraknóiana (mendose) a. VIII.
[2] 1410. maj. 25. In copia Fraknóiana a. pontificatus (mendose): decimo.
[3] Johannes papa XXIII. 1410. maj. 23. Vide Zsigmondkori oklt. II/2. p. 362., nr. 7612. Vide etiam nr. 545.
[4] Vide: Johannes papa XXIII. 1410. maj. 25. Zsigmondkori oklt. II/2. p. 362., nr. 7613. - Vide ibid. et nr. 7612.

640 Visegrád, 1413. oct. 23.

(In vissegrad, XXXI. term. /oct. nat. Marie.)...capitulo eccl. Posoniensis comes Simon de Rozgon iudex curie... Sigismundi regis ...Hung.... Noveritis, quod Egidius de Kowachy pro rel. dom. sanctim. claustri b. virg. de Veteri Buda... in octavis...b. Georgii[1] ...in figura nostri iudicii comparendo contra (Benedictum) filium Sebastiani de Kondorus ac Emericum et Nicolaum filios eiusdem quasdam litteras vestras evocatorias...asserens actionem et propositionem dictarum dominarum litteris in eisdem contineri nobis presentavit declarantes, quod in personis earundem dominarum regie dictum extitisset maiestati, quod Benedictus fil. Sebastiani de... Kondoros unacum Emerico et Nicolao filiis suis in festo b. Johannis evang. preterito[2] ad faciem possessionis dictarum dominarum... Wyfalu vocate noctis in silentio manibus armatis...accessisset et ibi Stephanum fil. Laurentii, alterum Stephanum fil. Petri, Albertum...dire verberare et tribus ictibus sagittarum vulnerare et quandam particulam silve ac quasdam terras arabiles et unam piscinam intra metas dicte possessionis existentem pro se occupari fecisset...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.130. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 23., No. 11.)

1 1413. maj. 1.
2 1412. dec. 27.

641 1413. nov. 20.

(F. II. p. Elisabeth.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm..., quod... Nicolaus presbiter de Luchka...confessus est...quomodo...possessiones suas: Luchka in comit. de Ungh..., necnon possessiones...in comit. Zempliniensi...habitas...cum cunctis utilitatibus et pertinentiis...universitati collegi ac toti ordini...fratrum eremitarum in regno hoc Hungariae existentium, et signanter in usum et sustentationem temporaneam omnium et singulorum fratrum eremitarum, iuxta scil. approbatam eorum consuetudinem annuatim semper huc ad claustrum b. Laurentii martiris supra Budam fundatum pro generali capitulo convenientium, atque ab exordio et initio capituli usque finem ibidem perseverantium et commorantium, pro sue suorumque parentum animarum salute et refrigerio, proque missa perpetua (cum onere) in eleemosynam perpetuam (cum exp. caut.)... donavit...coram nobis...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 442-445.

642 1413. nov. 23.

(In Clementis.) Nos Capitulum eccl. Wacyensis m. comm., quod Ladislaus de Nyek...in personis Ladislai, Johannis et Nicolai filiorum Pauli de Kowar universos et singulos nobiles et alios cuiusvis status homines super eo, ut possessiones et portiones possessionarias eorundem...ubilibet infra ambitum regni existentes sub quovis titulo teneant...sibique perpetuent...prohibuit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. parvi sub textu appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 69.372. (Sign. ant.: Arch. famil Kubinyi de Kovar nr. 190.)

643 Cremona, 1414. jan. 6.

Commissio propria domini regis[1].

(Cremone, in Epiph.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm. per pres., quod quamquam incumbentibus nobis diversarum solicitudinum curis, quibus pro sacrosancte Romane eccl. et sacri Romani imperii statuum reformatione cottidie occupamur, partium Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regnorum nostrorum... regimini et gubernationi, prout nostri sacri diadematis debitum exigit, intendere nequeamus, tamen ne per nostram absentiam regnicolis veluti acephali rectore et gubernatore destituti propter quaslibet etiam

fortassis leves questiones vel casus in remotis partibus eorum gravibus laboribus et multis expensis maiestatem nostram sequi et queritare cogantur et ut predicta regna nostra utiliter, prudenter et salubriter gubernentur, certos viros, auctoritate sublimes... ad eorundem regnorum nostrorum regimen et gubernationem decrevimus deputandos; habito igitur singulari respectu ad... Johannem archiepiscopum Strigoniensem, aule nostre Romane regie cancellarium et... Nicolaum de Gara... regni nostri palatinum, de quorum fidelitate, legalitate et circumspectione plene confidimus, eosdem coniunctim... Dalmatie, Croatie et Hungarie regnorum nostrorum de nostre regie potestatis plenitudine et ex certa nostra scientia gubernatores, rectores et vicarios nostros generales ordinavimus... dantes... exnunc virtute presentium ac de certa nostre maiestatis scientia prefatis domino Johanni archiepiscopo et Nicolao palatino coniunctim amodo et deinceps tamdiu, quousque in dicta regna nostra regressi fuerimus..., ut (inter cetera) universos census et collectas annuales de civitatibus nostris fisco camere nostre provenire solitis et consuetis petere, recipere et levare debeant, et de eisdem censibus et collectis pro tuitione et commodo regnorum nostrorum disponere valeant atque possint auctoritate nostra ipsis presentibus attributa.

Volumus insuper, ut necessitate exigente pro defensione regnorum nostrorum... collectas et tallias civitatibus, oppidis et villis nostris regalibus totiens quotiens necesse fuerit imponere et easdem exigere ac recipere et de exactis et receptis disponere possint et valeant, prout eisdem videbitur expediri...

Nichilominus eisdem vicariis hanc concedimus potestatem, ut ipsi regnicolis nostris de birsagiis, in quibus convicti essent... relaxare et regnicolis nostris proscriptis ..., ratione quorum nos gratiam facere consuevimus, gratiam facere possint nostre maiestatis in persona, hiis vero, quos propter notam infidelitatis proscribi contingeret..., vel qui in iudicio per sententiam iudicis et iustitiariorum regni in pena capitali et ammissione possessionum convincerentur, per eosdem nostros vicarios nullam gratiam impertiri, sed huiusmodi gratiam faciendi, necnon quarumlibet possessionum donationes et beneficiorum ecclesiasticorum dispositiones solius nostre maiestatis potestati volumus asservare; litteris nostre maiestatis pro parte fidelium capellanorum nostrorum in capella nostra[2] Budensi domino famulantium super assecurationibus beneficiorum ecclesiasticorum emanatis remanentibus semper salvis...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. minori rubri coloris, quo ut rex Hung. utebatur, de simplici cauda pendenti. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.278. (Sign. ant.: K.u.K. Staatsarch. A. 73.)- ED.: Fejér: CD. X/8. 546-551. - REG.: Fejér: CD. X/5. p. 520.

[1] Haec not. canc. sub textu iteratur.
[2] In simpl. copia noviter facta in hoc loco (erronee) in Capitulo Budensi vocabula scripta habentur. (Arch.Nat. Hung. Dl. 10.163.)

644 (Cremona), 1414. jan. 7.[1]

Johannes (papa XXIII.)... Petro Stephani de Buda laico (ac)... Nicolao Marienwerder et Dorothee eius uxori oppidanis oppidi Budensis, Vespr. dioc.... (gratiose concedit, ut a suo confessario absolutionem generalem accipere possint)...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia Liber I. fol. 133. - REG.: Mon Rom. Vespr. II. p. 374.

[1] Vide in REG., ubi locus dati non indicatur, qui probabiliter civitas Cremona esse videtur. (Vide nr. 645.)

645 Cremona, 1414. jan. 11.

(Cremonae, Jan. 11.) Johannes papa XXIII. "Nicolao de Marienwerder et Dorothee eius uxori oppidanis Budensibus, Vespr. dioc., facultatem tribuit confessarium quemlibet in vita et ipsos mortis articulo plena potestate provisum eligendi benigne providit."

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia Libro I. a. IV. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. Dl. Coll. Fraknóiana R. 57. (positio) 3. tétel.

646 Esztergom, 1414. febr. 21.

Litterae obligatoriae Iacobi litterati civis Budensis creditori Clementis litterati civis Strigoniensis datae.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. annularis viridis coloris appressi. Arch. Nat. Hung. (Dl. 64.165. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy. Fasc. 111. No. 25.)

Ego Iacobus litteratus civis civitatis Budensis et provisor curie domini Iohannis archiepiscopi ecclesie Strigoniensis harum serie notifico quibus expedit universis, quod magistro Andree filio Nicolai de Kapi, pridem domini mei, ac suis heredibus obligo me fideiussorem ac debitorem in septingentis et quinquaginta florenis per centum denarios novis[1] computando ad omnia bona mea pro Clemente litterato cive Strigoniensi ita tamen, ut infra anni revolutionem eidem magistro Andree ac suis heredibus plenam et omnimodam satisfactionem impendere assumpsy de ipsis predictis VIj et 1[ta] florenis testimonio presentium mediante. Datum in Strigonio, feria quarta proxima post festum beati Vallentini martiris, anno domini millesimo quadringentesimo decimo quarto. Scripta manu propria.

[1] recte: novos

647 1414. mart. 7.

(Oct. divis. / oct. ciner.) Capitulum eccl. Albensis... ad univ. not. h. s. volumus pervenire..., quod nos... receptis litteris... comitis Simonis de Rozgon iud. cur. reg... adiudicatoriis pro parte Petri et Augustini filiorum Benedicti, necnon Nicolai fil. Blasii de Soxsar..., unacum Valentino fil. Nicolai de eadem Soxsar homine regio..., Valentinum chori eccl. nostre clericum... pro testimonio... duxissemus destinandum, qui... nobis retulerunt, quod prefatus domini regis homo nostro testimonio presente octavo die diei cinerum[1]... ad faciem... possessionis Soxsar et... portionis possessionarie condam Petri magni, nunc apud manus Georgii fil. Georgii de eadem Soxsar in eadem habite vicinis et commet. suis... presentibus... eandem in octo dividissent partes..., quarum unam... cum... utilitatibus..., puta quandam sessionem domorum edificiis decoratam in fine predicte possessionis Soxsar a parte aquilonali in vicinitatibus sessionum Valentini filii Nicolai et Mathie fil. Petri de eadem a dicta parte aquilonali, a parte vero meridionali prope sessionem prefati Georgii fil. Georgii existentem cum terris arabilibus et aliis suis pertinentiis ad eandem... spectantibus prenotatis Petro et Augustino...; aliam vero sessionem desertam in eadem Soxsar parte orientali in vicinitate sessionis... Mathie filii Petri habitam usque quandam paludem penes viam, per quam versus Budam iretur existentem... cum terris arabilibus et aliis... utilitatibus annotato Nicolao et suis heredibus... titulo iuris quartalitii condam nobilis domine Elena vocate, filie prefati Petri magni, avie scil. condam nobilium dominarum matrum eorundem Petri, Augustini et Nicolai perpetuo possidendas contradictione ipsius Georgii non obstante statuissent..., per alios autem non extitisset contradictum...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis. 1467. apr. 6. Arch. Nat. Hung. Dl. 90.485.

[1] 1414. febr. 28.

(F.V.p. oct. passce.) Capitulum ecclesie Iauriensis... ad univ.... not. h. s. volumus pervenire, quod egregius vir, mag. Stephanus filius Gregorii de Berench, alias regie maiestatis dispensator pro se... et pro Silvestro, Georgio et Ladislao filiis suis in tenera etate... constitutis (cum onere) ... coram nobis... confessus est..., quod ipse... cum viro magnifico domino Paulo filio Pauli de Ezdege, alias regni Sclauonie bano et ipsius heredibus in cunctis ipsorum iuribus possessionariis ubilibet intra ambitum... regni Hungarie habitis... infrascriptam fecisset possessionariam divisionem... :Quod primo castrum Thorna vocatum cum oppido et possessionibus ac portionibus possessionariis... ad ipsum castrum... spectantibus memorato domino Paulo bano et suis heredibus possidendum reliquisset annuendo eidem domino... bano, ut dum ipsum castrum Thorna cum suis pertinentiis super aliud castrum aut possessiones permutare voluerit, liberam permutandi haberet facultatem...; hoc tamen... declarato, quod si... Paulus banus absque masculini sexus heredibus... ab hac luce decederet, extunc prefatum castrum cum suis pertinentiis vel castrum seu possessiones in concambium super ipsum castrum recipiendis vice iterata in... magistrum Stephanum et suos heredes... devolvi deberent. In recompensam autem prescripti castri Thorna et pertinentiarum ipsius ... mag. Stephanus ex annuentia... Pauli bani possessiones et portiones possessionarias... Berench..., Lywky, Wyfalu, Zela, portionem possessionariam in possessione Buchan in Nitriensi; item portiones possessionarias in possessionibus Aghthelegh, Kereztur, Kwluk et Lowazow in Baranya; item Zlauinia et Kereztur in Crisiensi comitatibus habitas... pro se et suis heredibus reservasset; domum vero et curiam Bude, iuxta Danubium habitam per ipsos... domino... regi pro mille et ducentis florenis centenariorum denariorum novorum nedum persolutis communiter venditam... mag. Stephanus... Paulo bano et suis heredibus perpetuo possidendam aut vendendam vel cuipiam in vita et in morte voluerit, donandam commisisset; sed directam medietatem alterius domus ipsorum in castro Budensi prope portam Sombathkapu existentis, sibi et suis heredibus reservasset - altera parte eiusdem domus... Paulo bano et suis heredibus... remanente; hoc etiam non pretermisso, quod si... mag. Stephanus sine heredibus masculini sexus vitam finiret temporalem, tunc prefate possessiones sue et portiones possessionarie similiter ad... Paulum banum condescendi deberent, et quod si... mag. Stephanus... in futurum aliquas possessiones et portiones possessionarias per sua servitia aut alias quovismodo aquirere valeret, semper medietas earundem... Paulo bano et suis heredibus succederet, altera parte sibi et suis heredibus remanente, - tali vinculo moderaminis inserto, quod si mag. Stephanus et sui heredes quoquam temporis in curriculo premissam divisionem... in toto vel in parte infringerent aut retractare vellent, tunc in facto succubitus duelli facti potentialis et in ammissione aquisitionis ipsorum de prefatis possessionibus fiendis convinci deberent ipso facto. Retulit preterea... mag. Stephanus nominibus quibus supra, quod si... Paulus banus absque heredibus decederet et nobilis domina Apolina... consors eiusdem ab eodem remaneret, tunc ipsa... medietates prescripti castri Thorna et pertinentiarum ipsius, necnon... possessionum Zela et Zlauinya, Kereztur, et portionum possessionariarum in possessionibus Buchan, Aghthelek, Kereztur, Kwlywk et Lowazo... cum... utilitatibus ad ipsas medietates possessionum et portionum possessionariarum ac castri spectantibus pro iuribus suis dotalitiis et rebus paraphernalibus pro se occupandi et easdem usque vitam suam possidendi haberet potestatem... tali obligamine mediante, quod si... mag. Stephanus vel sui heredes... dominam Apolinam in prescriptis medietatibus possessionum et portionum possessionariarum ac castri... usque vitam eiusdem conservare nollent, tunc similiter in facto succubitus duelli facti potentialis contra ipsam dominam agravari deberent ipso facto. Ceterum promisit... mag. Stephanus, ut cum... filii sui adultam pervenirent in etatem, mox prefatam suam fassionem quoad omnes clausulas in loco capitulari aut conventuali per eosdem ratificari facere ve[llet]...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathius de Paloch, regni Hungarie palatinus ac iudex Comanorum 1436. mart. 12. Arch. Nat. Hung. Dl. 9512. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 483., No. 30.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 293., not. nr. 71.

649 Kraków, 1414. a. maj. 27.

Litold de Dubev habet ius, litteram portabit ad festum pentecosten[1] sub pena X marcarum, pro quo fideiussit Johannes Budensis.

ORIG.: Adnot. in Libro iuris civilis civitatis Krakowiensis p. 83. Arch. Województwa i miasta Krakowa.

[1] 1414. maj. 27.

650 Bologna, 1414. jun. 4.

(Bononie,, II. Non. Jun., a. V.)"Johannes (papa XXIII.)...Universis Christi fidelibus....Cupientes...ut parochialis eccl. b. Marie Budensis, Vespr. dioc.... frequentetur et etiam conservetur..., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in (nativitatis, annuntiationis, purificationis, assumptionis b. Marie virg.)festivitatibus[1]...et...per octavas.. ...ecclesiam ipsam...visitaverint annuatim, et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices,...centum dies de iniunctis eis penitentiis...relaxamus, presentibus post decennium minime valituris..."

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia Liber LIX.,fol.295[v]. REG.: Mon. Rom. Vespr. II. p. 375.

[1] Vide op. in REG. cit. p. 238.

651 Visegrád, 1414. jun. 9.

(In Visegrad, XXXX. termini/oct. Georgii.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) rex...Conventui eccl. de Jazou... Noveritis, quod cum iuxta nostram iudiciariam commissionem...homo noster...sub vestris testimoniis...ad faciem possessionis Papy et...cuiusdam particule terre...per Johannem filium Petri de eadem Papy recaptivate...accedendo...primo prefatam terre particulam...reambulare et signis metalibus consignare (et)...ipsam partem exclusam memorato Johanni filio Petri (et sociis suis) ...statuere voluissent, (inter partes discordiae extitissent), (ideo)...fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimonio..., quibus presentibus magistri Ladislaus de Maglod, aut Michael de Thwr, vel Sigismundus de Neek, sin Johannes de Bodrogg, aliis absentibus homo noster de curia nostra per nos ad id specialiter transmissus vigesimo die festi b. Jacobi ap.[1]...ad faciem prescripte possessionis Papy et...predicte particule terre litigiose...accedendo, omnia premissa iuxta nostram iudiciariam commissionem antedictam faciat...et exequatur...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. Eberhardi cancellarii, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 83.569. (Sign. ant.: Arch. famil. Bárczay, Fons II., fasc. XXIV., nr. 7.)

[1] Aug. 13.

652 1414. aug. 6.

(XV. inquisit./f. II. p. Marie Magd.)...domino Sigismundo...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) regi...Capitulum ecclesie Albensis...(Vestra noverit serenitas), quod cum nos...receptis litteris vestris annualibus...pro Conventu Cruciferorum ecclesie b. regis Stephani de Alba...nobis...transmissis...unacum Emerico filio Johannis de Chuth, homine vestre excellentie...Petrum...concanonicum nostrum...duximus destinandum, qui nobis retulerunt, quod...vestre serenitatis homo...nostro testimonio presente f. II. p. f. b. Marie Magdalene[1]...comperissent..., quod Ladislaus filius Thome Vinche de Zenthgywrch...quasdam terras arabiles dicti conventus in possessione eorum Izka...sibi occupari fecissent...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 561-562.

[1] Jul. 23.

653 1414. aug. 9.

(In Iazow, f. V. a. assumpt.)... Andree Holalberch, sumpmi scansoris regie maiestatis (littera) patens... exprimebat, quod... Andreas Meysner, Iohannes Prehtel et Iacobus Rimer, cives de... Cassouia dictum Andream scansorem ad eorum expensas in... opidum Iazou invitassent, ut ex parte... Nicolai magistri montanarum super debitis eisdem iuxta consuetudinem montanarum satisfaceret. Ipse igitur Andreas scansor ad... Iazow veniens, memorati Andreas, Iohannes et Iacobus in presentia eiusdem scansoris astando contra Nicolaum Nonastyr proposuissent..., quomodo idem... ipsis debitorie teneretur, ex parte cuius iudicium et iustitiam habere vellent iure montanarum regalium exposcente. Quo audito prefatus Nicolaus... respondit, quod licet ipse prefatis Andree, Iohanni et Iacobo debitor existat, tamen ipse tertiam partem omnium bonorum suorum tam in montanis, quam etiam in omnibus aliis: molendinis pulveribus vulgo kreth vocatis, equis, domibus, terris arabilibus, pratis et etiam septima parte sua libera, tertiam partem pro omnimoda satisfactione dare vellet, ita tamen, quod communem expensam unanimiter ad laborem ipsarum montanarum unusquisque secundum suum meritum dare deberet, de quibus dicti actores minime contenti extitissent; adhuc memoratus Nicolaus medietatem predictarum omnium suorum bonorum ipsis actoribus dare voluisset ipsis non acceptantibus, sed ibidem quasdam litteras conventus de Iazou... iidem actores predicto scansori presentassent, in quibus... vidisset contineri, quod omnia bona dicti Nicolai eisdem actoribus fuissent impignorata. Quibus exhibitis dictum Nicolaum Nonastyr per ipsum Andream detineri... postulassent. Et quia idem Andreas dictasset, quod nullus magister montanarum pro debitis captivari deberet, idemque... scansor iuxta vigores dictarum litterarum conventus de Iazow impignoratitiarum in dominium omnium bonorum dicti Nicolai eosdem actores tam diu per ipsos possidendas, donec de pecuniis eorum satisfactio impenderetur, intromittere voluisset, et quia dicti actores ad labores montanarum se nichil scire retulissent, et per prefatum... scansorem aliud iudicium fieri voluissent, pro eo idem Andreas scansor ipsis partibus volentibus et... acceptantibus adiudicasset eomodo: quia ex quo... Iohannes Prehtel ultimus subventor fuisset ipsarum montanarum, cum cuius etiam subsidio ipsa montana fuisset reformata, primo (ei) solvi debuisset, post hec ipsi Iacobi Rimer, ultimo autem... Andree Meysner, prout in litteris... conventus de Iazow impignoratitiis sunt conscripta, ne dominus rex in facto dictarum montanarum aliquod dampnum pati videatur. Ipsi partes de huiusmodi iudicio contenti extitissent...

ORIG. : Non extat. - TRANSCR. : (sensualiter) Iohannes Bubek de Pelseuch, mag. tavarn. regalium 1416. jun. 16. Arch. Civit. Cassovien. (Kosice), Coll. Schwartzenbachiana nr. 109. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

654 Visegrád, 1414. oct. 20.

(In Visegrad, XXXVI. die oct. nat. Virg.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex d. pro m., quod causam, quam mag. Andreas de Capi, pro quo Benedictus Sclaus de Buda... astitit contra Benedictum dictum Luuag de Louagfalws, pro quo Martinus de Nadfew... comparuit, iuxta continentiam litterarum conventus de Iazo reambulatoriarum et evocatoriarum super facto contradictionis reambulationis et metarum erectionis... possessionis Capy in comitatu de Sarus existentis in octavis festi b. Georgii martiris[1] movere habebant nostra speciali in presentia, de partium voluntate ad octavas festi nativitatis virginis gloriose[2]... similiter in nostram specialem in presentiam duximus prorogandam...

ORIG. :Chart. pap. cum fragm. sig. Eberhardi episcopi Zagrabiensis, aulae regiae cancellarii, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 172. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy)

[1] 1414. maj. 1.
[2] 1414. sept. 15.

655 Speyer, 1414. oct. 21.

(In civitate Spiriensi cis Renum, in undecim mil. virg.)... Sigismundus rex... famulatus... fidelium suorum magnificorum virorum Dauid sumpni camerarii sue maiestatis et Iacobi filiorum Nicolai filii Lachk de Zantho pridem vayuode partium suarum Transiluanarum, nunc vero magistri ianitorum... Barbare regine... conthoralis sue..., quibus ipsi a longevis temporum processibus sub diversitate locorum sibi servire studuissent... possessionem Pardyw, que condam Pauli de eadem asserta fuisse extitisset in comitatu Pestiensi apud manus nonnullorum veluti iurium suorum regalium celatorum... occupative... fuisset, habitam et ad manus suas regias iuxta approbatam... regni Hungarie consuetudinem... devolutam simulcum universis utilitatibus... prefato Dauid et per eum memoratis Iacobo magistro ianitorum reginalium, necnon... domino Benedicto episcopo Boznensi, fratribus ipsorum eorumque Dauid et Iacobi heredibus... ex certa sue maiestatis scientia nove sue donationis titulo... donasset... perpetuo possidendam, salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hungariae palatinus 1423. sept. 29. Arch. Nat. Hung. Dl. 58.974. (Arch. Nat. Hung. famil. Forgach)

656 Speyer, 1414. oct. 21.

(In civit. Spiriensi, in Undecim mill. virg.) Sigismundi regis patentes donationales nos[1] eatenus edocebant, quomodo ipse... famulatus... David et Jacobi filiorum Nicolai filii Lachk de Zantho... considerans... possessionem Sykator, que Georgii de Nyek asserta fuisse extitisset, in comit. Pestiensi, apud manus nonnullorum velut iurium suorum regalium celatorum... occupative... habitam... simulcum... suis utilitatibus prefato Dauid et per eum memorato Jacobo, necnon... Benedicto episcopo Boznensi, eorumque Dauid et Jacobi heredibus... ex certa sue maiestatis scientia, nove sue donationis titulo... donasset... perpetuo possidendam... salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1416. jun. 10. > Idem 1424 apr. 9. - ED.: Alapi: p. 41.

[1] Scil. Nicolaum de Gara palatinum.

657 Visegrád, 1415. febr. 3.

(In Visegrad, XXVII. die oct. diei strennarum.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... Noveritis, quod mag. Ladislaus de Maglod... in octavis diei strennarum[1] in figura nostri iudicii comparendo contra Ladislaum filium Lorandi de Palatha ... litteras vestras inquisitorias et evocatorias... nobis rescriptas... asserens actionem... suam... contineri in eisdem nobis presentavit declarantes, quod prefatus mag. Ladislaus de Maglod nostre dixisset maiestati, ut quamquam olim Georgius filius Blasii de Nyek, frater suus condivisionalis portionem suam possessionariam in possessione Harkyan, alio nomine Syka[to]r vocata, in comitatu Pesthiensi... habitam condam Lorando iudici civitatis [nostre] Budensis... vendere[t];[2]... Ladislaus filius Stephani filii antedicti Lorandi portionem suam in dicta Harkyan, ipsum iure hereditario tangentem, necnon alias portiones possessionarias olim Iohannis, Nicolai, Andree et Blasii... contra legitimas suas[a] vidl. dictorum Iohannis, Nicolai, Andree et Blasii filiorum, necnon Ursule filie ipsius Georgii in eadem... potentialiter occupando... indebite ac sine lege uteretur de presenti in preiudicium sui iuris... Super quo fidelitati vestre... mandassemus, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio ... quo presente homo noster... scita... premissorum... veritate, evocet prefatum Ladislaum filium Lorandi contra... magistrum Ladislaum de Maglod nostram in presentiam... rationem premissorum redditurum...; vos itaque... unacum Stephano filio Anthonii de Pakon... Emericum chori ecclesie vestre clericum... vestro pro testimonio... duxissetis destinandum, qui demum... vobis... retulissent, quod ipsi feria secunda... ante festum b. Thome apostoli[3] ... in comitatu Pesthiensi... de premissis investigando omnia... sic facta et perpetrata scivissent, sicuti nostre dictum extitisset maiestati...; factaque ipsa inquisitione annotatum

Ladislaum filium Lorandi in possessione sua Palata vocata contra magistrum Ladislaum de Maglod a dictas octavas diei strennarum[1] nostram evocassent in presentiam... Ad quas... octavas prefatus Ladislaus filius Lorandi per annotatum magistrum Ladislaum de Maglod... coram nobis expectatus nostram in presentiam non venit, neque misit se... in iudicio aggravari permittendo - postulans prefatus mag. Ladislaus de Maglod sibi ex parte prescripti Ladislai de Palatha in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia idem... vice secundaria evocandus fore videbatur, pro eo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Stephanus filius Anthonii, vel Iohannes dictus Nemet de Pakon, altero absente homo noster memoratum Ladislaum filium Lorandi de Palatha in premissis perhemptorie responsurum... contra... magistrum Ladislaum de Maglod ad octavas diei medie quadragesime[4]... nostram evocet in presentiam...

In dorso: Fidelibus suis capitulo ecclesie Budensis pro magistro Ladislao de Maglod contra Ladislaum filium Lorandi de Palatha ad octavas diei medie quadragesime[4] nostram in presentiam. Evocatoria.

ORIG.: Chart. pap. lacera cum vestigio sig. summi cancellarii specialem praesentiam regiam in iudicatu repraesentantis, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 305/a. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 48. No. 26.) - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Posoniensis 1780. aug. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 305/b. - REG.: Bártfai Szabó, Pest m. reg. nr. 552.

1 1415. jan. 8.
2 Lit. orig. hoc loco illegibiles, ex transscripto autem cap. Posoniensis necessaria erui possunt.
3 1414. dec. 17.
4 1415. mart. 12.

a Hoc loco verosimiliter deest vocabulum protestationes.

658 1415. febr. 26.

(F. III. p. kath. Petri.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod nobilis vir Ladislaus dictus Vinche de Zenthgewrgh coram nobis... confessus extitit..., quomodo lucra camerarum regalium in comitatibus[a] Syrymiensi, Budensi, Kyrnichiensi[b], Cassouiensi et Zathmariensi regie maiestati exigiti[c] consueta... per ipsam regiam maiestatem sibi pro triginta uno milibus fl., florenum quemlibet per centum et quinquaginta denarios novos computando... arendate[d] essent...; quarum... medietatem, vidl. Kyrmichiensem, Cassouiensem et Zathmariensem comitates[e] earumque lucra camerarum... nobili viro Valentino dicto Wynche fratri suo et magistro Andrea[f] de Capy... sponte conducentibus pro quindecim milibus et quingentis fl., florenum quemlibet per centum et quinquaginta denarios novis[g] computando, sub eisdem libertatibus et conditionibus, sicuti sibi per regiam maiestatem date et tradite[h]... essent, dedisset et tradidisset... presentium per vigorem...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.182. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy K. Fasc. 111. No. 27.)

a recte: civitatibus - b recte: Kyrmichiensi - c recte: exigi - d recte: arendata - e recte: comitatus - f recte: Andree - g recte: novos - h recte: data et tradita

659 Buda, 1415. mart. 6./-1416. jun. 7.

Qietantia Jacobi litterati civis Budensis et provisoris curiae Johannis archiepiscopi Strigoniensis de 2800 fl. a magistro Andrea filio Nicolai de Kapi mutuo assumptis et usque festum b. Martini conf. restituendis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. annulei viridis col. appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 191. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. Famil. Kapy Fasc. 3., No. 25.)

Ego Jacobus litteratus, civis civitatis Budensis, provisor curie reverendissimi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi ecclesie Strigoniensis harum serie notifico quibus expedit universis, quod a magistro Andrea filio Nicolai de Kapi mihi multo (!) assignatis resto et teneor florenos duo millia octingentis per centum denarios novos computando plene ab eodem habitis et receptis, quos ipsi magistro Andree ac suis heredibus sub obligamine omnium bonorum meorum mobilium et immobilium parata in pecunia usque festum beati Martini confessoris proxime nunc in futuro solvere assumpsy effective; immo assumpmo harum litterarum mearum propria manu scriptarum testimonio mediante. Datum Bude feria quarta proxima ante dominicam Letare anno domini millesimo CCC^{mo} quintodecimo.

Sub textu et in dorso sequetes adnotationes leguntur:

1. Adnot. Jacobi litterati (1415. dec. 10.): Item iterum ego Jacobus fateor, quod a magistro Ladislao camerario de Debrechen habui sales ex commissione ipsius magistri Andree michi datos pro florenis octingentis quinquaginta uno, quos ipsi magistro Andree promisi, imo promitto solvere usque festum omnium sanctorum proxime affuturum. Datum Bude feria tertia proxima post festum beati Nicolai confessoris, anno ut supra.

2. Adnotationes magistri Andreae:

a/ 1415. sept. 13.: Item de istis magister Jacobus in vigilia Exaltationis sancte crucis Bude (bis) ipsi magistro Andree in LX florenis auri ac in ducentis florenis nove monete solvit florenos trecentos novos et viginti novos. Item in festo beati Martini confessoris (nov. 11. 1415.) Andree et Jodoco de Wratislouia pro me solvit florenos sexingentos novos.

b/ (sine dato) Item ipse magister Jacobus pro cocys domini regis solvit florenos centum quinquaginta septem per centum novos.

c/ 1416. mart. 3.: Item Jodoko et Andree de Wradislouia de anno XVJ in die Carnisprivy solvit florenos quingentos per centum novos et michi solum dedit florenos triginta.

d/ 1416. jun. 7.: Item de anno eodem in festo pentecosten pro me Andrea ipse magister Jacobus Andree et Jodoco de Wraslouia (!) solvit florenos quingentos.

e/ (manu alia et sine dato): Item in... (unum vocabulum non est legibile) Benedicto Sclauo et magistro Petro dedi florenos XVII, denarios LXI.

Summa facit florenos M^{a} J^{c} XXV, denarios LXVJ.

660 1415. mart. 10.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Michaelem dictum de Zala, habitatorem eiusdem civitatis et coniugem suam Margaretham quandam vineam ipsorum in territorio dictae civitatis in monte Zekmal vocato habitam nobili dominae Susannae, filiae condam magistri Chyko de Pomaz pro duodecim fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo rubri col.pend.Arch. Nat. Hung.Dl. 10.325. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc.20. No.20.)

Nos[1] Nykus iudex civitatis Veterisbudensis, necnon Iohannes magnus, Blasius de Alba, magister Iohannes filius Plossar et Valentinus dictus Hozyw iurati ac universi cives et hospites de eadem Veteribuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Michael dictus de Zala, habitator dicte civitatis nostre unacum domina Margaretha vocata coniuge sua ad nostram veniens presentiam oraculo vive vocis sunt confessi in hunc modum: Quod ipsi quandam vineam ipsorum emptitiam, in territorio dicte civitatis, in monte Zekmall vocato, in vicinitatibus vinearum Thome Sclaui a parte orientis et a parte australi Iohannis dicti de Garanch habitam, simulcum cum cunctis suis utilitatibus, videlicet loco torculari et via ab antiquo consueta nobili domine Susanna vocate, filie condam magistri Chyko de Pomaz, pro duodecim florenis novis plene ipsis persolutis et habitis vendidissent et perpetuassent, ymmo coram nobis vendiderunt et perpetuarunt eidem nobili domine Susanne iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam,

nemine contradictore existente. Assumpmentes nichilominus prefati Michael de Zala et domina coniux sua dictam dominam Susannam ratione dicte vinee ab omnibus impetitoribus iuxta consuetudinem dicte civitatis laboribus ipsorum et expensis defendere et expedire. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostra privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eidem nobili domine Susanne duximus concedendas. Datum in dominica Letare, anno domini M^{mo} CCCC^{o} decimo quinto.

[1] Hoc vocabulum maioribus litteris est scriptum.

661 Konstanz, 1415. mart. 24.

(Constancie, in Ramispalm.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie etc(etera) rex m. comm.,...,quod licet nos quasdam possessiones Newtych, Gwd et Kezew vocatas, in comit. Pestyensi et Neugradiensi habitas iuridice...a...Nicolao de Zeech pridem thauarnicorum nostrorum regalium magistro obtinentes, easdem pro nostra occupari fecerimus maiestate; tamen...consideratis ...innumeris...meritis...prefati Nicolai..., prescriptas possessiones (sub certis conditionibus) memorato Nicolao de Zeech duximus remittendas...

ORIG.: Membr., in cuius superiore margine Commissio propria domini regis not canc. legitur. Arch. Publ. Capit. Scepusiensis eccl. - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 136-137., nr. 554. - REG.: Id. ibid. p. 136.

662 1415. ápr. 19.

Magistratus civitatis Budensis Johannem plebanum parochialis ecclesiae b. Mariae virg. civitatis Pestiensis quandam domum plebanatus eiusdem ecclesiae in castro Budensi habitam magistro Onofrio officiali Sigismundi regis sub certis conditionibus pro quatuordecim fl. singulis annis dicto plebano solvendis (cum exp. caut.) locasse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex 1486. jun. 10. In dorso Littera super domo Budensi in platea Marie Magdalene adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.119.

Nos Iohannes dictus Sybinlynder iudex castri novi montis Pesthiensis, iurati et universi cives de eadem[a] harum serie publice profitemur, quod honorabilis vir, dominus Iohannes plebanus parochialis ecclesie beate Marie virginis civitatis Pesthiensis coram nobis personaliter constitutus quandam domum plebanatus eiusdem ecclesie in castro predicto, in vicinitate Iacobi sartoris parte ab una et Andree litterati de Kapi parte ab altera habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu omnium parochianorum eiusdem ecclesie, nemine penitus contradicente, locavit et tradidit viro fidedigno magistro Onofrio, officiali illustrissimi principis et domini domini Sigismundi etcetera regis et per eum suis heredibus heredumque suorum legitimis successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam eo modo, quod idem magister Onofrius suique heredes aut superstites dictam domum successu temporum possidentes singulis annis et perpetue ratione redditus vulgo pwrckrecht dicti circa festum beati Michaelis archangeli quatuordecim florenos auri aut pecuniam usualis monete equivalentem dicto domino plebano suisque successoribus annotate ecclesie dumtaxat plebanis dare et porrigere teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus dominus Iohannes eundem magistrum Onofrium ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo redditu supradicto remanente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras alphabeto intercisas sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum feria sexta proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo quadringentesimo quindecimo.

[a] recte: eodem

663 1415. jun. 25.

Magistratus civitatis Budensis Jacobum vectorem quandam domum suam in castro Budensi habitam sub certis conditionibus Martino Armeno pro sexingentis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu saec. XV. scripta dekachaza che io o chonprao de iachob furman adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.359. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1547. No. 12.) - MENT.: Pataki: Bud. Rég 15(1950) p. 283., not. 7.; 295., not. 88.

Nos Iohannes dictus Stadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice recognoscimus, quod vir providus, Iacobus vector coram nobis personaliter constitutus quandam domum suam in castro predicto, in vicinitate domorum Michaelis Nadler dicti parte ab una et Nicolai bursatoris parte ab altera habitam, de qua quidem singulis annis et perpetue ratione redditus vulgo purckrecht dicti circa festum beati Michaelis archangeli vigintiquatuor florenos auri aut pecuniam usualis monete equivalentem honorabili viro domino Iohanni de Vsk, plebano ecclesie beate Marie virginis nostre parrochialis aut suis successoribus, dumtaxat annotate ecclesie plebanis, dare et porrigere tenebatur conditione sub eadem, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu domine Katherine, consortis sue personaliter astantis et omnium proximorum suorum, nemine penitus contradicente, vendidit et tradidit viro circumspecto, Martino Arrmeno et per eum suis heredibus heredumque suorum legitimis successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro florenis sexingentis per singulos centum denarios novos computatis plene et integre perceptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Iacobus eundem Martinum ab omnibus ratione dicte domus ac universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo redditu supradicto continue remanente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras alphabeto intercisas sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino festi beati Iohannis baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quindecimo.

664 1415. oct. 16.

(In Galli.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Iohannes Leby in persona nobilium dominarum Anna Andree litterati de Kapy, ac Elizabeth Iohannis filii Iacobi de Harasty consortum personis... Dominicum de Pakon, patrem predictarum dominarum a venditione, impignoratione vel quovis quesito colore a se alienatione possessionum suarum Pakon... et Phileharastya in comitatu Pestiensi habitarum, item Iohannem dictum Nemes de eadem Pakon et alios quoslibet ab emptione, pro pignore receptione, vel se quovis modo in dominium earundem intromissione... prohibuit nostri in presentia presentium per vigorem...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.189. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 137-138., nr. 558.

665 Raszinya, 1415. nov. 24.

Johannes Sibenlinder comes insulae Csepel et exactor marturinarum Barbarae reginae Hungariae Nicolaum filium Johannis dicti de Bacska de 65, 5 pensis et sex den. pro descensu bani solutis committit expeditum.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei flav. col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Arch. Famil. Erdődy de Vép. Fasc. 70. nr. 3224/7. (Filmotheca Arch. Nat. Hung.)

Nos Johannes Sibenlinder comes insule Chepel, necnon exactor mardurinarum serenissime principisse domine Barbare inclite Romanorum ac Hungarie etc(etera) regine damus pro memoria, quod Nicolaus filius Johannis dicti de Bachka de Rasczina de universis possessionibus suis pro descensu bani sol(vit) nobis sex pensas cum media denariorum novorum et VJ d(enarios), super quibus eundem commisimus expeditum. Datum in Razina, die dominico post festum beate Elizabete, anno etc(etera[1]) (quintodecimo)

Extus: Pro magistro Nicolao filio Joannis dicti Bochka de Raszina super solutione descensus bani. Expeditoria.

[1] Vide 3224/7-a (sub eodem dato).

666 Raszinya, 1415. nov. 24.[1]

Johannes Sibenlinder comes insulae Csepel et exactor marturinarum Barbareae reginae Hungariae Nicolaum filium Johannis dicti Bachka pro victualibus bani 8 hidrias avenae. 4 pullos, 20 panes, 7 pintas vini, 1/3-am partem duorum curruum feni et 17 denarios pro carnibus solvisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei flav. col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Filmotheca. Arch. famil. Erdődy de Vép. Fasc. 70., nr. 3224/7-a.

Nos Johannes Sibenlynder comes insule Chepel, necnon exactor mardurinarum domine Barbare Romanorum ac Hungarie etc(etera) regine damus pro memoria, quod Nicolaus filius Joannis dicti Bachkka pro victualibus bani solvit nobis VIII edryas avene, IIIJ pullos, XX panes, VIII pintas vini, tertiam partem duorum curruum feni, XVIJ denarios pro carnibus; super quibus eundem commisimus expeditum. Datum in Razyna, die dominico proximo post festum beate Elizabete, anno quintodecimo.

Extus: Pro magistro Nicolao filio Joannis dicti Bachka de Rezyna super solutione descensus bani expeditoria.

[1] Vide nr. 3224/7-a sub eodem dato.

667 Raszinya, 1415. nov. 24.[1]

Johannes Sibenlinder comes insulae Csepel et exactor marturinarum Barbarae reginae Hungariae Nicolaum et Stephanum filios Petri dicti Bochka de portionibus ipsorum possessionariis in Senkonch habitis ratione descensus bani unum denarium solvisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei flav. col., quo erat clausa. Filmotheca Arch. Nat. Hung. Famil. Erdődy de Vép. Fasc. 70., nr. 3224/7-b.

Nos Johannes Sibenlinder comes insule Chepel [exactor mardurinarum serenissime principisse domine Barbare incli]te[1/a] Romanorum ac Hungarie etc(etera) regine damus pro memoria, quod magistri Nicolaus, necnon [Stephanus] filii Petri dicti Bochka[1/a] de porcionibus ipsorum possessionariis in Senkonch habitis pro descensu bani solverunt nobis unum denarium; super quo eosdem commisimus expeditos. Datum die dominico proximo post festum beate Elizabete regine anno etc(etera) quinodecimo.

[1] Vide nr. 3224/7-a sub eodem dato.

[1/a] Ex litteris Ladislai Sárközi de 1421. jan. 16. (in eodem Arch., nr. 3224/11.)

Ábel, Egyetemeink	Ábel Jenő: Egyetemeink a középkorban. Bp. 1881.
Alapi	Komáromvármegye levéltárának középkori oklevelei. Ed.: Alapi Gyula, Komárom, 1917.
Áldásy, Cimereslevelek	Áldásy Antal: A Magyar Nemzeti Muzeum könyvtárának cimereslevelei. I-II. Bp. 1904-1923. (A Magyar Nemzeti Muzeum könyvtárának cimjegyzéke. II. Cimereslevelek I-II.)
Anjou	Codex diplomaticus Hungaricus Andegavensis. (Anjoukori okmánytár) Ed.: Nagy Imre, Nagy Gyula. I-VII. Bp. 1878-1920.
Bácskai-Bónis-Dőry, Decreta	Bácskai Vera-Bónis György-Dőry Ferenc: Decreta regni Hungariae 1301-1457. Bp. 1976. (Publicationes Archivi Nationalis Hungarici 2. Fontes 11.)
Bakács, Iratok	Bakács István: Iratok Pest megye történetéhez. Oklevélregeszták 1002-1437. Bp. 1982. (Pest megyei Levéltár - Pest megye multjából 5.)
Bánffy	Oklevéltár a Tomaj-nemzetségbeli losonczi Bánffy-család történetéhez. Ed.: Varju Elemér, Iványi Béla. I-II. Bp. 1908-1928.
Bártfai Szabó, Óbuda	Bártfai Szabó László: Óbuda egyházi intézményei a középkorban. Bp. 1935.
Bártfai Szabó, Pest megye	Bártfai Szabó László: Pest megye történetének okleveles emlékei 1002-1599. Bp. 1938.
Batthyany	Batthyány Ignatius: Leges ecclesiasticae regni Hungariae et provinciarum adiacentium. I-III. Albae Iuliae - Claudiopoli 1785-1827.
Békefi, Kápt. isk.	Békefi Remig: A káptalani iskolák története Magyarországon 1540-ig. Bp. 1910.
Békefi, Pásztó	Békefi Remig: A pásztói apátság története 1190-1702. Bp. 1898. (A zirczi, pilisi, pásztói és szentgotthárdi cziszterczi apátságok története III.)
Békefi, Pilis	Békefi Remig: A pilisi apátság története. I-II. Pécs, 1891-1892. (A zirczi, pilisi, pásztói és szentgotthárdi cziszterczi apátságok története I-II.)
Bevilaqua Borsody, Budai és pesti mészáros céhek	Borsody Bevilaqua Béla: A budai és pesti mészáros céhek ládáinak okiratai 1270-1872. Az ipartársulat és ipartestület története 1870-1930. I-II. Bp. 1931.
Botka, Barsmegyei oklt.	Botka Tivadar: Bars megye monographiája. I.1. Bp. 1880.
Cod. Dipl. Moraviae	Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae. Ed.: A. Boczek, V. Brandl, B. Bretholcz, etc. I-XV. Olmütz-Brünn, 1836-1903.

Commemoriali	I libri commemoriali della republica di Venezia. Regesti. III-IV. Venezia, 1882-1896. (Monumenta storici pubblicati della r. deputazione Veneta di storia patria. Ser. I. Documenti. Vol. VII-VIII.)
Csergheő, Der ung. Adel	Csergheő Géza: Der ungarische Adel. (mox:) Der Adel von Ungarn. Nürnberg, 1893. et: Csergheő Géza-Csoma József: Der Adel von Ungarn. Supplementband. Nürnberg, 1894. (J. Siebmacher: Grosses und allgemeines Wappenbuch. IV. 15.)
Densusianu	Documente privitóre la istoria Românilor. Ed.: Nic. Densusianu. I/2. 1346-1450. Bucureşti, 1890.
Dipl. Eml.	Magyar diplomáciai emlékek az Anjou-korból. Ed.: Wenzel Gusztáv. I-III. Bp. 1874-1876.
Doc. art. Paulin.	Documenta artis Paulinorum. Coll. et ed.: Gyéressy Béla, Hervay Ferenc, Tóth Melinda. I-III. Bp. 1975-1978. (Magyar Tudományos Akadémia Müvészettörténeti Kutató Csoportjának forráskiadványai 10, 13-14.)
Eder, Observationes	Eder Josephus Carolus: Observationes criticae et pragmaticae ad historiam Transsilvaniae sub regibus Arpadianae et mixtae propaginis. Cibinii, 1803.
Endlicher	Rerum Hungaricarum monumenta Arpadiana. Ed.: Steph. Lad. Endlicher. Sangalli, 1849.
Érszegi, Fejér megyére von. okl.	Érszegi Géza: Regesta diplomatum archivi privati conventus cruciferorum de Alba Regali... (Fejér megyére vonatkozó oklevelek a székesfehérvári keresztes konvent magán levéltárában 1193-1542.) (In: Fejér megyei történeti évkönyv 5. 177-264.) Székesfehérvár, 1971.
Esztergomi főkápt. birtokai	Az esztergomi főkáptalan fekvő- és egyéb birtokaira vonatkozó okmányok tára. (Sine editore) Pest, 1871.
Eubel	Bullarium Franciscanum sive Romanorum pontificum constitutiones, epistolae, diplomata tribus ordinibus minorum, clarissarum poenitentium... Ed.: Conradus Eubel. VII. Romae, 1904.
Fejér, CD.	Fejér Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. I-XI. Budae, 1829-1844.
Fejérpataky, Mon. Herald.	Monumenta Hungariae Heraldica. Magyar czimeres emlékek. Ed.: Fejérpataky László, Áldásy Antal. I-III. Bp. 1901-1926.
Ferrarius, De rebus Hung.	Ferrarius Sigismundus: De rebus Hungaricae provinciae ordinis Praedicatorum. Viennae, 1636.
Frangepán	A Frangepán-család oklevéltára. Ed.: Thallóczy Lajos, Barabás Samu. I-II. Bp. 1910-1913. (Monumenta Hungariae Historica, Diplomataria 35., 38.)
Gárdonyi, Budapest tört. okl. eml.	Monumenta diplomatica civitatis Budapest. (Budapest történetének okleveles emlékei) 1148-1301. Ed.: Gárdonyi Albert. I. Bp. 1936.

Gárdonyi, Károlyi Emlkv.	Gárdonyi Albert: Városi plébániák kiváltságos állása a középkorban. (In: Emlékkönyv Károlyi Árpád születése nyolcvanadik fordulójának ünnepére. 163-182.) Bp. 1933.
Gelcich, Diplomatarium	Diplomatarium relationum reipublicae Ragusanae cum regno Hungariae. (Raguza és Magyarország összeköttetéseinek oklevéltára) Coll.: Gelcich József: Comm.: Thallóczy Lajos. Bp. 1887.
Hazai okmt.	Codex diplomaticus patrius. (Hazai okmánytár) Ed.: Nagy Imre, Paur Iván, Ráth Károly, Véghely Dezső. I-VIII. Győr, Bp. 1865-1891.
Házi, Sopron	Házi Jenő: Sopron szabad királyi város története. I/1-7, II/1-6. Sopron, 1921-1943.
Héderváry oklt.	A Héderváry-család oklevéltára. Ed.: Radvánszky Béla, Závodszky Levente. I-II. Bp. 1909-1922.
Inventár	Inventár stredovekých listín, listovy iných pribuznych písomností. Ed.: D. Lehotská, D. Hanzová, V. Horváth, Z. Hrabussay, V. Merglová. Praga, 1956.
Iorga, Acte	Acte si fragmente cu privire la istoria Rominilor adunate din depozitele de manuscrise ale apasului de Neculai Iorga. I-III. Bucureşti, 1895-1897.
Iványi, Bártfa	Iványi Béla: Bártfa szabad királyi város levéltára. Bp. 1910.
Iványi, Eperjes	Archivum liberae regiaeque civitatis Eperjes. (Eperjes szabad királyi város levéltára) Ed.: Iványi Béla. I-II. Szeged, 1931-1932.
Iványi, Máriássy-cs. lt.	Iványi Béla: A márkusfalvi Máriássy család levéltára 1243-1803. Lőcse, 1917.
Jakab, Kolozsvár	Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez. Coll. et ed.: Jakab Elek. I. Buda 1870.
Janota, Bardyjow	Janota Eugen: Bardyjów. Historyczno-topograficzny opis miasta i okolicy. Kraków, 1862.
Kaprinay, Hung. Dipl.	Kaprinay Stephanus: Hungaria diplomatica temporibus Mathiae de Hunyad regis Hungariae. I-II. Vindobonae, 1767-1771.
Katona, Hist. crit.	Katona Stephanus: Historia critica regum Hungariae... I-XLII. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colotzae, Claudipoli, Vacii 1778-1817.
Károly, Fejér vm.	Károly János: Fejér vármegye története. I-V. Székesfehérvár, 1896-1904.
Károlyi	Codex diplomaticus comitum Károlyi de Nagy-Károly. (A nagykárolyi gróf Károlyi-család levéltára) Ed.: Géresi Kálmán. I-V. Bp. 1882-1897.
Kempelen, Magyar nemes csal.	Kempelen Béla: Magyar nemes családok. I-XI. Bp. 1911-1932.

Kohn, a zsidók tört.	Kohn Sámuel: A zsidók története Magyarországon. I. A legrégibb időktől a mohácsi vészig. Bp. 1884.
Koller	Koller Josephus: Historia episcopatus Quinqueecclesiarum. I-VII. Posonii, Pesthini 1782-1812.
Kovachich, Supplementum	Kovachich Martinus Georgius: Supplementum ad vestigia comitiorum apud Hungaros ab exordio regni eorum in Pannoniam usque ad hodiernum diem celebratorum.I-III. Budae, 1798-1801.
Kovachich, Vest. comit.	Kovachich Martinus Georgius: Vestigia comitiorum apud Hungaros. Budae,1790.
Kumorovitz, Budai várkápolna	Kumorovitz L. Bernát: A budai várkápolna és a Szent Zsigmond-prépostság történetéhez. (In: Tanulmányok Budapest Multjából. XV (1963). 109-152.)
Kumorovitz, Óbuda 1355.	Kumorovitz L. Bernát: Óbuda 1355. évi felosztása. (I. Lajos király és Erzsébet anyakirályné 1355. augusztus 17-i és 1356. október 17-i oklevele. (In: Budapest Régiségei 24 (1976). 279-302.)
Kumorovitz, Veszprémi regeszták	Kumorovitz L. Bernát: Veszprémi regeszták 1301-1387. Bp. 1953.
Kurz, Albrecht	Kurz Franz: Oesterreich unter Herzog Albrecht IV. Nebst einer Uebersicht des Zustandes Oesterreichs während des vierzehnten Janrhunderts. I-II. Linz, 1830.
Ladányi, Libera villa	Ladányi Erzsébet: Libera villa, civitas, oppidum. Terminológiai kérdések a magyar városfejlődésben. (In: Történelmi Szemle 1980/3. 450-477.)
Ladányi, Umstände	Ladányi Erzsébet: Umstände de Entstehung des Ilosvay-Kodex. (In: Annales Universitatis Scientiarum Budapestinensis de Rolando Eötvös nominatae. Sectio Historica XXIII. 253-262.) Bp. 1983.
Ladányi, Zsigmond 1405. évi törv.	Ladányi Erzsébet: Zsigmond 1405. évi törvényeinek keletkezési körülményeihez. (In: Mályusz Elemér emlékkönyv. 269-276.) Bp. 1984.
Léderer, Pénzüzletek	Léderer Emma: A középkori pénzüzletek története Magyarországon 1000-1458. Bp. 1928.
Lichnowsky	Lichnowsky Eduard: Geschichte des Hauses Habsburg. I-VIII. Wien, 1836-1844.
Ljubić, Listine	Ljubić: Listine o odnošajih izmedju južnoga slavenstva i mletacke republike 960-1572. I-X. Zagreb, 1868-1891.
Magyar-zsidó oklt.	Magyar-zsidó oklevéltár. Ed.: Friss Ármin, Mandl Bernáth, Kováts Ferenc, etc. I-XVIII. Bp. 1903-1980.
Marczali, Enchiridion	Marczali Henrik: Enchiridion fontium historiae Hungarorum. (A magyar történet kutfőinek kézikönyve) Bp. 1901.

Michnay-Lichner	Michnay Andreas-Lichner Paul: Ofner Stadtrecht von 1244-1421. (Buda városának törvénykönyve) Pressburg, 1845.
Minutoli	Minutoli Julius: Friedrich I. Kurfürst von Brandenburg und Memorabilia aus dem Leben der Markgrafen von Brandenburg aus den Quellen des Plassenberger Archivs. Berlin, 1850.
Mon. Boica	Monumenta Boica. Ed.: Academia Scientiarum elect. Vol. 1-49, 53, 60. Monachii, 1763-1916.
Mon. hist. univ. Pragen.	Monumenta historica universitatis Carolo-Ferdinandae Pragensis. I/1-2., II/1. Pragae 1830-1834.
Mon. Iur. Slav.	Monumenta historico-iuridica Slavorum meridionalium. Ed.: Academia scientiarum et artium Slavorum meridionalium. I. Statuta et leges. I-XII. Zagrabiae, 1877-1938.
Mon. Pol.	Monumenta medii aevi historica res gestas Poloniae illustrantia. (Pomniki dziewoje wieków średnich do objaśniena rzeczy polskich służace) I-XIX. Cravoviae, 1874-1927.
Mon. Rom. Vespr.	Monumenta Romana episcopatus Vesprimiensis. (A veszprémi püspökség római oklevéltára) Ed.: Római Magyar Történeti Intézet. I-IV. Bp. 1896-1907.
Mon. Vat. Bohem.	Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia. Opera Camilli Krofta. V/1-2. Pragae, 1903-1905.
Mon. Vat. Hung.	Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia. (Vatikáni magyar okirattár) (Sine editore) I/1-6., II/1-3. Bp. 1881-1909.
Mon. Zoll.	Monumenta Zolleriana. (Urkundenbuch zur Geschichte des Hauses Hohenzollern) Ed.: Rudolf v. Stillfried, Traugott Maercker. I-VII. Berlin, 1852-1890.
Nagy, Magyarország nemes családai	Nagy Iván: Magyarország családai czimerekkel és nemzedékrendi táblákkal. I-XII. Bp. 1857-1865.
Ortvay, Temes	Oklevelek Temesvármegye és Temesvár város történetéhez. Coll. Pesty Frigyes, ed. Ortvay Tivadar. I. 1183-1430. Pozsony, 1896. (Temesvármegye és Temesvár város története IV.)
Óvári, Oklevélmásolatok	Óvári Lipót: A Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottságának oklevélmásolatai. I-III. Bp. 1890-1901.
Palugyay, Buda-Pest	Palugyay Imre: Buda-Pest szabad királyi városok leirása. Pest, 1852.
Pannonh. Rendtört.	A pannonhalmi Szent-Benedek-Rend története. Red.: Erdélyi László, Sörös Pongrác. I-XII. Bp. 1902-1916.
Pataki, Bud. Rég. XV (1950).	Pataki Vidor: A budai vár középkori helyrajza. (In: Budapest Régiségei XV(1950.) 239-299.)
Pesty, Szörény	Pesty Frigyes: A szörényi bánság és Szörény vármegye története. I-III. Bp. 1877-1878.

Piekosiński, O monecie	Piekosiński Franciszek: O monecie i stopie menniczej w Polsce w XIV i XV wieku. (In: Rozprawy wydzialu historyczno-filozoficznego. Polska Akademia Umiejetnośći IX. 250 sqq.)
Pór	Pór Antal: Az esztergam-várbeli Szent István első vértanuról nevezett prépostság története. Bp. 1909. (A Szent István Társulat tudományos és irodalmi osztályának felolvasó üléseiből. 74.)
Potthast, Regesta	Potthast Augustus: Regesta pontificum Romanorum 1198-1304. Berlin, 1874-1875.
Pray, Annales	Pray Georgius: Annales regum Hungariae ab anno Christi 997. ad annum 1564. ... II. Vindobonae, 1764.
Pray, Hierarchia	Pray Georgius: Specimen hierarchiae Hungaricae complectens seriem chronologicam archiepiscoporum et episcoporum Hungariae ... I-II. Posonii, Cassoviae 1776-1779.
Ptaśnik, Cracovia I.	Ptaśnik Jan: Cracovia artificum. I. 1300-1500. (Zródta do historyi sztuki i cywilizacyi w Polsce IV.) Kraków, 1917.
Quellen z. Wien	Quellen zur Geschichte der Stadt Wien. Red. Anton Mayer. I/1-8., II/1-4., III/1-2. Wien, 1895-1919.
Radonić	Acta et diplomata Ragusina. Coll.: Radonić Johannes. I/1-2. Belgradi, 1934. (Fontes rerum Slavorum meridionalium. I.)
Reizner, Szeged	Reizner János: Szeged története. I-IV. Szeged, 1899-1900.
Rhody, Régi okm.	Rhody Alajos: Régi érdekes okmányok szabad királyi Bártfa városa Levéltárából. I. Bártfa, 1899.
Rupp, Buda-Pest	Rupp Jakab: Buda-Pest és környékének helyrajzi története. Pest, 1868.
Salamon, Budapest tört.	Salamon Ferenc: Budapest története. I-III. Bp. 1878-1885.
Schier, Buda sacra	Schier P. Xyst: Buda sacra sub priscis regibus. Viennae, 1774.
Schmitth, Epp. Agr.	Schmitth Nicolaus: Episcopi Agrienses fide diplomatum concinnati. I-III. Tyrnaviae, 1768.
Sopron vm. tört.	Sopron vármegye története. Oklevéltár. Ed.: Nagy Imre. I-II. Sopron, 1889-1891.
Sprawozdanie	Sprawozdanie z poszukiwari na Węgrzech dokonanych z ramienia Akademii Umiejetnośći. Przez Władysława Barana, Jana Dabrowskiego, Jana Łosia, Jana Ptaśnika i Stan. Zachorowskiego. Kraków, 1919.
Szentpétery(-Borsa), Reg. Arp. vel Krit. jegyz.	Szentpétery Imre: Az Árpád-házi királyok okleveleinek kritikai jegyzéke. I/1-3., II/1-3. Bp. 1923-1961. (II/3.: post mortem auctoris red. Borsa Iván)
Szerbia	A Magyarország és Szerbia közti összeköttetések oklevéltára 1198-1526. Ed.: Thallóczy Lajos, Áldásy Antal. Bp. 1907. (Magyarország melléktartományainak oklevéltára II. Monumenta Hungariae Historica, Diplomataria XXXIII.)

Sztáray oklt.	A nagymihályi és sztárai gróf Sztáray család oklevéltára. Ed.: Nagy Gyula. I-II. Bp. 1887-1889.
Tagányi	Magyar Erdészeti oklevéltár. Ed.: Tagányi Károly. I-III. Bp. 1896.
Teutsch-Firnhaber, Sieb. Urkb.	Teutsch G.D. - Firnhaber F.: Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens. I. Wien, 1857. (Fontes Rerum Austriacarum II. Diplomataria 15.)
Thallóczy, Kamara haszna	Thallóczy Lajos: A kamara haszna (lucrum camerae) története kapcsolatban a magyar adó- és pénzügy fejlődésével. Bp. 1879.
Theiner, Vetera mon. hist. Hung.	Theiner Augustinus: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. I-II. Romae, 1859-1862.
Theiner, Vetera mon. Slav. merid.	Theiner Augustinus: Vetera monumenta Slavorum meridionalium. I-II. Romae, Zagrabiae, 1863-1875.
Tkalčić	Monumenta historica liberae regiae civitatis Zagrabiae metropolis regni Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae. (Povjestni spomenici slob. kralj. grada Zagreba) Ed.: Tkalčić Joh. Bapt. I-XIV. Zagrabiae, 1889-1932.
Török, Magyarország primása	Török János: Magyarország primása. Közjogi és történeti vázlat. II. Oklevelek. Pest, 1859.
Wadding	Annales minorum seu trium ordinum a S. Francisco institutorum auctore Luca Waddingo Hiberno. Editio secunda locupletior... studio Josephi Mariae Fonseca ab Ebora. IX-XI. Romae, 1734.
Wagner, Dipl. Sáros	Wagner Carolus: Diplomatarium comitatus Sarosiensis. Posonii, Cassoviae, 1780.
Wenzel, Bányászat	Wenzel Gusztáv: Magyarország bányászatának kritikai története. Bp. 1880.
Z-W, vel Gündisch	Zimmermann F. - Werner C. - Müller G. - Gündisch G.: Urkundenbuch zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. I-VI. Hermannstadt, Bucureşti, 1892-1981.
Zichy cs. okmt.	Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichy de Zich et Vásonkeő. (A zichi és vásonkeői gróf Zichy-család idősb ágának okmánytára) Ed.: Nagy Imre, Nagy Iván, Véghely Dezső, Kammerer Ernő, Lukcsics Pál. I-XII. Buda, Bp. 1871-1931.
Zsigmondkori oklt.	Mályusz Elemér: Zsigmondkori oklevéltár. 1387-1410. I., II/1-2. Bp. 1951-1958.

Acad. Ért.	Magyar Academiai Értesitő. I-XIX. Buda, Pest, 1840-1859.
Akad. Ért.	Magyar Akadémiai Értesitő. A philosophiai, törvény- és történettudományi osztályok közlönye. I-V. Pest, 1860-1865. mox: A Magyar Tudományos Akadémia Értesitője. I-XXIII. Bp. 1867-1889.
Felsőmagy. Muz. Évkv.	A felsőmagyarországi muzeum-egylet évkönyve. 1874-1889.
Korrespondenzblatt	Korrespondenzblatt des Vereines für Siebenbürgische Landeskunde I-LVIII. Hermannstadt, 1878-1935. mox: Siebenbürgische Vierteljahrschrift. Korrespondenzblatt des Vereines für Siebenbürgische Landeskunde. LIX-LXIV. Hermannstadt, 1936-1941.
Lev. Közl.	Levéltári Közlemények. A Magyar Országos Levéltár folyóirata. 1(1923) - .
Magyar Sion	Magyar Sion. Egyháztörténelmi honi folyóirat. Red.: Knauz Nándor. I-VII. Esztergom, 1863-1869.
M. Tört. Tár	Magyar Történelmi Tár. A történeti kutfők előmozditására kiadja a Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottsága. I-XXVIII. Pest, Bp. 1854-1934.
Starine	Starine. Na sviet izdaje Jugoslavenska Akademija znanosti i umjetnosti. I-XL. Zagreb, 1869-1939.
Századok	Századok. A Magyar Történelmi Társulat közlönye. 1(1867)-.
Történelmi Szemle	Történelmi Szemle. A Magyar Tudományos Akadémia Történettudományi Intézetének értesitője. 1(1958) - .
Tört. Tár.	Történelmi Tár. Kiadja a Magyar Történelmi Társulat közvetitése mellett a Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottsága. Bp. 1878-1911. évf.
Transilvania	Transilvania. Foia asociatunei Transilvane pentru literatura Romana si cultura poporului Romanu. I-LXXIV. Brasoviu, Sibiiu 1868-1943.
Turul	Turul. A Magyar Heraldikai és Genealógiai Társaság közlönye. I-LX. Bp. 1883-1946.
Uj M. Muz.	Uj Magyar Muzeum. Egyszersmind a magyar akadémia közlönye. Kiadja Toldy Ferencz. I-X. Pest, 1850-1860.
Vjestnik	Vjestnik kr. hrvatsko-slavonsko-dalmatinskog zemaljskog arkiva. I-XXII. Zagreb, 1899-1920. mox: Vjesnik kr. državnog arkiva u Zagrebu. I-XI. Zagreb, 1925-1945.

Botka, Századok 4(1870),	Botka Tivadar: Kont Nádor téves sarjadéka a budavári emléktáblán. Századok 4(1870). 139-154.
Csaplár, Századok 8(1874).	Csaplár Benedek: Történeti adatok Privigye multjáról. Századok 8(1874). 103-116.
Csánki, Századok 27(1893).	Csánki Dezső: Szent Erzsébetfalva - Pest mellett. Századok 27(1893). 16-26.
Csánki, Századok 40(1906).	Csánki Dezső: Kuncz ispán majora Budán. Századok 40 (1906). 685-725.
Csoma, Turul 18(1900).	Csoma József: Az első magán czimeradományozások. Turul 18(1900). 1-6.
Daróczy, Turul 27(1909).	Daróczy Zoltán: Adatok néhány dunántuli család leszármazásához. Turul 27(1909). 135-136.
Donászy, Turul 52(1938).	Donászy Ferenc: Az oroszlán ábrázolása a magyar heraldikában. Turul 52 (1938). 7-25.
Fejérpataky, Turul 19(1901),	Fejérpataky László: A XIV. századi czimeradomány. Turul 19(1901). 97-104.
Fejérpataky, Századok 1881. VIII. füz.	Bizottsági jelentések. Fejérpataky László: A központi bizottság jelentése. (I. A Berzeviczy, Péchy, Bertóthy, Kohányi, Füzy, Usz, Izdenczy családok levéltárairól. II. A Szinyei Merse család jernyei és a báró Ghillány család fricsi levéltára.) Századok 15 (1881). VIII/69-82.
Fejérpataky, Századok 39(1905).	-A -F ismertetése a Magyar czimeres emlékekről (kiadta Fejérpataky László) (vide: Fejérpataky, Mon. Herald. in Conspectu librorum) Századok 39(1905.) 772-775.
Főglein, Lev. Közl. 3(1925).	Főglein Antal: Zólyom város XIII-XIV. századi okiratai. Lev. Közl. 3(1925). 235-242.
Hajnik, Századok 2(1868).	Hajnik Imre: Adalékok a magyar kereskedelem történetéhez a vegyes házbeli királyok alatt. Századok 2(1868). 145-164.
Kardos, Századok 70(1936).	Kardos Tibor: Coluccio Salutati levelezése a magyar Anjoukkal. Századok 70(1936). 407-432.
Knauz, M. Tört. Tár. 12 (1863).	Knauz Nándor: A budai káptalan regestái. M. Tört. Tár 12(1863). 3-156.
Kollányi, Tört. Tár 2(1901).	Visitatio capituli E. M. Strigoniensis anno 1397. Ed.: Kollányi Ferenc. Tört. Tár 2(1901). 71-106, 239-272.
Léderer, Századok 62(1928).	Léderer Emma: A legrégibb magyar iparososztály kialakulása. Századok 62 (1928). 492-528, 633-645.
Szendrei, Századok 24(1890).	Szendrei János: A Kapiak családi levéltára. Századok 24(1890). 337-346.

Szendrei, Turul 41(1927). — Szendrei János: Monelli Bernát siremléke 1496-ból. Turul 41(1927). 71-76.

Wenzel, M.Tört.Tár 4(1857). — Wenzel Gusztáv: Budai regesták. II. M.Tört.Tár 4(1857). - 91-182.

Wenzel, Tört.Tár 7(1884). — Wenzel Gusztáv: Okmánytár Ozorai Pipo történetéhez. Tört. Tár 7(1884). 1-31, 220-247, 412-437, 613-627.

Wertner, Turul 25(1907). — Wertner Mór: Cesanis és Cassis. (A Földvári és Pataji Zubor család eredete) Turul 25(1907). 152-155.

Wertner, Századok 38(1904). — Wertner Mór: Margit neuembergi várgrófnő. Századok 38(1904). 376-377.

Zákonyi, Századok 45(1911). — Zákonyi Mihály: A Buda melletti Szent Lőrinc pálos kolostor története. Századok 45(1911). 513-530, 586-606, 686-711, 764-780.

Archivum Abbatiae Sacri Montis Pannoniae	(Pannonhalmi Főapátság Levéltára)
Archivum Capituli Posoniensis Privatum	(Statný Slovenský Ustredný Archív, Bratislava)
Archivum Capituli Scepusiensis Publicum	(Ibidem)
Archivum Capituli Veszprimiensis Privatum	(Veszprémi Székeskáptalan Magánlevéltára)
Archivum Capituli Veszprimiensis Regnicolare	(Veszprém megyei Levéltár)
Archivum Capituli Strigoniensis Privatum	(Esztergomi Székesfőkáptalan Magánlevéltára)
Archivum Capituli Strigoniensis Publicum	(Komárom megyei Levéltár)
Archivum Capituli Vaciensis Privatum	(Váci Székeskáptalan Magánlevéltára)
Archivum Capituli Castriferrei Publicum	(Vas megyei Levéltár)
Archivum Civitatis Bártfa	(Statný Okresný Archív v Bardejowe)
Archivum Civitatis Budapest	(Budapest Főváros Levéltára)
Archivum Civitatis Cassoviensis	(Archív mesta Košic)
Archivum Civitatis Cibiniensis	(Arhivele Statului judeţul Sibiu)
Archivum Civitatis Cracoviensis	(Archiv Wojewódstwa i miasta Krakówa)
Archivum Civitatis Eperjes	(Statný Okrešný Archív v Prešove)
Archivum Civitatis Florentinensis	(Archivio di Stato di Firenze)
Archivum Civitatis Hibe	(Statný Okrešný Archív v Liptovskom Mikulášy)
Archivum Civitatis Kolozsvár	(Arhivele Statului judetul Cluj)
Archivum Civitatis Korpona	(Statný Okrešný Archív vo Zvolene Krupina - Ostrá Luka)
Archivum Civitatis Körmöcbánya	(Statný Okrešný Archív v Žiari nad Hronom Kremnica)
Archivum Civitatis Posoniensis	(Archív Hlavného Mesta SSR. Bratislavy)
Archivum Civitatis Rózsahegy (Ruzomberok)	(Statný Okrešný Archív v Liptovskom Mikulásy)
Archivum Civitatis Soproniensis	(Győr-Sopron megyei 2.sz. Levéltár)
Archivum Civitatis Szegediensis Secretum	(Csongrád megyei Levéltár)
Archivum Civitatis Trencsén	(Statný Okrešný Archív v Trenčine)

Archivum Civitatis Ujbánya	(Statný Okresný Archív v Žiari nad Hronom Pobočka Nová Bana)
Archivum Civitatis Venetiae	(Archivio di Stato di Venezia)
Archivum Civitatis Wiennensis	(Archiv der Stadt Wien)
Archivum Civitatis Zoliensis	(Statný Okresný Archív vo Zvolene - Zvolen)
Archivum Civitatis Zsolna	(Statný Okresný Archív v Žiline)
Archivum Comitatus Hajdu-Bihar	(Hajdu-Bihar megyei Levéltár)
Archivum Comitatus Komáromiensis	(Komárom megyei Levéltár)
Archivum Conventus Lelesziensis Privatum et Publicum	(Statný Slovenský Ustredný Archív, Bratislava)
Archivum Nationale Hungaricum	(Magyar Országos Levéltár, Budapest)
Archivum Primatiale Strigoniense	(Primási Levéltár, Esztergom)
Archivum Secretum Vaticanum	(Archivio Segreto Vaticano, Cittá del Vaticano)
Archivum Universitatis Pragensis	(Univerzitní Knihovna v Praze)
Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae	(Magyar Tudományos Akadémia Könyvtára, Budapest)
Bibliotheca Universitatis Budapestinensis	(Egyetemi Könyvtár, Budapest)
Musaeum Historicum Civitatis Budapest	(Budapest Történeti Muzeum)
Musaeum Nationale Hungaricum	(Magyar Nemzeti Muzeum, Budapest)

a.	annus	decr.	decretum
Acad.	Academia	den.	denarius
a. d.	anno Domini	dei gr.	Dei gratia
adnot.	adnotatio	diac.	diaconus
aep.	archiepiscopatus	dioc.	diocesis
aepus	archiepiscopus	discr.	discretus
Agr.	Agriensis	d. p. m.	damus pro memoria
ap.	apud	dr.	doctor
apost. auct.	apostolica auctoritate	eccl.	ecclesia
apr.	aprilis	Eccl.	Ecclesiasticum
archidiac.	archidiaconus	eccl. par.	ecclesia parochialis
archidioc.	archidiocesis	ed.	editio
art.	artium	ep.	episcopatus
b.	beatus	eppus	episcopus
bacc.	baccalaureus	ev.	evangelista
Bibl.	Bibliotheca	f.	feria
B. M. V.	Beata Maria Virgo	facs.	facsimile
Buden.	Budensis	famil.	familia
can.	canonicus	Fasc.	fasciculus
Capit.	Capitulum	febr.	februarius
card.	cardinalis	fert.	ferto
Cassov.	Cassoviensis	fl.	florenus
chart. pap.	charta papirea	fol.	folio
civit.	civitas	fr.	frater
Clar.	Clarissarum	fragm.	fragmentum
cler.	clericus	gen.	generalis
col.	coloris	gr.	gratia
Coll.	Collectio	grs.	grossus
comm.	commentatio	h. s.	harum serie
conf.	confirmatio	hon.	honorabilis
Conv.	Conventus	Hung.	Hungaricus, Hungariae
corr.	correctum	ibid.	ibidem
cr.	circa	ill.	illustris
Crucif.	Cruciferorum	imp.	imperialis
csp.	circumspectus	imp. auct.	imperiali auctoritate
dat.	datum	iud.	iudex
dec.	december	iud. cur.	iudex curiae
Dec.	decimalia	iud. nob.	iudex nobilium

jan.	januarius
jul.	julius
jun.	junius
Lad.	ladula
Lit.	litterae
lrat.	litteratus
m.	marca
m. comm.	memoriae commendamus
mag.	magister
mag. tavarn.	magister tavarnicorum
magn.	magnificus
maj.	majus
mart.	martius
mens.	mensis
Miss.	missiles
mon.	monasterium
Mon., Monial.	monialium
mtas	maiestas
Mus.	Musaeum
Nat.	Nationalis, -e
n. f.	notum facimus
Nitr.	Nitriensis
nob.	nobilis
not.	notarius
not. canc.	notatio cancellariae
not. publ.	notarius publicus
nov.	november
nr., No.	numerus
membr.	membrum
ment.	mentio
oct.	october
OOSS.	omnium sanctorum
ord.	ordo, ordinis
orig.	originale
p.	pagina
palat.	palatinus
par.	parochialis
pend.	pendenti
pleb.	plebanus
Poson.	Posoniensis
poss.	possessio
pr.	pater
preb.	prebenda
pred.	predium
prep.	prepositus
presb.	presbiter
Primat.	Primatialis, -e
Priv.	privatum
prot.	protocollum
prov.	providus
prud.	prudens
publ.	publicus
Publ.	Publicum
Quinqueeccl.	Quinqueecclesiensis
r	recto
r-ia	regia
reg.	regesta
Regnic.	regnicolaris
rel.	relicta
rev.	reverendus
s.	sanctus
saec.	saeculum
scil.	scilicet
Scrin.	scrinium
s. d.	sub dato
Secr.	secretum
sept.	september
seren.	serenissimus
sig.	sigillum, -i
signif.	significamus
Sign. ant.	signatura anterior
simpl.	simplex
S. Montis Pann.	Sacri Montis Pannoniae
SS	sancti, -orum
Strig.	Strigoniensis
subdiac.	subdiaconus
suppl.	supplicat
Suppl.	Supplementum

tit.	titulus
t. p. u.	tenore praesentium universis
transcr.	transcriptum
Transsilv.	Transsilvanus
Tyrnav.	Tyrnaviensis
Univ.	Universitatis
univ. not.	universis notitiam
v	verso
v.	volumus
vac.	vacans
Vac.	Vaciensis
Vatic.	Vaticanum
ven.	venerabilis
Venet.	Venetiae
Vesprim.	Vesprimiensis
vicar.	vicarius
vidl.	videlicet
viol.	violacei
virg.	virginis
virid.	viridis
vulg.	vulgariter
Wiennen.	Wiennensis
Zagrab.	Zagrabiensis

Conspectus perfecit:
Josephus Köblös
A rövidítés- és irodalomjegyzéket összeállította:
Köblös József

Statisztikai Kiadó Vállalat
Felelős vezető: Kecskés József igazgató
Nyomdaüzem — 86—5338—09
Formátum: A/4
Terjedelem: 46,5 (A/5) ív